Amstelodami Apud Ianssonio Waesbergios. 1679

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO
PUEBLA

ATHANASII KIRCHERI
E SOC. JESU

TURRIS BABEL,

SIVE

ARCHONTOLOGIA

QUA

PRIMO

Priscorum post diluvium hominum vita, mores rerumque gestarum magnitudo,

SECUNDO

Turris fabrica civitatumque exstructio, confusio linguarum, & inde gentium transmigrationis, cum principalium inde enatorum idiomatum historia, multiplici eruditione describuntur & explicantur.

Auspiciis Augustissimi & Sapientissimi CÆSARIS

LEOPOLDI PRIMI

Mecœnatis.

Εσαεὶ πὶ νεαρὸν φοιτάφρ Αφείκη.

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO

AMSTELODAMI,

Ex Officina JANSSONIO-WAESBERGIANA. *Anno* CIↃ IↃC LXXIX.

Cum Privilegiis.

1383
D. M. L.
R.

JOANNES PAULUS OLIVA
PRÆPOSITUS GENERALIS
SOCIETATIS JESU.

CUm opus, *quod inscribitur* Turris Babel *à* P. ATHANASIO KIRCHERO *nostræ Societatis Sacerdote compositum aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint, potestatem facimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. Datum Romæ* 10 *Februarii*, 1672.

JOANNES PAULUS OLIVA. (L.S.)

Imprimatur,

FR. HYACINTHUS, Libell. Sacr. Palat. Apostol. Magist.

SACRATISSIMO

LEOPOLDO I.

Imperatori ſemper Auguſto,

JUSTO, PIO, FELICI,

Boëmiæ, Hungariæ, Rom. REGI,

TER MAXIMO.

ATHANASIUS KIRCHERUS

perennem felicitatem precatur.

POſt luctuoſam univerſalis diluvii, atque *Arcæ Noëmicæ* cataſtrophen; poſt tragicum generis humani excidium; poſt orbis terrarum, pereuntiumque rerum omnium triſtiſſimam faciem: modò novum poſterioris ſæculi ſtatum, ſcenæque inſolentis paraſtaſin in theatrum produco *Turrim Babel*: *Turrim*, inquam, à primævo orbis tyranno, *Chami Chuſi*que filio *Nembrod* in campo *Sennaar* totius humani generis cœtu ibidem adhuc commorante exſtructam: *Turrim* vel ex hoc capite perenni ſæculorum decurſu celebrem, ne dicam infamem; quod temerarius humanæ impietatis auſus fabricam vel ad ultima cœlorum confinia exaltandam, ſtulta præſumptione attentaverit. Fabricam dico, quæ rea læſę majeſtatis divinę, dum ad culmen rebus humanis indebitum arrogantiùs ſeſe erigeret, fulmine cœleſtis vindictę deturbata faſtum depoſuit: & uti ſupremur- divinæ poteſtatis dominium, veritatemque metuendi bique Numinis luculento ſubverſionis ſuæ documento

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO · PUEBLA ·

conteſtata eſt ; ita quoque evidenti lapſus ſui graviſſimi exemplo omnem poſt ſe retro ſecuturam humani generis ætatem edocuit, docereque debuiſſet, *Non eſſe conſilium contra Dominum* : ſed omnes animi arrogantis machinas, ſubſtructioneſque ambitionis, quantumvis immanes, inanes tamen & inſanas eſſe, eodemque ſecum fato perituras. Quodnam enim poterat vanitatis imbecillitatiſque mundanæ luculentius ſtatui exemplum poſteritati ob oculos, ad comprimendos inſani tumoris impetus ad evertendas faſtuoſas hominum cogitationes, quàm faſtus adeo inſolens & ingens, tam levi DEI digito ſuppreſſus, quàm moles tam vaſta tam citò facilèque devaſtata ? Infelix illud inauſpicatumque ſtolidiſſimæ arrogantiæ exemplum hîc ego in ſcenam produco; atque utinam illud ita univerſis poſſem ſtatuere ob oculos ut videant, quàm tragica ſemper in hoc ambitionis theatro ſcenam claudat cataſtrophe ; perſpiciantque, non aliam poſſe exſpectari coronidem operis quod molitur impietas, quàm cumulum tumulumque, qui auctorem nefariorum moliminum eâdem ſecum ruinâ conſepeliat. Id quod neminem oculatæ mentis latere poſſe crediderim, qui, quod hîc oculis ſubjicere conatus ſum, apprimè conſiderârit, quantam *Babylonici* iſti inſanæ mentis prævaricatores ab ulteriori cœpti moliminis proſecutione cœlitùs deſiſtere coacti, linguarum videlicet admirabili confuſione inter ſeſe diviſi diſſipatique, tranſmigrationis gentium populorumque infauſtiſſimi conditores, ac ſurculi per totum terrarum orbem propagati, quantam, inquam, hæc ſparſa quaquaverſum ſemina infelicitatis, toti humanæ poſteritati meſſem calamitatum diſſeminârint. *Nembrod* enim ambitionis œſtro in tanta mortalium multitudine percitus, & ad hæc giganteo corporis habitu formidabilis, cum virium, tum potentiæ ſuæ granditate confiſus, è veſtigio avitæ religionis cultu repudiato, à paternis *Noëmi* poſterioris mundi primi monarchæ à DEO conſtituti, præceptis recedens, degener & refractarius, dum divinæ apotheoſeos titulum impiiſſimo faſtu attentat, ſpretis conculcatiſque divinis-humaniſque juribus, primus orbem ab hac ſcelerum

rum illuvie non longo abhinc diluvio repurgatum abominandæ tyrannidis, idololatriæ, atque innumerarum inde profluentium deteſtandarum peſtium labe contaminavit. Quam impietatem intuitus, nec non intimo cordis dolore perculſus ille humani generis reſtitutor *Noë*, mox nutu divino ſeparatis ab impia *Chami* ſtirpe filiis *Sem* & *Japheth*, viam rectam, quam *Nembrod* corruperat, divini cultûs propagatione reſtituere quibuſcunque potuit modis non deſtitit. Ut vel inde doceamur, nullum ad imperiorum regnorumque ſtatus evertendos impietate violentiorem eſſe arietem; nullum ad eoſdem conſervandos fulciendoſque pietate & religione robuſtius dari præſidium. Quocirca utriuſque primævi hujus imperii imaginem, ceu prototypon quoddam reliquorum, hiſce quibuſcunque à me conſcripti voluminis lineamentis exhibendam duxi; ut reges terræ, mundique dominatores, quid ſceptra purpuramque deceat, quid dedeceat; quid rationi rectæ conſonum, quid diſſonum; quid denique ad divini moderatoris normam compoſitum atque conforme, quid difforme, veluti in ſpeculo quodam attento mentis examine contemplentur. Quod quidem non alteri meliori jure, quàm tibi SACRATISSIME CÆSAR, qui in republ. Chriſtiana puppim clavumque tenes, dicatum ad ſacros majeſtatis pedes eo, quo poſſum, ſubmiſſiſſimæ voluntatis obſequio venerabundus depono. Patieris, AUGUSTISSIME IMPERATOR, pro tua in omnes pietate, clementiaque, laborum meorum fructus exiguos, tanquam infimæ ſervituti tuæ addictiſſimos ſatellites ad pedes tuos requieſcere, ſub cujus ingentis umbræ præſidio requieſcit *Pax* & *Felicitas* univerſorum, in cujus auguſtiſſimi capitis ſpecula indefeſſi vigilant excubitores *Conſilium* & *Induſtria*, qui duo perſpicaciſſimæ mentis tuæ oculi verè *aquilini* nunquam vel minimum remiſsâ contentione deflectunt aciem à *Solis aterni* radiis; ſed attentis in omnem partem ſtudiis *pro* DEO & *populo* aſſiduè occupantur. In cujus inconcuſſo animi incomparabilis ſolio regiam ſibi ſedem fixerunt paternę hereditatis pars maxima *Pietas* & *Juſtitia*: cujus demum, quod rariſſimum dicebat

Tacit. I. dicebat *Tiberius*, mens tantæ molis non ſolum capax, ſed major, commiſſam ſibi imperii adminiſtrationem, quàm exactè prudenterque ad *Noëmici* hujus Archetypi amuſſim conformârit, quanta cum fide, & ſapientia navim hanc inter tot fluctus tempeſtateſque direxerit, novit orbis & admiratur. Quem enim vel denſiſſimis ferarum latibulis, vel intimis montium inacceſſorum clauſtris innutritum latere nunc poſſunt vel virtus tua vel nefaria aliorum conſilia, periculaque nulli unquam ævo audita, quibus caput tuum ſacroſanctum atque unà in te totius *Auſtriacæ* domus vita per ſummum nefas fuit attentata? Quis locus adeo ab orbe noſtro terrarum mariumque intervallis eſſe poterit abſciſſus, quo fama non pervenerit nominis tui, pietatiſque aura ſuaviſſima? Quis mundi angulus adeò ab omni humanitate alienus, quę gens adeò inculta, quæ ad machinationum teterrimarum monſtra non exhorruerit, quibus tua, imò noſtra, bonorumque omnium, quorum tu vita ſaluſque es, incolumitas periclitabatur? O temporum morumque infamiam! O ſæculi noſtri coinquinatiſſimi fermentum tartareum! O putidiſſima orbis exulcerati carcinomata, mundi fatiſcentis portenta, peſtes humani generis, viperas infernales, deteſtabiles inquam, imperii Catilinas; qui ſive cœcæ ambitionis philtro temulenti, ſive faſtuoſæ mentis furore dementati, ut *Turrim* ſuam *Babylonicam*, id eſt confuſionis, ſumma imis, ſacra profanis truculento facinore permiſcendo, in aëreis vaniſſimę imaginationis ſpatiis fabricarent, ſoliaque ſibi ſine baſi erigerent, erecta verò à DEO proculcarent: non meliori, deteriori, inquam, conſilio id ſe aſſequi poſſe exiſtimârunt, quàm ſi ſacram illam divina tibi providentia deſtinati imperii fabricam tot ſæculorum decurſu ſumma cum majeſtate ab Atlantibus *Auſtriacis* ſuccollatam occultis machinarum technis funditus everterent, ejuſque ruinis novam ſibi concinnarent. Videbantur novi ab inferis reſuſcitati *Caligulæ*, qui uti unicam Romano populo cervicem optabat, ut ad ſitim ſuam cruentiſſimam abundantiùs explendam caput orbis ictu unico decuſſum humi proſterneret: ſic iſti longè fœdiores nequitiæ & furo-

ris

ris ſatellites immani gigantomachia in ſacrum caput tuum, caput ſcilicet orbis Chriſtiani funeſta perfidię ac livoris tela omni flagitiorum venenorumque tabe imbuta, rabieque veſaniæ cuſpidata vibrârunt, ut divino hucuſque munere conſervatæ domus tuæ auguſtiſſimæ filum abominabili auſu abrumperent, ſtirpemque ſacroſanctam per ſacrilegam tui necem radicitùs evellerent. Sed irrito, quem certò præſtolabantur, eventu, ſolium iſtud ſupra baſin euchariſticam ac incomparabili Principum idea RUDOLPHO tam ſolidè fundatum & continuo per tot auguſtiſſimos nepotes pietatis, virtutumque omnium cultu ſtabilitum, quod ad extremum mundi ſeneſcentis ſolatium divina creduntur oracula deſtinaſſe, hi Babylonicæ impietatis æmuli labefactare conati ſunt. Quantum enim in tuum exitium funeſta inimicorum odia conſpirabant; tantum pro tua ſalute bonorum omnium, qui in te vivunt, ſtudia vigilabant, pia ſpirabant vota, ardentia fervebant deſideria. Quantum hi portentoſi ſcelerum architecti ſalutem publicam in tuo interitu peſſundare; tantum iſtorum, imò cœlitum piiſſimorum curæ tuam, vel potius noſtram in te reclinantem incolumitatem firmare omni niſu allaborabant. Adeo vana ſunt omnia contra præpotentis *Dei* conſilium, tum inſana tumentis furentiſque animi præſumptione, tum clandeſtinis inſidiarum cuniculis inſtructa machinamenta. Dico hæc non ad tuarum oblectationem aurium, (odiſti enim hoc genus illecebrarum) ſed, quanto prius horrore ad tot ſcelerum monſtra omnium obrigeſcebant animi; tam nunc dulce piumque eſt horum meminiſſe ad ſolatium animorum noſtrorum; ad auſpicia ſereniorum temporum; ad ſpem ſalutis publicæ uberiorem, in quam nos erigit tot cœleſtium beneficiorum grata memoria, nulla unquam ſæculorum oblivione delenda. Exinde poſt tot triſtes reipubl. Chriſtianæ nebulas, poſt extinctas furiarum execrabilium faces, lætiora demum omina, nec inani id quidem augurio, capimus proſperitatis. Ad quantum enim orbis Chriſtiani bonum divina te providentia deſtinârit, utique haud vani præſagii oſtento id mundo in natali tuo innuiſſe videbatur: ſiquidem non deerant complures haud otioſi auſpices qui de cœlo caperent omen non obſcurum felicitatis;

citatis ; eoque te die, videlicet v. idus *Jun.* non fruſtra mundo datum augurarentur, quo SS. *Primi* & *Feliciani* auſpicatiſſima agebatur memoria. Eum dico orbi editum gratulabantur, qui infelicitati temporum ſperatam jam dudum felicitatem reſtitueret; & rurſum Primi, quod jam diu auditum non fuerat, ſemper tamen ingentis ſpei argumentum, in Cæſareorum nominum album inferret. Quę tam læta ortûs tui auguſtiſſimi proſcenia, non diſparis demum fortunæ comprobavit eventus, quando LEOPOLDI I. nomine inſignitus inauguratuſque Imperator, & quod myſterio non caret, omnium *Germaniæ* Cæſarum Regumque quinquageſimus, ſub initiali nominis tui litera L Faſtos Auguſtorum decoraſti, ut mero quodam epilogiſmo ſacrum Imperatorum jubilæum non ſolùm compleres, ſed & aliud majori felicitatis auſpicio ordireris. Quam in ſpem fidemq; erexerant jam pridem orbem Chriſtianum auguſtiſſimæ dotes tuæ; vivaciſſimæ indolis ſumma alacritas; acerrima ingenii vis; læta mentis ſerenitas in vultu effloreſcens; magnarum cogitationum capax judicium; in flore ætatis veneranda prudentia; in Principe juvene ſenile pectus ; in vere vitæ tantaque fortunæ indulgentia, morum ad omnes modeſtiæ regulas caſtigatiſſimorum decentia; omniumque paternarum virtutum in adoleſcente maturitas : & ne laudum tuarum catalogum ad aurium ſacrarum moleſtiſſima potius faſtidia, quàm delitias hic congeram, brevi dicam compendio ; ſummæ dignitati ſumma decora & tam ſublimi imperio ſublimiorem animi tui magnitudinem te ſolum Atlantem deſtinaſſe, ut non imperium tibi, ſed tu imperio coronam conferre videreris. His itaque virtutum præſidiis, ducibuſque, quæ veluti fulgentiſſima totidem ſidera tibi ad excelſum imperialis ſolii thronum prælucere videbantur, ad tantæ reipubl. gubernacula admotus, ante omnia ſapientiſſimi patris tui, SAPIENTISSIME CÆSAR, relicta tibi Politicæ Chriſtianę documenta intimo cordis ſinui imprimere, & nunquam non mentis oculis obverſantia ſtudioſè excolere cœpiſti, exactè circumſpiciendo non impia illa fallacis Politicę dogmata, ſed ſecuriſſima veraque præſidia; quibus veluti firmamentis ſolidentur regna, mundique principatus : quibus tanquam baſibus tutò innitantur diademata, Regumque ſolia; quibus demum cardinibus rerumpublicarum ſtatus, imperiorum ſecuritas, ſaluſque

ſub-

ſubditorum circumvolvantur. Quæ quidem firmamenta, uti divinam illam *Pythagoræ* Tetractyn, id eſt, *Pietatem, Juſtitiam, Fortitudinem & Sapientiam*, cum annexo virtutum omnium, orbis moderatori neceſſariarum, comitatu, proximè reſpiciunt; ita quoque unicè tibi ad fulciendam regnorum tuorum incolumitatem cæteris exempli facem prę ferendo, ſervanda ſtabiliendáque cenſuiſti. Quæ enim tua in virtutum iſtiuſmodi, præſertim Pietatis cultu aſſiduo indefeſſa ſint ſtudia, ſeræ poſteritati commendabunt inſignia, quæ nullibi non exſtant horum opera monumentáque, per omnes *Hungariæ*, *Bohemiæ*, *Auſtriæ*, hæreditariarumque provinciarum angulos ingentibus meritorum titulis ad omnem æternitatis memoriam indelebili charactere exarata. Sed anguſta ſunt hæc tam auguſtæ pietati, quæ nequaquam hiſce limitibus circumſcribi ſe paſſa vel ad ipſos territorii Romani fines ſe extendit; ubi avitę pietatis inſigne monumentum, temporum vetuſtate pœnè collapſum, eccleſiam montemque Deiparæ ac divo *Euſtachio* ſacrum, majeſtatis tuæ zelus propriis ſumptibus inſtauratum, ſubſidiiſque uberrimis inſtructum, perpetuæ gentium illarum devotioni denuò conſecravit. Loquentur iſta de te, ſi homines tacuerint, reſtitutæ decori ſuo eccleſiæ, eccleſiis aræ, aris lampades æterno Auſtriacę pietatis igne collucentes, teſtabuntur fervorem iſtum, CÆSAR PIISSIME, anathematum, picturarum, variorumque ornamentorum ſplendor; ſaxa denique ipſa & coloſſi virtutum tantarum muti interpretes atque præcones omni teſte majores. Quid porro dicam de incredibili, qua polles, artium ſcientiarumque divinarum pariter atque humanarum cognitione, qui ut ad coronas pertingeres, ad laureas tibi viam ſtraviſti: noras enim quàm ſcitiſſimè iſtiuſmodi effatum, *Qui in magno imperio ſapientiæ munere fungitur, minimum ſapere, niſi ſapiat ſuper omnes*; ut proinde, quot verba fundis tot leges condere videaris, non minus *Themidis* dictamine irrefragabiles, quàm opere & exemplo proprio inconcuſſas comprobataſque. Jacta erant jam pridem à te ſolida tantarum eruditionum ſapientiæque fundamenta; quando adoleſcentiam tuam frequenti hiſtoriarum lectione, ſtudioſaque rerum præteritarum indagine non alio

ſanè fine erudire voluiſti; niſi ut introſpectis rerumpublicarum archivis, penetratiſque regnorum arcanis, imperii habenas moderaturus, quid imitandum, quid fugiendum, horum exemplo memoriaque pervideres: atque adeò variis humanarum ſortium caſibus cauſiſque tam ridentis, quàm ſævientis fortunæ attentè ponderatis, cautior inſtructiorque evadens, ex præclarè utiliterque veterum geſtis quà ſacris, quà profanis, ad perſimilium exercitationem facinorum caperes documenta. Quàm multa hîc mihi ſupereſſent dicenda de admirandis animi dotibus atque præſidiis, quorum adminiculo ad orbis molem ſine defatigatione ſuſtentandam corroboraris; ſed utut dixero quamplurima, plura tamen ſupererunt potiùs venerabunda admiratione ſuſpicienda, premendaque ſilentio; quàm ut ego virtutum ſua ſat luce patentium amplitudinem jejunæ orationis anguſtiis comprehendere me poſſe confidam. Tacebo hîc inſignem veluti ab ipſomet tibi *Mercurio* infuſam eloquentiæ ubertatem; conceſſam ab *Apolline* Mathematices univerſæ, atque Harmonicæ abſolutiſſimam, cum Ethicæ animorum moderatricis diſciplina conjunctam, facultatem; omnemque totius ſapientię apparatum, quo pectus tuum, MAGNE CÆSAR, à *Pallade* ipſa ſufficienter obarmatum orbis univerſus ſuſpicit atque veneratur. Non tamen tacendum hîc mihi videtur illud incredibile literarum patrocinium amorque benigniſſimus, quo muſas omnes complexus intimis viſceribus, hoc etiam addidiſti non ita pridem, tam in laudes tuas magnificum, quàm in publici boni cumulum, munus ſingulare; quod, qui nihil adeò Cæſareo muneri neceſſarium eſſe, quàm peregrinarum linguarum ſtudium peritiamque noras; qua uti tu mirificè inſtructus, ita & in alios ingentis animi tui divitias transfuſurus, in *Viennenſi* tua metropoli orientalium idiomatum athenæum raro exemplo & indubio *Dei* inſtinctu fundaveris; ut vel ſic orientale imperium occidentali, reciproco linguarum commercio, magno utique reip. Chriſtianæ emolumento, cum auguſtiſſimi nominis tui gloria immortali, junctum confœderares. Sed nolo temerarius & injurioſus in operum tantorum magnitudinem, quæ omnem

mnem dicentis amplitudinem excedit, imparem calamum ultra extendere; ubi tutius convenientiusque est tantorum meritorum splendorem potius conniventibus oculis cum orbe universo admirari, ne contemplator majestatis opprimatur à gloria: præsertim cum nec majestatis tuæ modestia id ferat, in animi dignitatisque ingentis magnitudine demississime, & in tanta animi demissione TER MAXIME CÆSAR: & solummodo illa instituti mei sit ratio, ut ostendam te talem tantumque Cæsarem, unum hujus operis tutorem legendum; cui hoc, aliaque omnia devotissimæ servitutis meæ pignora non uno ex capite debeantur: cùm tu solus sis ille æquissimus rerum arbiter, qui partum hunc novum, rerum à primævis post diluvium Regibus *Ægypti* gestarum varietate, raritateque insolitum admirabilis sapientiæ trutinâ judicare, vindicareque possis adversus obtrectatorum cavillationes, potentiæ tuæ auctoritate tutum illius novitati præsidium conferendo. Accusabit fortassis nonnemo, quod te Cæsarem curis mundi gravioribus intentum mea interpellare scriptione non sim veritus. Vererer utique, nisi celsissimus idem & humanissimus ex augusto majestatis solio personæ meæ humilitatem, ut interpellareris, gratiose invitâsses, dubitantem animâsses, cunctantem sollicitâsses. Hinc factum est, ut opus hoc Sac. Cæs. Majestatis oculis etsi indignum ex se & angustum, augustum tamen vel hoc titulo, dignumque sit visum, quia Augustus id jussit, munificentiaque plusquam regia promotum in lucem publicam evocavit. Unde MUNIFICENTISSIME CÆSAR, omnem sive laudem sive veniam in sola obsequii gloria collocando, quod mihi dedisti, tibi reddo, opus hoc non tam meum, quàm tuum, quia totum me tuum quantus quantus sum agnosco: meum id quidem, quod subsidiis tuis longe munificentissimis id meum fecisti. Vale orbis Christiani fulcimentum, idea Cæsarum, & humani generis delicium. Hæc dabam *Romæ* Anno 1676. die 9 *Junii*, *Primo* & *Feliciano* M M. sacro, qui uti Majestati Tuæ Cæsareæ extitit genethliacus, ita quoque sit præsagum secuturæ felicitatis tuæ, totiusque reip. Christianę faustum fortunatumque præludium.

INDEX CAPITUM OPERIS.

Præfatio ad Lectorem. Fol. 3

LIBER I.

De Rebus poſt Diluvium centum triginta annorum ſpatio geſtis. 4

CAPUT I.

DE exitu Noë *filiorumque ex arca.* ibid.

II. *Quibus in rebus* Noë *filiique cum uxoribus in montibus ſe occupaverint.* ibid.

III. *De deſcenſu* Noë *cum familia numeroſa in monte peracta in ſubmontanam regionis planitiem.* 6

Noëmi *ad tres filios*, Sem, Cham, Japheth, *jam conſtitutos principes populorum, exhortatio.* ibid.

IV. *De multiplicatione humani generis à Diluvio uſque ad* Turris *ædificationem.* 8

V. *De prima tranſmigratione filiorum* Noë *ex monte* Ararat *in planiores ſubmontanæ regionis campos.* 10

§. 1. *De lingua, ſeu idiomate, quo immediatè poſt diluvium utebantur.* ibid.

§ 2. *De vita mortalium primævorum in ſubmontana montis* Ararat *regione multis annis peracta.* 11

VI. *De tempore tranſmigrationis ex Oriente in terram* Sennaar *à Diluvio peractæ, ad 132 annum, qui eſt ortus* Phaleg. 14

EPILOGISMUS

Ex quo ſeries generationum filiorum Noë *colligi poteſt.* ibid.

VII. *Deſcriptio terræ* Sennaar *quam ex Oriente advenæ repererunt deliciis affluentem.* 17

VIII. *Quo tempore* Nembrod Turris *architectus natus ſit & quot annis vixerit.* 19

IX. *De myſtico ſenſu, qui ſub Moſaïca* Turris *hiſtoriâ continetur.* 20

LIBER II.

PRÆFATIO. 25

SECTIO I. De fabrica *Turris.* 26

CAP. I. *De primævorum hominum poſt ingreſſum in terram* Sennaar *occupatione & ſtudiis.* ibid.

II. *Utrum* Noë Turris *ædificationi præſens fuerit; una cum exhortatione* Nembrod *ad progeniem Chamæam, ad inchoandum concepti operis molimen.* 28

Nembrodi *ad* Turrim *civitatemque inchoandam exhortatio ad progeniei ſuæ proceres peracta.* 29

III. *De altitudine* Turris *diverſæ opiniones.* 32

DEMONSTRATIO

De Turris *ad Lunæ Cœlum exaltandæ* ἀδυναμία *ſive impoſſibilitate.* 36

CONSECTARIA.

IV. *De* Turris Nembrod *forma & architectura.* 40

SECTIO II. De ſtupendis & prodigioſis tum urbium tum turrium hortorumque miraculis, à *Nino* & à *Chuſi* filiis & *Semiramide* poſt mortem *Nembrod* extructis. 42

CAP. I. *De* Nino *ejuſque rebus geſtis.* ib.

II. *De ædificatione* Ninive *civitatis magnæ ejuſque vaſtitate.* 45

III. *De turri in civitate Babylonica à* Nino & Semiramide, *centum ferè annis poſt everſionem* Turris Nembrodæ *extructa.* 51

IV. *De civitate magnificentiæ penè incredibili quam in* Babylone Semiramis *extruxit.* 52

V. *De ponte & duobus regiis palatiis in oppoſitis urbis locis à* Semiramide *extructis.* 55

VI. *De hortis penſilibus, à* Semiramide *in Babylonico campo extructis, qui & inter miracula mundi numerata fuere.* 58

Expo-

Expoſitio ſingularum partium. 60
VII. *De ſtupendis fabricarum miraculis, quæ fratres* Nembrod, Miſraim *ejuſque nepotes, ex eadem familia,* Chus *in Ægypto, ad Babyloniorum & Aſſyriorum imitationem æmulationemque exhibuerunt.* 64
SECTIO III. De prodigioſis fabricis *Ægypti,* quas Chuſia progenies ad imitationem cognatorum *Nembrod, Nini & Semiramidis* in regnum *Babyloniæ*, & *Aſſyriæ* ſtupente mundo erexerunt. 66

PRÆFATIO.

CAP. I. *Pyramides & Obeliſci in* Ægypto *erecti.* ibid.
II. *Delubrum ex unico lapide conſtructum.* 72
Totius Symmetriæ computus. 73
III. *Labyrinthi in* Ægypto *prodigioſa fabrica.* ibid.
IV. *Deſcriptio exacta, ſive* Ichnographia Labyrinthi *Ægyptiaci potentia humana ſuperioris, quem poſteri* Chami *reges* Ægypti *mirabili opere ad lacum* Mœridis *extruxerunt.* 78
Superior Labyrinthus. 81
Synopſis rerum in Labyrintho contentarum. ibid.
V. *De tempore quo tanta opera conſtructa fuerunt.* 82
VI. *De artificioſis machinis in Labyrintho ad eos qui ingreſſuri erant terrore concutiendos extructis.* 83
VII. *De Labyrintho in* Creta, Lemno, *aliiſque* Græciæ *locis ad ſimilitudinem iſtius Ægyptiaci conſtructis.* 85
VIII. *Tropologia Epilogiſtica Labyrinthi.* 86
IX. *De Græcorum ſuperbis fabricis monumentiſque, quas ad imitationem Ægyptiorum nullo non tempore olim in* Græcia *moliti ſunt.* 88
1. *Templum* Dianæ Epheſiæ. ibid.
2. Artemiſiæ Cariæ *Reginæ Mauſoleum.* ibid.
3. *Coloſſus* Rhodius. ibid.
X. *Utrum in hunc uſque diem* Nembrodeæ *Turris adhuc veſtigia reperiantur.* 90
XI. *De urbibus tum à* Nembrod, *tum à* Nino *&* Semiramide *ad littora* Tigris *&* Euphratis *extructis, eorumque veſtigiis etiamnum ſuperſtitibus.* 96
XII. *Genealogia* Noë, Japheth, Cham, Sem, *filiorumque. De Ortu* Phaleg *& diviſione linguarum & gentium.* 104
XIII. *Quando cœperit regnum* Nembrod, *& diviſio gentium.* 111
XIV. *De progenie* Chus, *& utrum fuerit verè colore nigro imbutus.* 113
XV. *De regno* Nembrod, *& impietate ejus & cur* Belus *vocatus ſit.* 116
XVI. *De coloniis filiorum* Sem, Elam *&* Aſſur. 119
XVII. *Utrum & quomodo poſt confuſionem linguarum lingua* Hebraïca *in domo* Heber *permanſerit.* 122

LIBER III.

Sive

Prodromus in Atlantem Polyglottum,

Quo

Per præluſiones quaſdam de varietate linguarum & idiomatum diſparatiſſima genera, quæ unà cum idololatria in orbem terrarum occaſione primævæ confuſionis irrepſerunt, potiſſimum agitur. 124

PRÆLUSIO.

SECTIO I. De inclinatione, corruptione & interitu linguarum. 130
CAP. I. *De occaſionibus & multiplici cauſarum ſerie, qua linguæ variorum regnorum florentes, tandem omnimodæ corruptionis oblivioniſque damnum paſſæ ſunt.* ibid.
II. *De origine & introductione idololatriæ in mundum ratione diverſitatis lin-*

linguarum morumque, qui apud gentes differentesque nationes vigebant. 132
III. *De varietate & multitudine numerorum qui ex confusione linguarum & divisione gentium natæ sunt.* 133
ANALOGIA *rerum à primis mundi patriarchis gestarum, gestis* Osiridis, Isidis, Hori *parallela.* 136
IV. *De primæva nominum impositione.* 145
V. *Quænam & qualis fuerit* prima *omnium linguarum.* 148
VI. *De linguæ* Samaritanæ *characteribus, utrum vere* Assyrius *aut* Hebræus *sit.* 152
§. 1. *Decisio litis circa* Assyrium *seu* Hebræum *&* Samaritanum *characterem.* 153
TABULA COMBINATORIA, *in qua ex probatissimis auctoribus primævorum characterum forma, eorumque omnium, qui ab iis originem duxerunt, successiva temporum propagatione exhibentur; ex quibus luculenter deducitur omnia linguarum alphabeta nonnulla in se priscarum literarum vestigia tenere.* 157
Expositio Tabulæ præcedentis. 158
§ 2. *De siclis* Hebræorum Samaritano *characterе insignitis.* ibid.
VII. *De origine literarum & scriptionis.* 162
VIII. *De linguæ* Hebrææ *mirâ vi in rerum significationibus elucescente, quam infusam habuit* Adam. 164
Combinationes sensuum, qui sub nominibus animalium latent. 168
IX. *De literis* Coptitarum *mysticis, quorum lingua est una ex linguis primigeniis.* 172
Ab Hebræis *mutuata.* 176
Primæva literarum Ægyptiarum *fabrica, & institutio facta à* Tauto *sive* Mercurio Trismegisto. 177
X. *De lingua* Phœnicia *una ex linguis primogeniis.* 184
TABULA, *quâ characterum* Samaritanorum, *cum* Ionicis *&* Copticis *sive* Ægyptiis *comparatio instituitur.* 190
Exemplum inscriptionis Ionicarum *literarum à priscis* Græcis *lapidi incisa.* 191
SECT. II. De linguis primigeniis, quas *matres* vocant, quæ post confusionem *Babylonicam* etiamnum superstites in usu sunt. 193

PRÆFATIO.

CAP. I. *De linguâ* Hebræâ *linguarum omnium primâ.* ibid.
II. *De linguâ* Chaldaïca, *una ex primogeniis linguis.* 194
III. *De lingua* Samaritana *seu* Phœnicia. 196
IV. *De lingua* Syriacâ. 197
V. *De lingua* Arabicâ. 198
VI. *De lingua* Æthiopicâ. 199
VII. *De lingua* Persicâ, *seu* Ælamiticâ. 201
VIII. *De lingua* Ægyptiacâ *seu* Coptâ, *quam &* Veterem Pharaonicam *appellamus.* 203
IX. *De lingua* Armenicâ. 204
SECT. III. De linguis *Europæ* primogeniis, earumque proprietatibus. 206
CAP. I. *De linguæ* Græcæ *origine.* ibid.
II. *De linguæ* Latinæ *origine, antiquitate, corruptione & restauratione.* 209
III. *De variâ qualitate, vicissitudine & augmento linguæ* Latinæ. 210
Tabulæ rostratæ inscriptio priscâ linguâ Latinâ *peracta.* ibid.
Columnæ rostratæ inscriptio. 211
IV. *De linguæ* Germanicæ *origine, propagatione & corruptione.* 212
Lingua Germanica *Imperialis.* ibid.
V. *De intimis* Septentrionalium *regionum linguis.* 214
VI. *De linguâ* Illyricâ, Dalmaticâ, Slavonicâ *ejusque* filiabus. 215
TABULA CHRONOLOGICA *annorum post diluvium, quâ linguarum ortus & incrementum exponitur.* 216
VII. *Utrum radices linguarum reperiri queant ad universalem linguam quandam constituendam.* 218
CONCLUSIO. 221

ATHA-

ATHANASII KIRCHERI è SOC. JESU

TURRIS BABEL,

TOMUS I.

In Libros tres digeſtus;

Quorum

PRIMO

Res geſtæ poſt diluvium ad **Turris** *uſque ædificationem*;

SECUNDO

Civitatis **Turris***que erectio*;

TERTIO

Linguarum diviſio & tranſmigrationis Gentium Hiſtoria continetur.

COLEGIO DEL S. ANTONIO PUEBLA

ATHANASII KIRCHERI è SOCIET. JESU

TURRIS BABEL,

LIBER PRIMUS

Continens

Res geſtas poſt diluvium ad Turris uſque ædificationem.

PRÆFATIO

AD

LECTOREM BENEVOLUM.

POſt Arcæ Noëmicæ, & luctuoſam Cataclyſmi hiſtoriam modò ordine Moſes DEI famulus primò enarrat Mortalium per tres filios Noë, Sem, Cham, & Japhet, centum annorum ſpatio peractam multiplicationem; excipit hanc Civitatis Turriſque omnibus ſeculis memorabilis fabrica, quam ſequitur vindicante ſe DEO OPT. MAX. de indomita filiorum hominum ſuperbia & contumacia, linguarum confuſio, & gentium tranſmigrationis exordium: quæ cuncta Moſes Geneſeos cap. XI. etſi quàm breviſſimè, quàm diſtinctiſſima tamen, & exacta rerum, quæ in hoc arduo negotio, temporum ſucceſſu acciderunt, enarratione complexus per quinque circumſtantias pulchrè ſanè expoſuit; quarum Prima eſt, quinam videlicet primævi iſti Mortalium fuerint, qui tum temporis in mundo vixerint, quid egerint, & quidnam eos ad tranſmigrationem ordiendam permoverit? Secunda, quis finis in eorum tranſmigratione ad inſanæ molis Turrim erigendam impulerit? Tertia, ad quodnam altitudinis ſpatium ex eorum conſilio Turris ſe extendere debebat? Quarta quem finem ſcopumque in tantæ molis ædificio ſibi præfixum habuerint? Quinta denique, quomodo ab opere, temerario auſu incepto, ex Divini Numinis diſplicentia, & punitione ulterius proſequendo ex confuſione linguarum deſtiterint; quomodo verò linguarum confuſione perplexi, tandem tranſmigrationem in omnes mundi regiones, orditi fuerint? Quæ omnia quàm fuſiſſime in hujus operis contextu demonſtrabuntur. Divina bonitas adſit auſibus noſtris, ut aſſumptum thema ad unicam ejus gloriam deſiderata felicitate proſequamur.

LIBER PRIMUS.

De rebus poſt diluvium, centum triginta annorum ſpatio geſtis.

BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO PUEBLA DE ZARAGOZA

CAPUT I.

De exitu Noë, *filiorumque ex arca.*

Cap. I. SI æquâ mentis trutinâ primorum poſt diluvium hominum actiones ponderemus, recta ſanè ratio dictare videtur, Filios *Noë* poſt egreſſum ex arca, peractoque DEO de acceptis beneficiis, ſacrificio, acceptoque de multiplicatione generis humani, per verba (*Creſcite & multiplicamini & replete terram*) præcepto & benedictione illis impartita, non ſtatim ad inferiores montium fundos deſcendiſſe, ſed in montium planitiebus ad complures annos hæſiſſe à vero haud abludit. Notum enim ex Geographia eſt, in pleriſque editioribus montibus ſemper reperiri campos longè latèque diffuſos, quemadmodum ex Alpium, Appennini, cæterorumque montium catenis, in univerſa *Europa* viſendis, experientia nos docet, pecoribus, pecudibus, armentiſque, uberrimis paſcuis alendis, mirè aptos, & opportunos reperiri. In ſimilibus itaque campis, *Noë* cum filiis ſuis converſatum fuiſſe, arbitramur.

Ex arca egreſſi non ſtatim in plana deſcenderunt primi homines.

Noë poſt egreſſum extra arcam non ſtatim in camporum planitiem deſcendiſſe, ſed in montibus hæſiſſe.

Cum enim in hujuſmodi editioribus planitiebus, quæ montium jugis inexiſtebant, ex limoſæ materiæ utique defluxu, jam fontium venæ ad neceſſarium aquæ uſum, quod in infimis planis non fiebat, citiùs, tempeſtiviùſque aperirentur, campique affluxu humidi agriculturæ idonei aptique redderentur, certè *Noëmus* meliorem, commodioremque, pro ſumma ejus circa rerum naturalium cognitionem peritia, ſtationem optare non poterat; quamvis verò ſacer textus de hiſce nihil dicat, ratio tamen dictare videtur, uti ſuprà dixi, id hoc pacto fieri debuiſſe.

Nôrat enim *Noë* divino lumine illuſtratus renaſcentis mundi ſtatum; Nôrat quàm optimè ingentem orbis terrarum poſt diluvium metamorphoſin. Nôrat denique quamdiù, quotque annis, in montibus commorandum foret, donec inframontana planiora loca habitationi hominum apta forent. Atque hoc pacto factum eſt, ut is in montibus, veluti ſtatione tutiori, propagandi humani generis initium duceret, donec in immenſum exurgente filiorum multitudine ad inferiorem planitiem ſe conferre cogeretur.

CAPUT II.

Quibus in rebus Noë *filiique cum uxoribus in montibus ſe occupaverint.*

Cap. II. CErtum eſt, *Noë* minimè hoc rerum ſtatu, otioſum fuiſſe, ſed continuò ſummâ curâ, & ſollicitudine rebus benè gerendis, & artibus humano generi adeò neceſſariis, perpetuò exercendis diſtentum fuiſſe; ac primò quidem, prout DEUS ipſi præceperat per verba (*Creſcite & multiplicamini*) filios ſuos ad propagationem faciendam excitaſſe; & quoniam multipli-

Noë in inſtruendo genere humano in omnibus neceſſariis procurandis impiger.

Cap. II. tiplicationi hominum nil magis convenit, quàm nutrimentorum ubertas, ſine qua vitam tolerare non poterant, neceſſitate compulſus, ante omnia agrorum colendorum rationem filios, per divinitus ſibi infuſam, uti in *Arca Noë*, docuimus, ſcientiam edocuit, ut quemadmodum ante diluvium in comparandis in arcæ animaliumque uſum ad vitam ſuſtentandam rebus neceſſariis, providum œconomum egerat, ita quoque poſt diluvium, in excolendis poſteris, iiſque circa neceſſariarum rerum uſum inſtruendis, nulli labori pepercerit, utpote qui univerſam orbis faciem tranſmigratione uti erant repleturi, ita per ſucceſſivam artium traditionem à *Noë* profluentem, modum & rationem, veluti opulentam hæreditatem conſecuti in poſteros propagarent.

Ferrariæ artis reliquarumque neceſſitas.

Porrò, cum ad agriculturam exercendam, aliis artibus ad terram ſubigendam indigerent, is utique primò in *Ferraria* arte, quam vel divinitùs hauſerat, vel prout ante diluvium à *Tubalcain* fabro in omni genere ferri, & æris, uti *Cap.* IV. *Geneſis* habetur, didicerat, filios ſuos exercebat; inſtrumenta non quidem ex nativis montis fodinis, quæ tunc temporis necdum excoli poterant, ſed ex ferramentis, quæ ſecum intra arcam in hunc finem attulerat, fabrefecit, cujuſmodi eſſe potuerunt vomeres, falces, ſerræ, harpagines, ſecures, cultri, & ſimilia; figulinam quoque artem, ſive plaſticam, quâ ex argilla urcei, ollæ, conchæ, ſimiliaque ad domeſticum uſum conficerentur, tradidiſſe arbitramur. Ad tutandos quoque ſeſe contra tempeſtates, cæteraſque aëris injurias, caſarum, tuguriorum domuumque, prout ante diluvium viderat, feceratque, ædificandarum regulas præſcripſit. Præterea omnis generis legumina, tritici, farris, ſiliginiſque ſementem in agriculturam intra arcam intuliſſe, ut poſt diluvium præſentis occaſione neceſſitatis, agris ſtatim ſemine fœcundatis vivere poſſit: quomodo enim, ſi in arcam ſecum ſimilia non tranſtuliſſet providentiſſimus œconomus, ſtatim ſemina prompta habere potuiſſet, cum univerſa tellus ſqualore, limoque offuſa tam citò nil horum ad nonnullos annos proferre potuiſſet, quod idem de arborum fructiferarum, vinearumque plantatione intelligi velim. Quomodo enim vel unius anni ſpatio ſine fructibus, ſine pane, ſine carnibus, ovis, cæteriſque vitæ humanæ ſuſtentandæ ſubſidiis vivere potuerint, nemo ſenſatus concipere poterit. Præviderat enim *Noë* cuncta hæc poſt diluvium neceſſaria; nôrat ob triſtem & luctuoſam telluris faciem, omnia hæc defutura; unde vel ipſo Deo dictante, pro renaſcentis mundi requiſitione neceſſariò & rerum omnium ſemina, inſtrumenta agricultoria, & fructiferarum arborum germina, racemoſque vitium ſecum intra arcam tranſtuliſſe, ut iis ſine ulteriori prolongatione in uſum hominum, animaliumque uteretur.

Fabrilis artis neceſſitas.

Agriculturæ neceſſitas.

Uxorum cura & diligentia.

Atque hæc quidem filios ſuos edocebat *Noë*, uxoribus verò curâ rerum muliebri ſexui propriarum, ſi conjectare licitum eſt, relicta; hiſce enim ad veſtium ſubſidium, linum ſerendi, aquis macerandi, in ſtupam carminandi, filandi deinde texendique regulas præſcribebat, lanificiæ quoque artis documenta dabat. Præterea gallinarum, pullorumque educationi, ad ovorum comparationem, & omnem denique domeſticæ ſervitutis cultum deſtinabat. Hoc pacto, hæ primæ mortalium poſt diluvium coloniæ impigrè ſanè, quæ à *Noëmo* didicerant, in executionem deduxerunt; & hi quidem poſteros ſuos conſequenter ipſis commendatos vivendi modos alios alioſque edocebant, ut in ſequentibus demonſtrabimus.

Cap. III.

CAPUT III.

De descensu Noë *cum familia numerosa in monte peracta, in submontanam regionis planitiem.*

Descensus Noë *ex montibus in regiones submontanas, hodie* Persidis *nomine insignitas.*

VEnit tandem tempus, quo *Noë*, jam filiis suis in copiosam progeniem exurgentibus, inferiores montium fundos, vastasque regiones ad habitandum aptas, ab omni squalore, & humiditate superflua immunes cognovit; unde descensione factâ, cùm campos jam in rivos & flumina discretos, limosas primò planities jam herbarum luxuriantium, pascuorumque fœcunditate non feraces tantùm, sed & amœnitate confertas, sylvarum districtus, uti & arbores tum fructibus onustas, tum ad cæsuram in materiam ædificiis construendis aptam, sylvas quoque variarum animantium copiosa progenie, camposque omni animalium domesticorum genere confertos reperisset, ibidem perstitit; qui, uti communis est interpretum sententia, fuit ingens ille vastusque regionum districtus, qui postmodum, sive *Persia* sive *Armenia* dicta fuit, hîc mox incredibili hominum multiplicatione aucta, ne confusâ multitudine confusus ordo nasceretur, *Noë* parens omnium, & Rex, in tres partes, juxta trium filiorum, *Sem*, *Cham* & *Japhet*, veluti tribus quasdam, partitus est, ut unaquæque tribus sibi subditis cum plenitudine potestatis præesset; & in difficultatibus, dissidiisque exortis, ad *Noëmum*, veluti ad naturalem totius orbis hæredem, & arbitrum recurrerent. Ne verò in tanta multitudine hominum, animarum cura negligeretur, *Noë*, uti erat cœlesti lumine illustratus, ita quoque ante omnia quàm maximè necessarium duxit, ut iis præcepta vitæ & disciplinæ præscriberet, religionis cultum edoceret, morum normam, atque in Deum fiduciæ & devotionis affectum ingereret; ritus in sacrificiis instituendis, juxta præcepta Dei, suis temporibus servandos constitueret, siquidem sine Divini Numinis assistentia in tanta populi varietate nihil rectè constitui posse probè nôrat. Unde convocatis in unum primoribus tribuum, talem, qualem nobis imaginari possumus, exhortationem habuisse, piè credimus.

Trium filiorum Sem, Cham, Japhet, *in tribus distributio.*

Παραίνεσις Noëmi

ad tres filios, *Sem*, *Cham*, *Japhet*, jam constitutos principes populorum.

IN hoc solemni congregationis consessu, ô filii, in nomine DEI *sancti & glorioſi, hodie vos alloquor. Attendite itaque sermones meos, auribus percipite verba oris mei, verba veritatis, verba vitæ, verba salutis, quæ si servaveritis,* DEUM *semper propitium vobis habebitis in generationibus vestris; sin, justum* DEI *judicium super vos, vestrasque generationes completum iri, ne dubitetis. Nôstis infelicem mundi ante diluvium statum, vidistis unà mecum gigantum immanitatem ante diluvium, inexplicabilem hominum in omni scelerum, flagitiorumque genere perversitatem, quæ naturæ limites longè excedens ad eam impietatem ex sacrilego Sethianæ stirpis cum Cainitica conjugio pervenit, ut vel* DEUM *ipsum, cujus natura bonitas est, ad mundum perdendum, diluvioque universali exterminandum compulerit. Memineritis, ni fallor, quomodo me quantumvis indignissimum famulum suum, ex omni carne veluti unicum, qui sicuti vias Domini rectas cum timore & tremore, ab omni scelerum participatione alienus observâssem, elegerit, ita quoque me ad divinæ justitiæ præceptum contra impios exequendum destinaret, arcamque*

Cap. III. *que ipso dictante Numine, pro sua infinita clementia construi jussit, quâ vos filios meos atque uxores vestras ex omni generis humani massa selectos, à ruina mundi solos conservare voluit. Nôstis quanta fide & religione in centum annorum fabrica desudârim, quot persecutionum insultus ab improbis gigantibus sustinuerim, donec tandem post frequentes ad eos, de vicino orbis excidio habitas exhortationes, saxis duriores in pertinaci peccandi voluntate persistentes, ad unum omnes inexspectato cataclysmo perierint. Recordamini filii mei, quanta à benignissimo* DEO *tùm ante tùm intra arcam unà cum omni viventis naturæ substantia ingressum, inclusi, beneficia receperimus; quàm paternè universo pereunte mundo, nos solos conservaverit, & suâ ineffabili providentiâ, & dispositione nobis astiterit: quomodo me, quid in difficultatibus agendum, divinæ vocis oraculo instruxerit: quomodo tandem extincto jam humano genere, nos octo homines ad mundi semen mundique instaurationem ordiendam destinârit. Quæ certè talia sunt, qualia à mundi origine neque visa sunt, neque futuris seculis videbuntur, ut proinde accepta beneficia hujusmodi ineffabilia à* DEI *bonitate, & misericordia meritò in cordibus nostris diu noctuque impressa tenere, & continua meditationis assiduitate ruminare debeamus.*

Porrò jam ad beneficiorum, quæ post egressum ex arca DEUS OPT. MAX. *nobis contulit, copiam & magnitudinem progrediamur, cùm enim præter me, & vos, uxoresque vestras, nullus homo vivens supra universam telluris faciem reperiretur; cogitate & expendite, quomodo me unicum mundi dominum & hæredem constituerit, omnem orbis terrarum plenitudinem meæ potestati subdiderit, ad omnia mundi renascentis regna, eorumque populos gubernandos me præficere dignatus sit; qua de causa pro tanta beneficiorum immensitate, me ad debitas condignasque gratiarum actiones reddendas, solenne sacrificium ei, qui nos tantopere dilexit, instituisse ministis. Verum enim verò, cum jam generis humani per vos tres filios meos,* Sem, Cham, Japheth, *veluti unicos mundi hæredes, nec non universæ terræ, gentiumque principes peracta propagatio in adeò numerosam sobolem exurrexerit, ut unà simul commorari nequeamus. Vos ne in tanta filiorum nepotumque vestrorum propagatione, confusio nasceretur; vos, inquam, veluti in tribus quasdam dividendos censui. Et* Sem *primogenitus, quem centum ante diluvium annos* DEI *miseratione suscepi, suæ stirpis, filiorum, nepotumque curam habeat.* Japheth *pariter princeps & dominus sit progeniei suæ.* Cham *verò in generatione sua, suo potiatur dominio. Hoc unicum à vobis efflagitans, ne spuriis commixti conjugiis abutamini, sed unusquisque suæ stirpis progeniem, paternâ non tyrannicâ administratione gubernet; exortas dissidentium lites auctoritate sua cohibeat. Cùm verò sine Divini Numinis opitulatione nec regnum, nec regnatores diu subsistere possint, ante omnia eam religionem vobis tenendam præscribo, quam de* DEO *uno, vero, vivo, mundi conditore, rerumque omnium moderatore* Seth, Adæ *filius patres nostros ab origine mundi, traditione continua usque ad me ab* Adamo *decimum edocuit, conservetis, hanc intimis cordium vestrorum tabulis inscribatis, ne ejus unquam in vobis memoria obliteretur; ab hac enim ultimum actionum vestrarum, & vitæ benè feliciterque transigendæ scopum dependere existimetis velim; cum enim toto pereunte mundo, pro sua infinita bonitate & misericordia nos solos superstites esse voluerit, id eo fine factum sciatis, ut hanc eandem religionis normam quam vobis præscripsi, non duntaxat vos magno animi fervore colatis, sed & ingenti sollicitudine eam ad filios nepotesque nepotum vestrorum propagetis. Agitedum filii mei carissimi, Divini Numinis cultum nullo unquam tempore intermittatis, orationes & sacrificia, queis* DEO *nostro nil gratius acceptiusque esse potest, eo modo, quo me post egressum extra arcam agere vidistis,*

Cap.III. *distis, pari fervore, omni superstitione prescripta, statutis temporibus peragite; pacem & concordiam inter vos, veluti veram & unicam felicitatis tesseram in vobis conservate, colite, amate: quæ si feceritis, benignissimus* DEUS *vos ipsos, atque omnes operationes vestras, vitæ beatæ longitudine fœcundabit, ad fœcunditatem agrorum pluviam dabit temporibus suis, horrea vestra replebuntur frumenti frugumque copiâ, olei vinique abundantiâ penuaria vestra exuberabunt, omniumque possessione bonorum beabimini: si verò, quod absit, meis præceptis non obedieritis, sed perversæ mentis impetu scelerumque enormitate in* DEUM *consurrexeritis, eum de vobis mille calamitatum generibus ob pertinaciam mentis, profusamque peccandi licentiam, se vindicaturum pro certo teneatis, quemadmodum enim divina natura bonitatis & misericordiæ suæ finem non habet, ita nec & justitiæ ejus; hæc seriò expendatis hæc alto pectori inscribatis; & si quandoque hæc vobis acciderint, ea me vobis prædixisse memineritis. Vivite felices, verborum meorum memores; quod ut fiat benedictio* DEI *descendat super vos, & quæ per vos fieri posse cogitavi, perficiat.*

CAPUT IV.

De Multiplicatione humani generis, à diluvio usque ad Turris *ædificationem.*

Cap.IV. COnstat ex *Geneseos cap.* IX. per tres filios suos, *Sem, Cham* & *Japheth*, genus humanum propagatum fuisse supra terram. Textus sequitur: *Isti sunt filii* Noë, *& ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram*: & *cap.* X. *Hæ sunt familiæ filiorum* Noë *juxta populos, & nationes suas, ab his divisæ sunt gentes in terra post diluvium.* Intendit *Moses* in hoc capite demonstrare, quod sicuti in primordiali mundi statu, ex uno *Adamo*, omne genus humanum usque ad diluvium, mille sexcentorum, & quinquaginta sex annorum tempore, propagatum fuit, ita post diluvium, quasi novo rursus mundi principio ex tribus *Noë* filiis omnem terram, habitatoribus cultoribusque fuisse completam. Tametsi verò numerosam quidem progeniem, multiplicemque posteritatem trium filiorum *Noë*, primamque originem diversitatis gentium, regionum, regnorumque luculenter describat; nemo tamen censeat, majorem hisce non fuisse progeniem, quàm sacer textus scribat; cùm *Moses* hoc loco, non nisi capita, duces, & principes populorum enarret, reliquis data opera relictis, ne in enarratione singulorum minimè utili, utpote in infinitum hujusmodi generationibus sese extendentibus, tempus perderet. Verùm cùm hæc omnia quàm fusissimè in *Arca Noë* prosecuti fuerimus, eò Lectorem remittimus.

Quanta multitudo hominum intra 275 annos post diluvium nasci potuerit.

Historici non sine ratione mirantur, quomodo tam cito, vel intra 275 annorum spatium usque ad *Turrim Babel*, tam immensa hominum multiplicatio, quam & profani scriptores *Herodotus*, & *Diodorus*, aliique complures tradunt, per solos tres homines, filios *Noë* contingere potuerit. Is mirari desinet, ubi excusserit humanæ generationis historias. Quis nescit, vel solum *Nembrodum Turris* fabricatorem, exceptis fœminis, & parvulis, è sua solùm progenie, in campum duxisse 200000 hominum armatorum; uti de *Belo*, id est *Nimbrod*, *Diodorus* narrat. Quis non obstupescat, *Ninum Nembrodi* filium, uti refert *Eustachius Thessalonicensis in Commentario in Dionysium Alexandrinum de Situ Urbis*, ad civitatem *Niniven* condendam, centum

qua-

*Cap.*IV. quadraginta millia operarum adhibuiſſe, & hoc inter ducentos nonaginta quinque annos poſt diluvium, ſi itaque tanta hominum multitudo, tum in bellis gerendis, tum in condendis urbibus propagari poterat, quanta poſt trecentos & quadringentos annos? cum jam univerſus orbis penè eſſet habitatus. Si enim ponamus, ſingulis tricenis annis generationes renovari, facilè octingenta millia animarum naſci poterant. Sed ut lector hæc propiùs perſpiciat, ea calculo Arithmetico demonſtranda duximus.

Ponamus itaque, tres filios *Noë* primo ſtatim anno poſt diluvium, tres filios, & totidem filias generaſſe, ſingulis verò conſequentibus annis totidem, uſque ad triginta annos, ubi jam omnes filii, & filiæ ſuſcipiendis liberis quàm aptiſſimi erant, reperies numerum animarum jam ad 360 perveniſſe; hi verò per mutua connubia uſque ad 60 annos ſe propagare potuerunt, juxta artis combinatoriæ regulas, ad 21600 animas; ſi enim 60 in 360 duxerimus, provenient 21600. Hi rursùs per mutua conjugia uſque ad nonageſimum annum facilè continuâ propagatione pertingere potuerunt ad numerum animarum 1944000, quod patet ex ductu 90 in 21600. Atque hæ progenies à 90, poſt diluvium ad annum uſque 120, per novorum connubiorum combinationes pertingere potuerunt ad 23328000000, id eſt, viginti tria millia millionum, trecentos, & viginti octo milliones; quæ res vix animo concipi poſſet, niſi id ex combinatoriæ artis regulis evidenter conſtaret. Sed hæc in ſubjecto abaco contemplare. Primo anno poſt diluvium ponatur, tantùm tres filios fuiſſe genitos, invenies

Calculus propagationis generis humani ad Turris *fabricam.*

Primis 30 annis poſt diluvium tres filios
generaſſe —— —— —— —— —— 360 filios & filias.
His multiplicatis per 60 annos poſt diluvium, producetur —— —— —— 21600 progenies liberorum.
His multiplicatis per 90 annos, à diluvio,
dabitur —— —— —— —— 1944000 propagatio hominum.
Atque hi multiplicati per 120 annos; &
hinc uſque ad *Turrim Babel*, producent 23328000000 propagatio hominum.

Non hic ulteriùs procedimus, cum res propè in infinitum procedat.

Ut proinde nemo miretur, adeò incredibiles, *Nimbrodi* adhuc tempore, cum humanæ ambitionis faſtus, de Monarchia, & ſummo rerum dominio obtinendo æſtuabat, exercitus coactos fuiſſe. Nam *Zoroaſtrum*, quem nos *Chamum*, avum *Nembrod* fuiſſe, in *Obeliſco Pamphilio* oſtendimus, contra *Ninum* filium *Nembrod* exercitum 2000000, quæ ſunt, vicies centena millia hominum, duxiſſe, *Diodorus Siculus lib.*3. tradit. Habemus vel ex ipſis ſacris literis aliud exemplum; dum vel ipſi ſancti interpretes ſatis mirari non poſſunt, quomodo ex 70 Iſraëlitis, qui in *Ægyptum* juſſu *Joſephi* tranſmigrârunt, poſt 210 annos, in tantam progeniem excreverint, ut ſexcenta millia bellatorum præter parvulos, mulieres & ſenes, cum *Moſe* Duce eorum, *Ægygptum* egreſsa fuerint.

Cap. V.

CAPUT V.

De prima Transmigratione filiorum Noë *ex monte* Ararat *in planiores submontanæ regionis campos.*

§. I.

De Lingua, seu idiomate, quo immediatè post diluvium utebantur.

ANtequam ulteriùs ad constitutum scopum progrediamur, primò verba sacri textus hîc adducenda duximus, ut juxta eadem instituti nostri telam ordiamur. Sic itaque *Moses* disserit:

Hebræa lectio.

ויהי כל הארץ שפה אחת ודברים אחדים
ויהי בנסעם מקדם וימצאו בקעה בארץ שנער
וישבו שם:

Id est: *Erat autem terra labii unius, & sermonum eorundem; cumque proficiscerentur ex* Oriente *invenerunt campum in terra* Sennaar, *& habitaverunt ibi.* Græca lectio sic habet:

Græca lectio.

καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἓν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι· καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κινῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν, εὗρον πεδίον ἐν γῇ σεννααὲ, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ. Id est: *Et erat omnis terra labium unum, & vox una omnibus; & factum est, cum moverentur ipsi ab orientalibus plagis, invenére campum in terra* Sennaar, *& habitaverunt ibi.* Chaldaïca lectio sic habet:

Chaldaïca lectio.

והוה כל-ארעא לישן חד ומטלל חד והוה
במיטלהון בקדמיתא ואשכחו בקעתא
בארעא דבבל ויתיבו תמן.

Id est: *Eratque omnis terra lingua una, & loquela una; & factum est, cum proficiscerentur in principio, & invenissent campum in terra* Babel, *habitaverunt ibi.* Arabica versio sic habet:

Arabica lectio.

وكان جميع اهل الأوض اهل لغة واحل ٭و
كان الكلام واحلا ٭ وكان لما رحلوا من
للشرق وخدوا بقيعا في بلد السعيور
فاقاموا ثم ٭

Id est: *Erat autem totus mundus idioma unum, & loquela eadem, & cum ipsis quies esset in* Oriente *invenerunt campum in terra* Bagaded, *id est, in* Babylone, *& sederunt ibi.* Hisce textibus consonat Syriaca.

Erat itaque terra labii unius, eorundemque verborum, vel ut *Græca* habet, *erat terra labium unum, & vox omnibus eadem;* vel ut Chaldaïca, *omnis terra lingua una, & locutio eadem;* vel denique uti Arabica; *erat totus mundus idioma unum, & loquela una.* Quid verò per *labium* intelligendum sit, exponamus.

Labium quid notet.

Cùm *labium* formandarum vocum instrumentum sit, sine labiis verò vox ulla proferri non possit; cum nemo non apertis labiis motisque loqui possit; rectè sanè sacer textus pro *lingua* ponit *labium*, causam pro effectu. *In universa* itaque *terra*, vel ut *Arabica* habet, *in toto mundo* (ubi per *mundum*, totius humani generis congregationem nominat) erat lingua una: id est, *omnes homines*, qui post diluvium usque ad transmigrationem, immensâ multitudine se propagârunt, loquebantur linguam unam.

Quæ lingua *in usu fuerat post diluvium.*

Unde quæritur primò, *qualisnam* illa *lingua* fuerit? Respondeo, fuisse *linguam sanctam*, primordialem, quam Noë filiique, uti per continuam Patriarcharum traditionem ante diluvium didicerant, ita quoque prorsus eandem docuere filios suos, cum alia præter hanc in orbe terrarum non vigeret; & de hoc si quispiam dubitârit, is merito insensatus videri posset. De hoc tamen merito quis dubitare posset, utrum lingua hæc primæva ab omnibus eodem prorsus tenore, & pronunciatione, spatio centum annorum prolata fuerit; quare

Cap. V. quare ut propoſitum mihi dubium pari pacto ſolvatur,

Utrum variæ fuerint in illa lingua dialecti.

Reſpondeo ; cum quotidiana nos experientia doceat, nullum idioma ab omnibus alicujus nationis populis tanta perfectione pronunciari, ut non ſaltem à purioris linguæ uſu, quæ in Principum aulis viget, nonnihil deflectat ; & luculenter patet in idiomate *Italico, Germanico, Gallico, Hiſpanico, Arabico* ſimilibuſque. Creditur in *Italia*, lingua omnium puriſſima *Tuſca*, quæ tamen *Mediolani, Genuæ, Bononiæ, Venetiis*, apud *Samnites*, *Apulos*, *Calabros* oppidò à primæva puritate differt, & tamen una eademque lingua eſt, nimirum in *Italia* uſitata, quam omnes loquuntur, atque ſeſe mutuò intelligunt indigenæ ; quod item de cæteris cujuſvis nationis idiomatis intelligi velim, ita ut vix in mundo lingua reperiatur, quæ non ſuas patiatur corruptelas, ſive id fiat ex vicinarum regionum, populorumque conſortio, ſive ex ingenio particularium provinciarum, & natura loci, ſive ex novarum vocum inventione ; quod adeò verum eſt, ut non dicam in provinciis ſeparatis, ſed ne in magnis quidem urbibus differentes loquendi modi deſint, ut experientia nos docuit hîc *Romæ.*

Quænam primæva poſt diluvium lingua fuerit.

Quæritur itaque, quomodo ſacer textus, *Terra itaque erat labii unius*, eorundemque ſermonum, intelligendus ſit ? Reſpondeo, fuiſſe quidem linguam omnibus communem, ſed pronunciandi modos, quos nos dialectos vocamus, differentes ; uti enim in tres tribus juxta generationes trium filiorum *Noë* dividebantur, ita quoque purioris tantum linguæ uſum apud principes tribuum, *Sem, Cham, Japheth* & filios, nepoteſque eorum remanſiſſe, popularem verò & linguam plebejam ex varia hominum mixtione, prout in omnibus aliis linguis accidere novimus, à purioris linguæ uſu nonnihil declinâſſe quidem, non tamen tantum, ut non mutuò ſeſe intellexerint, exiſtimamus. Et hoc pacto ſacer textus facilè explicari poterit, uti ex paulò antè dictis patet ; quænam verò illa propriè lingua fuerit, in *tertio libro*, DEO dante, expoſituri ſumus.

His verò propoſitis, jam ad alteram ſacri textus partem exponendam nos accingamus.

§ II.

De Vita mortalium primævorum in ſubmontanâ montis Ararat *regione, multis annis peracta.*

MAgna hîc controverſia inter interpretes exoritur de tranſmigrationis itinere, *primò* ex monte in planum, *deinde* in terram *Senaar* facto ; ſiquidem, dum multi capere non poſſunt, quomodo populi ex *Oriente* moviſſe dicantur, cum tamen *Armenia* non orientalis, ſed borealis reſpectu terræ *Senaar* exiſtat ; verùm cum in hoc non exiguam Geographiæ imperitiam apud ſcriptores reperiam, ut ſacer textus illibatus conſervetur, paulò fuſiùs hanc controverſiam decidendam cenſuimus.

Dicimus itaque, nullam in hoc primævi ſæculi ſtatu, nominis locorum rationem habendam eſſe, ſed ſolummodò primi montis illius *Ararat*, quem *Noë* cum tribus filiis poſt diluvium inhabitavit, & propagatione hominum in immenſum excreſcente, in valles tandem montium, ad planiores campos incolendos deſcendit.

Duplex Armenia.

Duplex itaque *Armenia* à Geographis deſcribitur ; minor una, altera major. Major illa, quæ *Aſiæ minori* ex occidente contermina eſt ; ex borea *Georgiæ*, ſive *Colchidis* regioni, quæ & *Iberia*, & *Mecrelia* dicitur ; *Meſopotamiam* verò à meridie reſpicit. *Major* verò ex boreali plaga *Mare Caſpium*, ab occidente *Armeniam minorem*, ab ortu *Perſidem*, à meridie magnam reliquæ

Cap. V. *Perſidis* partem reſpicit; uti charta hîc appoſita docet: atque in hac *Ararat* mons celeberrimus conſtituitur, de quo cum in *Arca Noë* quàm uberrimè egerimus, ad eam Lectorem relegamus. Jam verò, ut ad inſtitutum regrediamur, exponendum reſtat, quomodo tranſmigratores illi ex *Oriente* in terram *Semaar* pervenerint. Quod ut ſcitiùs fiat, ab ovo rem exordiar.

In monte *Ararat* arcam conſtitiſſe, *Geneſis cap.* VII. traditur; *Noë* verò ex arca egreſſum, uti ſuprà oſtendimus, primò planiores montium tractus excoluiſſe, non quidem in uno eodemque loco commoratum ſemper, ſed nunc hîc, nunc illîc pro locorum feracitate, & opportunitate perſtitiſſe; *Ararat* enim non unum aliquem montem particularem eſſe putes, ſed in ingentem longè latèque in *Orientem* concatenatorum montium ſeriem extenſum eſſe, *Itineraria Perſidis Armeniæque* quàm ſcitiſſimè deſcribunt, quos montes *Chaldæus Paraphraſtes* טורי גרדו, id eſt, *montes Gordu*; *Ptolomæus* verò *Gordiæos* vocat, eoſque ſub latitudine 47 graduum ponit, quemadmodum ex charta geographica diſces. Atque ſuper, hos longè latéque protenſos montes *Noë* cum filiis ſuis primùm unanimi interpretum conſenſu commoratum agros excoluiſſe, filioſque filiorum in neceſſariis artibus inſtruxiſſe, nulli dubium eſſe debet; donec tandem poſt complurium luſtrorum decurſum, montium gurguſtiis adeò copioſam progeniem non ferentibus, in planiora ſubmontanarum regionum loca deſcendere compulſus, ibidem veluti in uberioribus agris ampliorem coloniam fundaret; neque quiſquam ſibi perſuadeat, ex eodem loco populos ſtatim tranſmigrationis initium feciſſe, ſed poſt plurimos annos, quod vel ex ipſo contextu hiſtoriæ luculenter patet, cum inter ædificationem *Turris* & diluvium, uti paulò poſt chorographico calculo probabimus, 275 annorum ſpacium definiatur. Patet itaque eos hoſce annos partim in habitatione montium, partim in planioribus campis, partim morâ in itinere ad campum *Semaar* factâ conſumpſiſſe; ponamus enim, 20 annos in montibus perſtitiſſe, in planioribus locis 75, in itinere verò verſus *Semaar*, quod ſpatium juxta geographicas relationes, duorum menſium iter eſt, quinque annos conſumpſiſſe, prodibunt centum anni, qui numerus longe abeſt ab annis fabricæ *Turris*.

טורי גרדו

Primi homines non ſtatim poſt diluvium verſus terram Semaar moverunt.

Quomodo jam ex Araratææ planitiei regione, ex *Oriente* in campum *Semaar* perveniſſe dici poſſit, oſtendo. Certum eſt, ingentes ſub monte *Ararat* campos, in quos ex vallibus montium prodeuntes intrârant, olim forſan fertiliſſimos, hodiè partim fertiles, partim ſteriles reperiſſe, qui cum in meridionalem plagam longè latéque, ferè uſque ad *Mare Perſicum*, ſub longa montium ſerie extendantur; hoſce campos, & regiones reſpectu terræ *Semaar* propriè orientales eſſe, quis non videt? & ex appoſita hîc charta ſat patet. In hiſce itaque regionibus ad plurimos annos *Noëmum* cum progenie ſua perſtitiſſe clarum eſt, eò quod ad agros colendos aptiſſimas, & ob clivorum hinc inde exurgentium copiam, etiam vineis plantandis peridoneas invenerit; nam uti lectio ſacri textus Arabica habet: *& factum eſt, cum illi tranſmigrarent ex* Oriente: ubi apertè docet, eos in hoc orientali campo quieviſſe, id eſt, unanimiter perſtitiſſe & inde poſtmodum tranſmigrationem orſos eſſe. Confirmat hæc *Strabo lib.* II. cum dicit. ἐν ταύτῃ τῇ Ἀρμενίᾳ πολλὰ μὲν ὄρη. πολλὰ δ' ὀρεπέδια, ἐν οἷς καὶ ἄμπελοι φύονται ῥαδίως, πολλὰ δ' αὐλῶνες, οἱ μὲν μέσως, οἱ δὲ καὶ σφόδρα εὐδαίμονες. *Sunt autem in* Armenia *multi montes, multi*

Chorographia qua NOE ARCAM ... MONTE ARARAT

In subiectamas Regiones. tandem per varias viarum ambages in Terram Sennaar innumerabili Filiorum multitudine stipatus descendit

Septentrio

MARE CASPIUM

ARARAT Mons

A

B

C

Iacus

Tigris

Euphrates

Terra

SEN NA AR

Phison

Gihon

E

Occidens

Oriens

Meridies

SINUS PERSICUS

NOTA LECTOR

Hanc Tabulam non pejuste ad explanandam difficultatem Sacri Textus (cumque proficisce rentur ex Oriente) dum multi non capiunt, quo modo ex Oriente in Terram Sennaar pervenerint cum Ararat Mons, in cuius vertice Arca steterit Borealis situs respectu Babilonis, seu Terræ Sennaar

Cap. V. *multi campi plani in quibus tamen vitis facilè non naſcitur, multi montium convalles, quorum quidem mediocriter aliqui, aliqui valdè felicis proventus.* In hujuſmodi itaque regionibus, quæ poſtea *Media, Perſia & Bactria* dictæ fuerunt, cum ſuis *Noëmum* habitaſſe, vineas plantaſſe, totius agricultoriæ artis inſtitutiones filios ſuos docuiſſe, nulli dubium eſse debet; niſi enim eos artibus humanæ vitæ ſuſtentandæ neceſsariis imbuiſset, utique tam copioſi hominum cœtus vitam trahere non potuiſsent; unde diſpertitis inter ſe laboribus, quidam agros aratro ad ſeminandum ſubigebant, ad frumenti, leguminum, herbarumque proventus ſerebant alii; aliqui ligna caſis conſtruendis, ad ſe contra omnes aëris injurias defendendos, apta cædebant; carbones tum in culinæ, tum alios uſus faciebant; alii molitores agebant, piſtores alii; non deerant venatores animalium, ad pelles veſtibus conſuendis aptas elaborandas; unde multi ferrariæ arti, ad omnis generis inſtrumenta adeò neceſsaria unicè applicabantur; non deerant figuli in vaſis cretaceis efficiendis, & in fornace coquendis, calce & cæmento conficiendo continuò occupati; iterum in arte textoria tum viri, tum fœminæ, ad veſtes lineas comparandas, & ad corpus decenter tegendum inſudabant; quoniam verò funium, chordarumque ad jumentorum hominumque ſubſidium uſus, quàm maximè neceſsarius erat, veriſimile eſt, illos huic reſtiariæ arti ſummo ſtudio incubuiſse, & vel ipſa ratio docet; fœminæ verò relictis dictis artibus robuſtioribus, quædam ex ipſis primò gubernandis animalibus, mulgendis vaccis, capris, ſimilibusque, butyro, caſeiſque confi-

Artes quibus Noë ſuos inſtruebat.

Quibus artibus potiſſimum occuparentur primævi homines utriuſque ſexus.

ciendis occupabantur; aliæ gallinarum pullorumque educandorum, ovorumque colligendorum curam habebant; non deerant, quæ in ſartoria arte, videlicet veſtibus conſuendis, lino in fila ducendo, maxima verò pars lotrinæ & culinæ miniſteriis occupabatur; pleræque unà cum dictis artibus ægrorum forſan curæ, filiorumque educationi operam ſuam impendebant; & ut omnia ſine confuſione agerentur, hiſce veluti populorum Duces, *Sem*, *Cham* & *Japheth*, ſub rege omnium *Noë*, præerant, qui & ſinguli juxta tribuum diſtributionem ſuos habebant præfectos, rerumque adminiſtratores, quibus cura annonæ, ne iis laboribus impeditis victus abundantia deeſſet, committebatur; & occurrentibus difficultatibus, non dubito, quin ad eas expediendas, veluti ad ſupremum humani generis, in hiſce regionibus tunc congregati caput, regem & imperatorem, *Noëmum* recurrerint; hic verò convocatis primoribus filiorum nepotumque, quid nunc, & hîc agendum, quid evitandum, veluti publico concilio quodam decreverit.

Atque hæc ſunt, quæ de primævorum poſt diluvium filiorum hominum vita & actionibus dicenda duximus; & quamvis de hiſce nil in ſacris literis contineatur; interpretes verò non niſi jeiunè illa tetigerint, rectæ tamen dictamen rationis præſcribere videtur, hoc ita fieri debuiſſe, niſi quis velit, omnia caſu tranſacta fuiſſe, quod à *Noëmi* regis ſupremi, & divinitus illuſtrati ſapientiâ alienum eſſe quis non videt? uti enim DEUS OPT. MAX. eum in renaſcentis mundi inſtauratorem elegerat, ita quoque ipſum etiam ad ſuos innumerabilis multitudinis populos inſtruendos, regendoſque ſingularibus & incomparabilibus animi talentis, ad mundi pondus pro dignitate ſuſtinendum inſtruxerit.

Cap. VI.

CAPUT VI.

De Tempore transmigrationis ex Oriente *in terram* Sennaar *à diluvio peracto, ad* 132 *annum, qui est ortus* Phaleg.

HÆc gentium transmigratio, quo tempore, aut quo post diluvium anno acciderit, tametsi scriptura sileat, quantum tamen ex chronologorum calculo colligere possumus, eam paulò ante 132 annum, ad ortum *Phaleg* filii *Heber* accidisse, non inverisimile credimus. Quod ut luculentius pateat,

Mora Noë in montibus.

Suppono *primò*; primævos à diluvio homines, filios *Noë* filiorumque ejus, post egressum extra arcam, non statim in planitiem montis, quemadmodum in præcedentibus quoque innuimus, descendisse, sed per complures annos, primò in campis montium perstitisse, ibidemque primò propagationis, agrorum colendorum, aliarumque artium specimen dedisse, usquedum excrescente in immensum filiorum multitudine, submontanis campis ad fruges ferendas jam aptis, in inferiora descenderent.

Non statim ex monte transmigratio in terram Sennaar *contigit.*

Suppono *secundò*; certum quoque & rationi congruum est, dictam progeniem non statim post descensum montis, iter in terram *Senaar* occœpisse, sed ad complura lustra in excolendis regionibus, quæ tunc temporis sine nomine, posteris verò temporibus, & etiamnum *Armenia*, *Media* & *Persia* dictæ fuerunt, constitisse; ubi quoque ejus possessores non confusè, sed magno ordine à *Noë* primò, deinde à tribus filiis *Sem*, *Cham* & *Japheth*, gentium capitibus, regebantur, & à quibus veluti artium scientiarumque peritissimis, & jam à centum annis ante diluvium in iis à patre *Noë* exercitatis, omnem propagandarum artium ad vitam sustentandam necessariarum, modum & rationem procul dubio didicerunt, ne, antequam in universæ terræ semitas dispergerentur, iis carerent, sine quibus humanæ vitæ transigendæ ratio consistere non poterat, sed de hisce satis in præcedenti capite.

Quanto verò tempore in *Oriente* steterint, *Torniellus* certis ex genealogiæ filiorum *Noë* conjecturis colligit, uti paulò post videbitur; de *Nembrod* tamen, quod est argumenti nostri unicum institutum, quo nimirum anno natus sit, quando moverit ex *Oriente*, quot annis vixerit, cum is unus è transmigratoribus fuerit, & *Turris* architectus, investigandum restat.

Suppono *tertiò*; fidum & exactissimum *Torniellum* secutus, qui annum ortus filiorum *Noë*, per annos à diluvio usque ad 152, & 275, scite sane & pulchre describit; verùm ut lector unicâ veluti synopsi, annorum seriem conspiciat, genealogiam hîc apponendam censui, ex hac enim clare patet, quid circa propositam difficultatem sentiendum sit.

EPILOGISMUS,

ex quo Series generationum filiorum Noë *colligi potest.*

1. Post diluvium itaque anno primo, vitæ *Noë* 601. natus est, opinione *Tornielli*, aliorumque interpretum, *Ælam* filius *Sem* primogenitus, anno orbis conditi —— 1657
2. Post diluvium anno 2. mense octavo, *Arphaxad* filius *Sem*, *Gomer Japhethi* filius, & *Chus* filius *Cham*, vitæ *Noë* 602. oritur ab orbe condito — 1658

3. Post

Cap. V. 3. Post diluvium anno 3. nati putantur *Magog* filius *Japhethi*, & *Mesraim* filius *Cham*, vitæ *Noë* 603. ab orbe condito —— —— —— 1659

4. Post diluvium anno 4. vitæ *Noë* 604. nati putantur *Chanaan* & *Lud*, filii *Cham*, anno ab orbe condito —— 1660

5. Post diluvium anno 5. vitæ *Noë* 605. nati creduntur *Thubal* filius *Japheth*, & *Aram* filius *Sem*, & *Mosoch*, anno ab orbe condito —— 1661

6. Post diluvium anno 7. vitæ *Noë* 607. natus censetur *Thiras* filius *Japheth*, anno ab orbe condito —— 1663

7. Post diluvium anno 38. *Arphaxad* filius *Sem* genuit *Cainan*, vitæ *Noë* 638. ab orbe condito —— —— —— 1694

8. Post diluvium anno 68. vitæ *Noë* 668. *Cainan* genuit *Sale*, & *Chus Nembrod*, anno ab orbe condito —— 1724

9. Post diluvium anno 97. *Sale* genuit *Heber*, vitæ *Noë* 697. anno ab orbe condito —— 1753

10. Post diluvium anno 132. vitæ *Noë* 732. *Heber* genuit *Phaleg*. Prima divisio gentium: ab orbe condito --- 1788

11. Post diluvium anno 162. vitæ *Noë* 762. *Turris* ædificatio anno ab orbe condito --- 1818

12. Post diluvium anno 275. confusio linguarum, & secunda dispersio gentium, anno ab orbe condito —— 1931

13. Post diluvium anno 276. regnum *Nembrod*, *Babylon*. vitæ *Noë* 876. ab orbe cond. 1932

14. Post diluvium anno 350. *Noë* moritur, anno ab orbe condito —— —— —— 2006

15. Post diluvium an. 360. *Ninus* regnat, anno ab orbe cond. 2016

Ex hoc Epilogismo Genealogiæ luculenter patet, omnes tunc homines in mundo usque ad ortum *Phaleg* in *Oriente* extitisse, unicam quoque linguam fuisse omnibus, usque ad confusionem linguarum, quæ contigit anno post diluvium 275. Prima itaque transmigratio gentium ex *Oriente*, paulò ante ortum *Phaleg*, in adeò immensam hominum multitudinem excreverat, ut *Noë* divino lumine ductus, ne confusio in tanta multitudine nasceretur, eam in tres regiones mundi sibi notas, juxta trium filiorum *Sem*, *Cham* & *Japheth*, tribus dividendam censuerit, quæ circa annum, uti ex tabula patet, circa ortum *Phaleg*, circa annum ferè centesimum trigesimum contigit; atque adeò ex præcedente genealogismo pateat, tres filios *Noë* cum omnibus filiis filiorum, nepotum, pronepotum, abnepotumque progenie, post egressum extra arcam, antequam in terram *Sennaar* proficiscerentur, partim in montanis *Ararat* recessibus, partim in submontanis regionibus orientalibus natos fuisse; quorum, quæ in Tabula ponuntur nomina, non nisi principes solùm, & patriarchas, innumerabiliumque populorum progenitores notant.

Duplex divisio terræ quomodo intelligenda sit.

Quod ut comprobemus, notandum, hoc loco divisionem gentium dupliciter intelligi debere; primam quidem ad ortum *Phaleg*, unde & *Heber* pater ejus nomen filio suo à divisione indidit; hoc enim tempore, ut plerique ferè interpretes referunt, prima à *Noë* divisio gentium facta est; unde hoc loco non sumenda est illa divisio, quæ post confusionem linguarum contigit, sed quæ à *Noë* DEI voluntate, & quasi ex testamento *Noëmico* instituta fuit; altera verò reapse in constructione *Turris*. Qui verò unam cum altera confundunt, valdè hallucinantur, cum illa vel ipsius *Josephi* testimonio ἀποδασμὸς τ οἰκήσεως, id est, *distributio habitationum dicatur*, quando videlicet

Noë

Cap. VI. *Noë* distributionem universæ terræ tribus filiis suis, hoc, quo dixi anno, instituit; hæc verò sit illa, quæ post confusionem linguarum in executionem deducta fuit, quam proinde *Josephus* σύγχυσιν φωνὴ τὴν διάλεκτον, id est, *confusionem linguarum* vocat, eò quod confusio hæc causâ fuerit divisionis gentium; prior quidem sine ulla confusione transacta fuit, non item posterior; illa quieta, hæc turbulentis motibus conferta; illa sub ortum *Phaleg*, hæc sub medio ejusdem tempore contigit; & constat ex authoritate sacræ scripturæ *Genes. cap.* X. *v.* 25. ubi *Heber* nomen filio indidit *Phaleg*, eò quod in diebus ejus divisa sit terra. Qui verò obstinatiùs confusionem linguarum cum priori dicta divisione terrarum confundunt, seipsos confundere videntur, cum confusio linguarum anno post diluvium 275. illa verò 132 anno post diluvium, differentia 143 annorum contigerit, & hisce verbis innuit Josephus. *Porrò* Heberus Jectan & Phalegum *genuit, qui natus est dum habitationes distribuerentur.* Innumeros hujus sententiæ authores hîc adducere possem, nisi vel ipsa ratio divisionis gentium ita se habere dictaret; unde *Heber* hoc nomen *Phaleg* filio suo non tam instinctu naturali, quàm propheticò indidisse videtur. Certè in libro, qui סדר עולם *Seder Olam*, id est, *ordo seculorum* dicitur, Rab. *Jose* hoc pacto dicit: Heber *fuit propheta magnus, quoniam afflatu Spiritus sancti filium suum* Phaleg *nominavit, à futurâ videlicet divisione in fine vitæ ejus;* cui consentit S. *Hieron. in quæstionibus Hebraïcis*, & Genebrardus in chronico: *Vocabulo prophetico providentiæ dictus est* Phaleg, *ut innotesceret in hac divisione orbis terrarum plus fuisse divinæ providentiæ, quàm humani consilii, aut industriæ.*

Phaleg *ortus quando & quo anno.*

Anno itaque *Heberi* 34 absoluto, & 35 inchoante, & diluvii 132. non anno 102. (uti ii, qui injustè *Cainan* omiserunt) natus est *Phaleg*; quo anno patriarcha *Noëmus*, cum nepotes suos jam in tantam excrevisse multitudinem videret, ut plurimis coloniis jam deducendis sufficerent, & ipse vicinam sibi ex hac vita migrationem crederet, divinam iis de divisione Orbis habitabilis mentem aperuit. Quæ pulchrè sanè prosequitur Epiphanius in Ancorato. *Noverunt*, inquit, *omnes* Noë, *virum justum, qui cum relictus esset ipse post diluvium, & tres filii ejus, ut qui justus esset, & filios suos pios efficere conaretur, ut ne in ea mala inciderent, sicut ii, qui diluvio perierunt, non solùm per doctrinam illis pietatem proposuit, sed & per jusjurandum ab unoquoque eorum benevolentiam erga fratrem exegit, & dividit quidem, veluti hæres mundi à* DEO *constitutus, tribus filiis suis universum mundum sub sortem missum, & unamquamque partem juxta sortem singulis distribuit: & ipsi quidem* Sem *primogenito cecidit sors à* Persside & Bactris *usque ad* Indiam, & *regionem* Rhinocurorum, *quæ sita est inter* Ægyptum & Palęstinam *è regione* Maris Rubri; *ipsi verò* Cham *obtigit terra à* Rhinocura *usque ad* Gades, *ad meridiem; tertio verò filio* Japheth *obvenerunt ea quæ spectant ad Aquilonem à* Media *usque ad* Gades, & Rhinocuros. Sed hæc omnia fusiùs prosecuti sumus in *Arca Noë, lib.* 3. de *Divisione Gentium*, ubi & Lector aliam divisionem reperiet.

Post hæc crescente singulis annis hominum multitudine, *Noë* nihil aliud agebat, quàm ut illis juxta Domini præceptum (*crescite & multiplicamini, & replete terram*) transmigrationis tandem initium suaderet. Accidit tandem, ut sive sollicitatione *Noë*, sive regione orientali hominum incrementum non amplius ferente, commendatam à DEO transmigrationem auspicarentur, ex *Oriente* videlicet in *Occidentem*, id est, in terram, quæ postea *Sennaar* vocata fuit. Neque quispiam existi-

Cap. VI. *Populus non continuato itinere ex* Oriente *in* Occidentem, *sed cum mora multorum annorum in intermediis locis consitit.*

existimet, huiusmodi populos, qui ad aliquot milliones excurrebant continuato itinere illam inter orientalem regionem *Persidis* sive *Armeniæ*, & terram *Semaar*, intercapedinem emensos fuisse, sed ubi commodum locum reperissent, ibidem commoratos fuisse: quis enim tantæ multitudini sufficientem commeatum præbuisset, nisi terræ bonis, quam transibant, veluti paratis jam à natura nutrimentis sustentari valuissent; unde verisimile est, *Noëmum* ducem omnium, in hac mora ad terras colendas, fructus colligendos, ad animalium jam in infinitum multiplicatorum venationem, dispertitis laboribus ad similia officia coëgisse, ne præter ea, quæ jam ex *Oriente* secum transtulerant, alimenta tantæ multidini nutriendæ deessent.

Instrumenta ad humanæ vitæ usum parata jam ante.

Non deerant hîc instrumenta omnis generis ad usum humanum necessaria, quæ ab innumeris jumentis portabantur, & si quandoque amnes transeundi essent, quorum non pauci in itinere occurrebant, statim *Noëmi* providentia, lintres, rateisque, ad homines transportandos aptissimæ, jam paratæ suppeditabantur; pro jumentis verò, equis, asinis, bobus, armentis, gregibusque transvehendis, crates ex validis compactæ trabibus mox conficiebantur; atque hoc pacto, de loco in locum, de regione in regionem iter suum prosecuti fuerunt, non animo quidem inveniendi terram *Semaar*, neque enim de ea, quam nimirum nullus adhuc homo vivens inhabitârat, audiverant, neque eam tanquam itineris terminum intenderant; sed paulatim castrametantium more, de regione, uti dixi, in regionem, ubi commodam reperissent stationem, & rebus necessariis fœcundam, ibi tentoriis erigendis, casisque construendis commorabantur, donec tandem post multos annos iter prosequuti, terram illam, non amœnitate tantum confertam, sed etiam uti fluminibus maximè irriguam, ita rerum abundantiâ feraciissimam invenirent, quæ postea terra *Semaar*, ab excussione dentium, & *Babylon*, à confusione linguarum dicta fuit.

CAPUT VII.

Descriptio terræ Sennaar, *quam ex* Oriente *advenæ repererunt, deliciis affluentem.*

C. VII. Columella.

COlumella *lib.* 1. *Agriculturæ*, ad bonitatem alicujus regionis *tres* conditiones requirit. *Prima* est, bonitas climatis; quæ ubi benignum ex siderum affluxu situm obtinuerit, ei ex consequenti terrestrium glebarum feracitas deesse non poterat. *Secunda* est, ut continuis fluviorum rivorumque allisionibus ad littora factis irrigetur. *Tertia* est aëris benignitas, ab omni paludum, stagnorumque putrida exhalatione prorsus immunis; hisce enim conditionibus omnis regio beata, & mortalibus indigenis, omnium rerum ad vitam sustinendam necessariarum ubertatem & abundantiam cum vitæ diuturnitate spondet, præsertim si terra agricolarum industriâ, studio & labore excolatur. Talem regionem terram *Semaar* non solum fuisse olim, sed & etiamnum esse, dicimus *Herodoto* teste apud *Augustinum*. *Assyria*, inquit, *ab* Assur *filio* Sem, *appellata fuit, & tametsi in ea raro pluat, non tamen sua sponte, ut in* Ægypto, *sed accolarum ingenio & labore tantam adquirit ubertatem, ut ducentena vulgò, & ubi eximiè ferax, trecentena messe redundet terra, quaternâ digitorum latitudine tritici & hordei folia sunt. Sesami & milii proceritas, arborum instar* Augustinus.

C. VII.

Ubertas & felicitas terræ Sennaar *quæ* Babel *dicitur.*

attollatur. Quæ omnia sibi explorata, cum-ctantiùs tamen Herodotus *memoranda censuit, veluti parum credibilia iis, qui ea non viderint, talia panderentur; palmis vescuntur, ex quibus mel & vinum conficiunt.* Testantur & hæc omnes, qui hanc regionem hisce temporibus lustrârunt, uti *Petrus de Valle in suis Itinerariis*; qui & ait, nullam penè regionem comparari posse cum amœnitate hujus loci, quam antiqui *Babyloniam*, *Persæ* & *Turcæ* hodiè *Bagaded* dicunt, ob maximorum fluminum *Tygris* & *Euphratis* aliorumque innumerorum rivorum, quibus Terra continuè irrigatur, confluxum, tanto cum rerum proventu, ut alibi nullum ei similem se reperisse dicat. Palmarum primò ingens multitudo, nobilioris notæ dactylos profert, in tanta affluentia, ut non dicam homines, sed & animalia, queis sustententur, quàm copiosissima pascua inveniant: tritici, hordei, avenæ, milii, & sesami tanta abundantia cernitur, ut sine admiratione adspici non possit; olivis abundant, magnamque nobilioris notæ copiam conferunt; præterquam quòd ex palmis quoque & sesamo olei non exiguam quantitatem extrahant; sunt & ibi optima pascua, in quibus innumerabiles greges, & armenta ad lactis, butyri, & optimæ carnis usum enutriuntur; ut proinde speciem quandam, & reliquias *Paradisi* (quem in vicina *Mesopotamiæ* regione constitisse, in *Arca Noë* ostendimus) tum amœnitate, tum ubertate rerum referat. Verùm ut propius hanc regionem aspiciat, eam geographicâ tabulâ oculis lectoris exponendam censui.

Diversæ denominationes terræ Sennaar.

Regio itaque, seu terra *Sennaar*, quam eandem cum *Babylonia* esse, supra demonstravimus, ab ortu *Armeniam* & *Persidem* respicit, ab occasu *Arabiam desertam*, à meridie *Arabiæ felicis*, & *Sinus Persici* partem, denique à borea *Mesopotamiam*, quæ diversorum nominum perplexitate non caret. *Primò* enim terra *Sennaar*, prima omnium, quæ in Mundo post transmigrationem ex monte *Ararat*, & ex campis ei subjectis peracta fuit, à primævis hominibus detecta, uti ex XI. *Cap. Gen.* patet; deinde quoque terra *Babel* ob confusionem linguarum, quę in *Turris* ædificatione accidit, quæ & *Babylon*, & à regno *Nembrod* à Scriptoribus *Babylonia* appellata fuit; postea quoque *Chaldæa*, ac tandem ob ingentem *Nembrodi* famam, & rerum gestarum gloriam, crescente tum mortalium ambitione, *Ninus* filius *Nembrod*, *Babyloniam* & *Chaldæam* sub uno *Assyriæ* nomine, & se primum *Assyriorum* monarcham appellari voluit, imperii sui sede in *Ninive*, quam fundaverat, constitutâ. Hodie verò ex memorabili rerum eventu, quo ex *Turris* ædificatione, & linguarum divisione, æterni nominis gloriam obtinuit, & etiamnum *Babylonia* vocatur, ab *Hebræis* verò ארץ כסדיים *Terra Chaldæorum*, *Chusdæam* appellaverunt; dicitur autem *Chaldæa* ab *Hebræis* ארץ כשדים vel ארעא כשדאי *Terra Chusdai*, sive *Chaldæorum*, uti habetur *Gen. cap.* XI. *vers.* 31. & *Babylon*, quæ regia fuit *Nabuchodonosor* Regis *Chaldæorum*, uti Scriptura eam vocat. Sed hæc alibi cum prosecuti simus, iis non immorabimur.

In hanc igitur regionem *Sennaar*, cùm primævi post diluvium homines ingressi, omni delitiarum genere refertam reperirent, ibidem consederunt, nullam aliam regionem invenire se posse existimantes, in qua tantæ beatitudinis sorte fruerentur. Ne verò otiosè vitam transigerent, verisimile est, illos sub *Noëmi* omnium patris directione (eum enim præsentem tunc temporis fuisse, nulli dubium esse debet) sese ad casas, & habitationes ædificandas accinxisse, & distributis officiis, alios agriculturæ à *Noë* præfectos, alios annonæ congregandæ, alios aliis artibus ad infinitam penè hominum

C. VII. minum multitudinem alendam, veſtiendamque neceſſariis, uti primò in *Armenia*, & in itinere verſus terram *Semaar*, conſtitutos exercitatoſque fuiſſe; neque enim ſtatim ad primum in terram *Semaar* adventum, eos *Turris* fabricam inchoaſſe, vel ex ipſo Sacræ Scripturæ textu comprobari poteſt; certum enim eſt, anno poſt diluvium centeſimo, trigeſimo ſecundo ad ortum *Phaleg*, primam gentium diviſionem à *Noë*, ad primum in *Semaar* adventum contigiſſe; cum verò *Turris* fabrica, & diviſio linguarum primùm anno à diluvio ducenteſimo ſeptuageſimo quinto contigerit, erit annorum ab ortu *Phaleg* ad *Turris* fabricam 143, & tot annis in terra *Semaar* viciniſque regionibus commoratos agrorum culturæ & exercitio incubuiſſe, luculenter patet; quæ omnia in ſequentibus ex prodigioſis fabricis, quas hac ſecundâ Mundi ætate mortales moliti ſunt, comprobabuntur.

CAPUT VIII.

Quo tempore Nembrod Turris *Architectus natus ſit, & quot annis vixerit.*

C. VIII. QUamdiu vixerit *Nembrod*, Scriptura ſilet, ex computu verò præmiſſo ſat patet, eum ad *Abrahæ* tempora perveniſſe, unde Rabbini more ſolito fabulantur, illum unum fuiſſe ex illis quatuor Regibus, qui Sodomiticam Regionem expugnârint, *Amraphel* dictum, & ex ſacro *Geneſis* textu probare ſe poſſe putant.

Cap. XIV. v. I. ויהי בימי אמרפל מלך־שנער אריוך מלך אלסר כדרלעמר מלך עילם ותדעל מלך גוים: עשו מלחמה את ברע מלך סדם.

id eſt, *Factum eſt in illo tempore*, *ut* Amraphel *Rex* Sennaar, Arioch *Rex* Ellaſar, Chedorlohomor *Rex* Ælam, & Thidal *Rex gentium inirent bellum contra* Beraa *Regem* Sedom, &c. In hoc textu *Amraphel* dicitur Rex *Semaar*; in Chaldaica verò paraphraſi legitur מלכא דבבל. Rex *Babel* quod idem eſt; cum verò tempore *Abrahæ* in terra *Semaar*, ſeu *Babel* alius Rex non fuerit, niſi *Nembrod*, inferunt *Amraphel* alium non fuiſſe quàm *Nembrodum*, nullo alio tunc temporis, regno præter *Babylonicum*, & *Aſſyriorum* exiſtente, imò contra pleroſque melioris notæ interpretes putant, eundem *Nembrodum* ſive *Amraphel* ab *Abrahamo* in ſuſcepta contra ipſos expeditione trecentorum vernaculorum manu, & Reges illos, & unà *Amraphel* cæſos occubuiſſe, idque probant ex *cap.* IV. *Gen.* verſu 17. *Poſtquam autem reverſus eſt* Abram *à cæde* Chedorlahomor *& Regum, qui cum eo erant in valle* Save. Verùm qui hæc exactiùs ad Chronologiæ Lydium lapidem redegerit, inveniet, *Nembrodum* cum *Amraphel* confundi minimè poſſe, cum *Nembrod* & *Ninum*, illum quidem 122 annis, hunc verò 70 antè annis vita functos ex Chronologiſmo colligamus.

Quiſnam igitur *Amraphel* Rex *Sennaar* & *Babel* fuerit, diſcutiendum reſtat. Ego ſanè, quantum ex ingenii mei imbecillitate aſſequi poſſum, dicerem, alium non fuiſſe, niſi *Ninyæ* Regis *Aſſyriorum*, (cujus regni anno 18. hæc geſta ſunt) proregem quendam, ſive gubernatorem *Babylonis*, aut terræ *Sennaar*, ſubditum Regi *Ninyæ*, quem deliciis deditum, amoribuſque infatuatum, totius regni curam ſuis primoribus, & principibus reliquiſſe *Diodorus* refert; ad quod unà alludere videtur illud *Iſaiæ* cap. X. verſ. 8. *Numquid non principes mei ſimul Reges ſunt*, atque talem fuiſſe *Amraphel*, quod *Hebræi* ex-

C.VIII. plicant מְדַבֵּר אֶת דִּין *loquens judicium*; vel ut alii מְדַבֵּר מַפִּילָה *loquens ruinam*, *loquens occultum*, *abſconditum*. Expoſitis jam iſtis, ad *Nembrodi* vitæ annos revertamur.

Cum itaque is mortuus fuerit 65 anno regni ſui, in *Turri* verò & civitate ædificanda ad minimum 22 annos, juxta *Torniellum*, *Salianum*, *Pererium* conſumpſerit; annus verò, quo natus fuerit, etſi ignoretur, veriſimili tamen conjecturâ putant, illum in *Armenia* à *Chus* natum, & unum ex tranſmigratoribus fuiſſe in terram, quæ poſtea *Semaar* dicta fuit, ad ortum *Phaleg*, anno poſt diluvium 132, quo tempore jam in virum creverat 40 annorum. Iterum cum ab anno 132 poſt diluvium *Phaleg* ortum ex Tabulis conſtet; ab hoc verò ad annum confuſionis linguarum fluxerint anni 275. manebit differentia inter annos 132 & 275 annorum 143. quibus ſi addamus 40 annos, queis ante ortum *Phaleg Nembrod* vixiſſe diximus, prodibunt 183 anni, his ſi 52 regni ejus annos addamus, habebimus 235 annos vitæ *Nembrod*. Cum itaque interpretes plerique in fabrica *Turris* 22 annos, aliqui verò 20 conſumptos fuiſſe dicant, ſequitur, *Nembrodum*, quando inſanæ molis extructionem ordiebatur, annos ætatis habuiſſe 183. quæ *Chronologicis Tabulis* *Tornielli*, & *Saliani* ex æquo reſpondent. Si enim ingentis molis fabricam intimè conſideremus, plurimos in ea annos inſumptos, fateri cogemur; cùm nemo architecturæ peritus concipere poſſit, quomodo tam exigui temporis ſpatio, ſtatim ad primum in terram *Semaar* adventum, tantæ molis, ſine ingenti rerum ad fabricam ordinandam neceſſariarum apparatu, *Turri* exaltandæ ſeſe accinxerint; cùm ab anno 132 ortus *Phaleg* ad *Turris* faciendæ initium, anni 123, juxta calculum jam poſitum, præterlapſi fuerint. Sed jam audiamus de hiſce *Salianum*, diligentiſſimum Societatis noſtræ ſcriptorem. *Cum*, inquit, *linguarum confuſionem ſtatuamus anno diluvii* 275. *oportebat, tam apparatum materiæ totius ad ædificandum, quàm ipſam conſtructionem civitatis*, & Turris 20 *circiter annos tenuiſſe, neque minus requirebat opus mole & magnitudine propè immenſium, & opere ipſo magnificentiſſimum, & quidem non ad conſummationem, & integram perfectionem operis, ſed ut multum ultra initia promoveretur*, & ut hæc confirmemus, nonne magis mirum eſt centum annos *Noëmum* cum filiis in conſtructione arcæ perſtitiſſe, quam *Nembrodæos* annos in ædificatione *Turris* immenſæ. Nihil igitur ex eo quod tot anni tribuantur dictæ ædificationi, abſurdum reſultat.

Ætas Nembrod.

CAPUT IX.

De myſtico ſenſu, qui ſub Moſaica Turris *hiſtoria continetur.*

Cap.IX. SCala, quam mentis humanæ imbecillitati, ut ex ſenſibilibus ad inſenſibilia aſcendere poſſit, DEUS OPT. MAX. conceſſit, non tantùm corporei mundi ſyſtema, quod rerum omnium cognoſcibilium rationes continet, ſed & potiſſimum ipſa ſacra ſcriptura eſt, in qua ut omnes ſapientiæ & ſcientiæ divinæ theſauri ſunt abſconditi, ita quoque omnium eorum, quæ vel ſenſibus objiciuntur, vel ab omni ſenſuum miniſterio abſtracta ſunt, perpetua quædam analogia eſt, variis ſenſibus involuta, quadruplici mentis conceptu, vel hiſtorico, vel tropologico, vel allegorico, anagogicoque expreſſa, ſub quibus ad arcana divinarum literarum ſacramenta, id eſt, ex viſibilibus ad inviſibilia, deducimur, juxta illud Apoſtoli: *Inviſibilia enim*, inquit,

ipſius

Cap. IX. *ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta, sunt, intellectu conspiciuntur*, id est, divina sapientia invisibiles mundos, insensibilesque rerum virtutes, ita corporeo mundo, rebusque in eo existentibus adaptavit; ut, quicquid in mundo corporeo obtutui mortalium objicitur, id à DEO in invisibilibus & intellectualibus mundis sapientissimè & sub modo excellentiori expressum sit. Quis non videt vel in ipsa sacra scriptura, quot apices & nomina, tot mysteria; quot periodi, tot sacramenta signata esse. Verùm cùm hæc quàm amplissimè in *Arte* nostra *Analogica* prosecuti simus, eò lectorem remittimus. Post *Arcam* igitur *Noëmicam* à nobis juxta sensum historicum & mysticum expositam, nihil restat, nisi ut & mysticos sensus in historia Mosaica de *Turri Babel* occurrentes pari pacto prosequamur; quod primò in sequenti textu ostendimus.

Cumque proficiscerentur de Oriente, *invenerunt campum in terra* Sennaar *& habitaverunt in eo.*

Hæc sacri textûs verba pulchrè sanè ad tropologicam & mysticam intelligentiam accommodat S. *Gregorius l. de moralibus*, ubi multa tradit utilia disciplinæ ac vitæ spirituali monita, ac documenta, docens eos, qui abjectâ curâ, studioque rerum cœlestium, totos dederunt se amandis & consectandis bonis terrenis, summum bonum in comparanda præsentis vitæ felicitate collocantes, persimiles esse eorum, qui ex *Oriente* profecti, & in campum *Semaar* venientes, lateribus & bitumine altissimam ædificare *Turrim* conati sunt. Ponam hic verba S. Gregorii ex commentario ejus in quartum Psalmum Pœnitentialem excerpta. Exponens enim penultimum illius Psalmi versiculum: *Benignè fac Domine in bona voluntate tua* Sion, *ut ædificentur muri* Hierusalem, ad hunc modum scribit: *Unusquisque hominum aut* Hierusalem *aut* Babylonis *civis est: sicut enim per amorem* DEI *sanctus quisque* Hierusalem *civis efficitur: ita per amorem sæculi, omnis iniquus in* Babyloniæ *structura operatur. Ad construendum autem spiritalis* Babyloniæ *ædificium perversi omnes exemplum illius antiquæ* Babel *imitantur. Cujus civitatis, ut inquit scriptura, Auctores pro saxis lateres, & pro cæmento bitumen habuerunt. Per hoc intelligitur mundi amatores carnalis vitæ construere municipium, quod ad vim ventorum, & impetus fluviorum facili impulsu velociter sit subruendum.*

S. Gregor.

Legimus porrò venisse homines illos ex Oriente, *& in campo* Sennaar *habitasse, cùm autem* Christum *Propheta quidam appellaverit Orientem, dicens:* Ecce vir Oriens nomen ejus. *Constat de Oriente venisse, qui à* Christo *malè vivendo recesserunt.* Sennaar *autem interpretatur excussio dentium, sive fætor eorum. In campo igitur* Sennaar *habitant, qui positi non in celsitudine virtutum, sed in planitie vitiorum, & detractionum morsibus proximos lacerant, & in otiosæ vitæ volutabro jacentes infamiæ suæ circumquáque fætorem exhalant. Quorum dentes tum* DEUS *excutit, cùm illorum facta simul & verba confundit: de eo quippe scriptum est*, dentes peccatorum contrivisti; *& iterum*; Dominus conteret dentes eorum in ore ipsorum. *Nam de fætore eorum per alium Prophetam scriptum est*, Computruerunt jumenta in stercore suo. *Computrescere jumenta est carnales homines in fætore luxuriæ vitam finire. Meritò autem, qui in* Sennaar *habitant de lateribus civitatem ædificant, quia qui voluptatibus carnis inserviunt, de fragili materia mentis mutationem attollunt. Qui autem carnalis vitæ abdicatis illecebris per opera sanctitatis, virtutum in seipsis sanctificationem ædificant, hi profectò lateres in lapides mutant, qui cum Esaia possunt dicere*, Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, *lateribus quippe cadentibus, ille ædificat lapidibus quadris, quicunque carnis lasciviam disciplinæ strictioris rigore castigat; qui membrorum legem mentis lege superat: qui cor-*

Cap. IX. *corporis fortitudinem in virile ſpiritus roburexcitat, quaſi lateres in ſaxa, quibus muri* Hieruſalem *ædificentur, commutat.* Sic *Gregorius.*

Hanc ſacri textus memorati periodum *Philo* ſic interpretatur: *Hic obſerva*, inquit, *quod non ait eos veniſſe in campum in quo manſerunt, ſed inveniſſe campum, ſcilicet cupidè & curioſe ab eis quæſitum, utpote ad inſaniam eorum commodiſſimum. Ita profectò eſt. Inſipiens non aliunde accipit, ſed ipſe ſibi quærendo mala invenit, non contentus iis, per quæ miſera natura ultrò incedit, ſed cumulans ea malis artibus & execratis. Atque utinam paulùm ibi commoratus, migraret aliò, at ipſe habitare ibi gaudet; dicit enim Scriptura, quod invento campo habitaverunt in eo, ſcilicet tanquam in patria, non tanquam inquilini regionis externæ; levius enim fuiſſet malum, ſi poſtquam in peccata inciderant, pro alienis ea peregriniſque habuiſſent, non pro cognatis & domeſticis. Peregrini enim potuiſſent diſcedere, ſedibus antea ſemel electis, immorandum poſtea fuit, ex conſortio hominum perverſiſſimorum in omne vitiorum ſcelus dilapſi. Sapientes enim non hujus mundi inquilinos ſe eſſe nôrunt, ſed peregrinos, memores cœlum ſibi civitatem eſſe ac patriam.*

Porro, *homines illi primævi non contenti bonis terræ, ſed & ambitionis æſtro inflati, ex inſana* Turris *fabrica nominis immortalitatem ſe apud poſteros conſecuturos ſperabant, ibi infamiam & ſtultarum mentium molimen poſteris reliquerunt, divina vindicta in eos confuſione linguarum animadvertente.*

Sed audiamus S. Chryſoſtomum, ut alia, ſic etiam hoc diſertè tractantem. Nam cum exponeret illa verba: *Et faciamus nobis nomen. Vide*, inquit, *radicem mali, ut perpetuam, inquiunt, memoriam conſequamur, ut noſtri temporis memores ſint poſteri, tale opus, dum adhuc congregati ſumus, faciamus, ut nunquam oblivioni tradatur. Sunt multi etiam hodie, qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt. Alii ſplendidas domos ædificant, balnea, porticus, ambulationes: quorum ſi quem rogaveris, quare tantopere laboret, tantoſque ſumptus faciat, non aliud reſpondebit, quàm ut immortalem ſui memoriam, celebritatemque nominis relinquat. At enim illis rebus non tam laudem, quam probrum & crimen ſibi parant: nam illa opera ſpectantes, contumelioſè eos nominant. Ædificium hoc, inquiunt, eſt illius avari, illius raptoris, illius viduarum & orphanorum ſpoliatoris. Igitur hoc non eſt memoriam aſſequi, ſed perpetuis objici criminibus, & infamari etiam poſt mortem, & ſpectatorum linguas in ſui accuſationem & blaſphemiam acuere. Quid quod hujusmodi opera, nomen & memoriam ejus, qui fecit aut poſſedit, non diu cuſtodiunt. Etenim ſic res habet: ſubinde ab hoc ad alium tranſeunt, & ab illo item in alium. Et hodie quidem domus dicitur hujus, cras dicetur alterius. Itaque nos ipſi vehementer decipimur, dum putamus nos dominium quaſi perpetuum habere, cùm uſu tantum fruamur, & ſive velimus, ſive nolimus, aliis, & nonnunquam iis, quos minimè amamus, aut etiam odimus, relinquere cogamur.*

Si æternam igitur memoriam amas, ego tibi viam monſtrabo, quæ te celebrem omni ſæculo faciet, qui etiam tibi fiduciam in futuro ſæculo dabit. Liberalitatem tuam, & pecuniarum largitionem in pauperes confer, relictis villis, balneis, aliiſque ædificiis, rebus nempe mutis atque inanimatis. Larga eleemoſyna immortalem viri memoriam reddit, ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Uno die diſperſit divitias, ſed juſtitiæ ejus, id eſt, liberalitatis & miſericordiæ, æternùm manſura eſt memoria. Et rurſus ſcriptum eſt. In memoria æterna erit juſtus, ab auditione mala non timebit. Rectè ab auditione mala non timebit. Nam ſicut improbi malè audiunt apud homines, omniumque vituperatione & deteſtatione lacerantur, ſic contra boni omnium prædicatione celebrantur. O hominem, inquiunt, miſericordem,

Cap. IX. *dem, ô benignum, ô manſuetum, ô ſuavem, ô dignum immortalitate: cujus diſperſæ divitiæ non cum deſeruerunt, ſed perpetuò comitantur, ornant & tuentur, ac demum in æterna deducunt tabernacula.* Hactenus ex S. *Chryſoſtomo.*

Romanarum *fabricarum vanitas.*

Cernuntur hîc *Romæ* quotidie, inſanæ fabricarum moles à veteribus exſtructarum; quas ſi quæras, non invenis; ſi inveneris non niſi cadavera ſemiſepulta inſpicis. Putabant ii, exſtructiones æternùm duraturas ſe moliri: Verùm jam vix 1600 anni præteriere, cùm non niſi veſtigia earum ſuperſint. Moliebantur turres, quarum faſtigia in cœlum tranſcenderent, ſed vel confuſione mentium impediti, vel morte præventi, vel bellorum tumultibus exagitati, quod intenderant, perficere nequierunt. Hoc pacto iniqua mortalium ſors verſat viciſſitudinis rotam, ut nihil ſit ſtabile, firmum & ſolidum. Quot grandia palatia, viridaria omni delitiarum genere exſtructa videmus, quorum authores neſcimus; & uti de poſſeſſione in poſſeſſiones diverſiſſimas abeunt, ita quoque paulatim oblivione obliterantur omnia; ut ne quidem centum anni tranſeant, quin in alias & alias familias tranſplantatæ, villæ, palatia, cujuſnam primò fuerint, memoriam perdant. Atque tales ſunt ſimiles Nembrodæis fabricatoribus, qui ſuperbiæ œſtro tumidi nominis gloriam caducis rerum moliminibus & oppidò exiguo tempore duraturis ſe conſecuturos dum ſperant, loco gloriæ æternæ felicitatis naufragium patiuntur. Diſcimus hæc omnia ex Salomone ſapientiſſimo mortalium, dum vanitatem operum ſuorum exactiùs trutinat.

Eccl. c. II. v. 4, 5, 6, 8, 10, 11. *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domus magnificas, & fabricas magnificentia incredibili, & plantavi vineas, feci hortos & pomaria & conſevi ea cuncti generis arboribus; & extruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſylvam lignorum germinantium: coacervavi mihi argentum & aurum & ſubſtantias Regum & delicias filiorum hominum; & hanc putavi partem meam, ſi uterer labore meo. Et cùm me convertiſſem ad univerſa opera, quæ fecerunt manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi & nihil remanere ſub ſole.* Ut proinde huc reſpicere debeant ambitioſi gloriæ in vanis exſtruendis ædificiis æmulatores, ſi æternæ gloriæ pondus obtinere voluerint, in ædificandis divino honori eccleſiis allaborent; in xenotrophiis erigendis, pauperum pupillorum recipiendorum uſibus deſtinatis incumbant; collegia juventuti in omni virtutum bonarumque artium cultu exercitandæ erigant. Atque hæ ſunt Turres non Nembrodææ, ſed piarum mentium fabricæ, quarum faſtigia ad cœlum uſque pertingant, id eſt, quæ ſcalam præparent iis ad æternæ felicitatis apicem, ultra quam nihil amplius reſtat, quod deſiderari queat. Sed jam inſtitutum noſtrum proſequamur.

[Philo *Judæus.*

Philo diſertiſſimus Judæorum putat homines illos, qui ædificando *Turrim* celebrari ſe apud poſteros cupiebant, typum & imaginem geſſiſſe eorum, qui ſua ipſi vitia publicant, & flagitiis nobilitari volunt, ut quemadmodum probi homines virtutibus & benefactis, ſic ipſi non quibuſlibet, ſed inuſitatis ſceleribus ac maleficiis claritatem nominis famæque celebritatem aſſequantur. Tractans igitur Philo verba illa: *Faciamus nobis nomen, priuſquam diſpergamur;* ad hunc modum ſcribit: *O inſignem impudentiam! Cùm enim deberetis veſtras iniquitates tenebris abdere, & prætextum aliquem veſtris maleficiis, ſi non verum, certè veriſimilem quærere, ne vel in bonorum & prudentium virorum offenſionem incurratis, vel ut effugiatis pœnas confeſſorum criminum; audetis vos in clariſſima luce oſtentare, contemptis hominum minis, & ſuppliciis divinitus infligendis? Quin etiam innumerabiles omni*

Cap. IX.

*ævo nuntios ac testes flagitiorum vestrorum habere vultis, ut nemo nesciat verum habere vultis, ut nemo nesciat verum habere vultis, ut nemo nesciat ver

ATHANASII KIRCHERI è SOCIET. JESU

TURRIS BABEL,

LIBER SECUNDUS.

PRÆFATIO.

CUm post Arcam Noëmi, Turri Babylonica *in rebus humanis nil famosius, & commemoratione dignius peractum legamus, utpote in quo non tantum sacrarum literarum interpretes, sed & profani scriptores, Historici, Poëtæ, Oratoresque, tum antiquitate, tum doctrinæ excellentia celebres, summa cum laude, & admiratione ingenium suum exercuerint; certè & ego, stupore & admiratione, dum hæc paulò penitius expenderem, non semel impulsus, thema tam nobile, & gloriæ amplitudine confertum, calamo subigendum censui; & quamvis ambitiosa nominis gloria, & toti mundo dominandi immodicus ardor ad adeò insanæ molis fabricam primos hosce mortales, etiam cum omnipotentis* DEI *indignatione adegerit; quia tamen multi etiam viri omnigena rerum cognitione sublimes capere non possunt, quomodo in primævo posterioris mundi seculo, homines adhuc rudes, & idiotæ, & nullâ scientiarum artiumque peritiâ instructi, tanti molimenis opus, non dicam animo concipere, sed ne attentare quidem ausi sint. Hæc, inquam, me impulerunt, ut quoad liceret, quantumque angustæ mentis meæ capacitas permitteret, hoc argumentum, quàm minutissima expositione, tum ad veritatis rerum abstrusissimarum notitiam, tum ad curiosiorum ingeniorum oblectationem in lucem educerem. Contigit itaque, ut cum post quatuor circiter lustrorum curricula, thema hoc celeberrimum in publico consessu advenarum ex toto orbe Patrum Congregationis* VII. *Societatis* JESU, *in Romani Collegii Atheneo publica demonstratione exhibitum, non exiguo applausu, à nemine non exceptum fuerit, atque adeò plures unicè à me contenderent, ut id ad multorum utilitatem oblectationemque publicæ luci committerem. Quod uti tunc temporis à me multiplici occupationum varietate præpedito in executionem deduci non potuit, ita modò post* Arcæ Noëmicæ *sacram historiam, hoc argumentum stupendum de* Turri Babylonica, *à* Noëmi *filiis, nepotibus, pronepotibusque post diluvium exstructâ, optimo sanè jure, & quàm opportunissimè* Noëmicæ Arcæ *succenturiandum censui. Lector cœptis faveat.*

Curiositas argumenti.

Cap. I.

SECTIO I.

DE FABRICA TURRIS.

CAPUT I.

De primævorum hominum post ingressum in terram Sennaar *occupatione, & studiis.*

NOn est verisimile, filios *Noë* post primam ex *Oriente* in terram *Sennaar* motionem, statim consilium de *Turri*, & civitate extruenda agitasse, vel ipso sacro textu id testante, *Gen. cap.* XI. *vers.* 2.

ובנסעם מקדם וימצאו בקעה בארץ שנער וישבו שם.

Cum proficiscerentur ex Oriente, *invenerunt campum in terra* Sennaar, *& habitaverunt ibi.* Ubi voces (*habitaverunt ibi*) longam in ea terra moram factam innuunt; & *Græca*, κατῴκησαν ἐκεῖ, id est, *& domibus exstructis habitaverunt ibi.* Et ratio Chronologica sat superque docet; si enim subitò *Turris* fabricam aggressi fuissent, tunc anno 132 ab ortu *Phaleg* usque ad confusionem linguarum, non nisi viginti circiter anni (posito, quod tot annis in *Turris* ædificatione laborârint) elapsi fuissent, quod uti maximum in sacra chronologia absurdum est, ita illud refutatione non eget; cùm jam uti suprà docuimus, omnium melioris notæ chronologorum, & interpretum consensu, linguarum confusio primò anno 275 post diluvium acciderit.

Mora & occupatio hominum in terra Sennaar.

Meritò itaque primò quæri potest: Quid 123 annorum spatio in terra *Sennaar* egerint? quibus rebus, scientiis, artibusque occupati fuerint? Et quamvis sacra scriptura de iis sileat, ratio tamen dictare videtur, ingentem horum hominum multitudinem toto illo tempore, à *Noë* omnium Duce, & Rege, magno ordine gubernatam fuisse. Quod ita ostendo.

Reverentia & veneratio Noemi quam ei exhibebant tanquam generis humani instauratori.

Noëmum cum filiis, cæterisque filiorum generationibus ex *Oriente*, ut in *primo libro* ostendimus, movisse, & directione suâ toti humano generi tunc simul congregato præsedisse, quem & omnes tanquam patrem unicum, ducem sapientissimum, & Imperatorem, tum longævitate vitæ, tum fortitudine animi, in superandis difficultatibus imperterritum summâ reverentiâ coluisse, & tantùm non adorasse, nulli dubium esse debet. Hic videns in infinitum penè filiorum suorum multitudinem, propagationisque fœcunditatem, nil aliud egit, quàm ut eos ad transmigrationem, & orbis terrarum inhabitationem faciendam summâ curâ & sollicitudine incitaret, ad præceptum Domini complendum, quod erat, de coloniis per universam terræ faciem deducendis, juxta illud: *Crescite & multiplicamini & replete terram.* Quæ *Josephus* fusiùs in suis de *Antiquitatibus Judaicis* describit.

Politicam vivendi rationem suos edocuit Noe.

Ut verò majori cum fructu transmigrationis negotium perageretur, vero haud absimile est, sapientissimum virum interim politicam quandam vivendi rationem familiarum capitibus præscripsisse, modumque in exteris, quas adituri essent, regionibus, ad populos suos gubernandos, juxta omnem justitiæ normam regulas dictasse. Quoniam verò progenies hominum quotidie in magnum exurgebat incrementum,

Cap. I. tum, ne alendæ tantæ multitudini hominum neceſsarius commeatus deficeret, & ut ad ſe contra injurias quoque aëris defendendos commodè habitarent, mox alios caſis, domibus, tentoriiſque extruendis deputaſse, alios texendis veſtibus, pellibus elaborandis; alios ad pecorum, pecudum, armentorumque, tantopere ad victum, veſtitumque neceſsariorum curam deſtinatos fuiſse; fœminis verò quemadmodum in *libro primo* hujus operis tradidimus, cura rerum huic ſexui propriarum relicta. Sic factum eſt, ut *Noëmi* curâ & providentiâ, quamdiu cum iis perſtitit, nihil innumerabilibus hominibus quà alendis, quà conſervandis, non dicam rerum neceſsariarum, ſed ne ad luxum quidem quicquam defuerit: quia verò ad hæc omnia exequenda, artes mechanicæ requirebantur, veriſimile putem, eum metallicæ artis regulas, quomodo nimirum ex montium venis illa eruere, igniſque vi fundere, atque in omnis generis inſtrumenta cudere deberent, quomodo lapides in calcem redigere terreſtriumque glebarum proprietatem ad lateres in fornacibus coquendos; medicas quoque herbarum vires, ad corporum infirmitatibus medendum aptas, edocuiſſe, vel inde patet, quod, *Diodoro* teſte, *Babylonii* mox poſt 200, aut 300 annos à diluvio, adeò raræ magnificentiæ fabricas erexerint, ut in admirationem totam etiam poſteritatem rapuerint, dum capere non potuerunt, quibus aut artibus, aut machinis primævi à diluvio homines adeò ſtupenda, & prodigioſæ vaſtitatis τεχνήματα, quemadmodum in ſequentibus de *Turri*, de civitate, & muris, hortis penſilibus à *Semiramide Nini* uxore extructis, atque inter ſeptem miracula computatis, deſcribemus, peregerint. Nam uti ἀποδεικτικῶς paulò poſt oſtendemus ea ſanè talia fuerunt, ut omnem etiam noſtratium temporum ævo, vel maximis monarchis, mundique potentatibus ad ſimilia pertingendi ſpem eluſiſſe videantur. Aureas autem ſtatuas, quas *Semiramis* omnium prima in templo *Beli* erexit, quis non miretur? Quis enim aurum è fodinis tam citò eruere, præparare, nec non fuſoria, & plaſtica arte in aureas ſtatuas transformare, eam docuit? certè nullus alius, quàm *Noë*, prout ante diluvium, à Patriarchis edidicerat, & per filios ſuos nepoteſque, quos ipſe forſan etiam ex ſcientia ipſi à DEO infusâ, circa modum & rationem ejuſmodi efficiendi, jam dudùm inſtruxerat, hi verò filiis, nepotibuſque ſuis ad artem inter ſuos propagandam, pari induſtriâ communicarunt; hi poſtea uti viribus robuſti, diuturnioriſque vitæ, nec non ingenio præcellentes erant, ita quoque ſive ambitionis ſtudio, ſive propagandi æterni nominis gloria inſtimulati, arti à *Noë* ipſis traditæ, novas inſuper artes novis inventionibus auctas, mirum in modum promoverunt; & patet ex *Gen. cap.* XIV. ubi *Abraham* viventibus adhuc *Sem*, *Cham* & *Japheth*, dives auri, & argenti fuiſſe dicitur. Quid dicam de *Chamo*? qui in *Ægyptum* coloniam deducens, mox, uti in *tertio tomo Oedipi* declaravimus, pyramides illas, grandia miracula *Memphi* erexiſse, nec non infinitâ auri copiâ, non uti pauperes Alchymiſtæ ſibi ſomniant, lapidis philoſophorum beneficio ſed ex fodinis ibidem auro turgentibus, aureiſque *Nili* arenis, extraxiſſe retulimus. Alius itaque Author horum omnium non fuit, quàm *Noë*, qui, quæ ante diluvium à patre ſuo *Lamech*, & avo ſuo *Mathuſala*, *Adami* protoplaſti traditione oretenus acceperat, is deinde poſt diluvium, & filiis & poſteris communicaverit.

Oeconomiam ſuis edocuit Noë.

Artes mechanicas docuit Noë ſuos.

Calcis præparandæ, Metallorum eruendorum fundendorumque artem docuit Noe.

Magna priſcorum in fabricis prodigioſis exſtruendis induſtria & ſolertia.

Sect. I.

Propagatio artium.

Auri abundantia iſtis primævis ſeculis.

CAPUT II.

Utrum Noë Turris *ædificationi præsens fuerit : unà cum exhortatione* Nembrod *ad progeniem Chamæam ad inchoandum concepti operis molimen.*

PLerique interpretes existimant, eum operi à DEO, ob hominum ex stirpe *Chami* prodeuntium impietatem & superbiam, ne improbo, & DEO OPT. MAX. inviso tentamini annuere videretur, minimè præsentem fuisse; sed *Nembrodi* moliminibus detectis, in viciniores partes *Mesopotamiæ*, cum progenie sua *Semi*, & *Japhethi* secessisse, ne temerarii moliminis, quod Chamęa gens faceret, finem videret. Erat tunc temporis, *Chami* progenies unita simul, & inter cæteros *Nembrod*, nepos *Chami*, & sextus *Chusi* filius, giganteâ corporis staturâ præ omnibus reliquis insignis in ore omnium; erat enim mirâ facundiâ præditus, nec non vulpino calliditatis astu plenus, cui, sive robur corporis, sive ingenii perspicacitatem, sive denique ambitiosum dominandi animum spectes, ad summa audenda, nihil deerat: unde, uti fastuoso erat animo, ita nihil non agebat, quàm ut concepti moliminis specimen exhibendo progeniem suam à transmigrationis jam cœptæ negotio, contra *Noëmi* mentem retardaret. Sed antequam ad institutum propositæ nobis *Turris* procedamus, primò verba sacri textus proferamus; ex hisce enim facilè *Nembrodi* intentionem intelligemus: verba sequuntur: *Gen. cap.* XI. *vers.* 3, 4.

Dotes naturales quibus Nembrod *instructus erat.*

ויאמרו איש אל-רעהו הבה נלבנה לבנים ונשרפה לשרפה ותהי לחם הלבנה לאבן והחמר יהה להם לחמר: ויאמרו הבה נבנה-לנו עיר ומגדל וראשו בשמים ונעשה-לנו שם פן-נפוץ על פני כל הארץ.

id est, *Et dixerunt alter ad proximum suum; venite faciamus lateres, & coquamus eos igne; habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cemento* (aliæ lectiones habent, *pro luto*) *& dixerunt; venite faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum, & faciamus nobis nomen, antequam dividamur in universas terras.* Ex hisce verbis colligimus, unum alterum ad grande quoddam moliminis specimen monstrandum sollicitasse, quod sine capite præstare non poterant, utique ipso *Nembrod*, qui astutia sua, & simul à natura sibi insita facundia, non dicam instimulabat, sed & eos miris verborum illiciis veluti fascinabat; juxta illud *Gen.* X. *vers.* 8, 10.

Sollicitatio Nembrod *ad* Turris *fabricam.*

וכוש ילד את-נמרד הוא החל להיות גבר בארץ: ותהי ראשית ממלכתו בבל וארך וכלנה בארץ שנער.

Et Chus genuit Nembrod, *ipse cœpit esse potens in terra* (vel ut græca lectio habet; *ipse famosus gigas in terra*) *& initium regni ejus* Babel, & Arach, & Chalne *in terra* Sennaar. His igitur armis instructus, hocce tenore verborum eos ad *Turris*, civitatisque exstructionem, Chamææ, & Chusiæ paternæ familiæ filios cæterosque familiæ nepotes, à cæteris familiis *Semi* & *Japhethi* jam dudum separatos, pro summa, quâ pollebat authoritate in omnes, allocutum, haud inverisimile censere debemus: & quamvis hæc in sacris elogiis non habeantur, *Josephi* tamen testimonio, exhortationem ad suos factam, planè ad credendum inducimur eo fere modo, quo licet ἀνθρωποπαθῶς conjectare, peractam. Exhortatio sequitur.

Nem-

Cap. II.

Nembrodi ad *Turrim* civitatemque inchoandam exhortatio, ad progeniei suæ proceres peracta.

Novistis, ni fallor, nobile, & renascentis mundi generosæ familiæ semen, nos à progenitore nostro Noë, *Principes super universas terrarum semitas in divisione tribuum, constitutos fuisse; ut quam quisque Regionem primò reperiret, eandem suo subjugaret imperio. Cum itaque ex orientali plaga in submontanam* Ararat *longè latequè exporrectam planitiem, unius ferè seculi decursu, unanimiter viventes, tandem ex Orientali dictæ regionis campo, longis terrarum ambagibus, in hanc, quam videtis terram appulerimus; & jam ob incredibilem humani generis propagationem, quam videtis, in tantum quotidie incrementum assurgere, ut fieri vix possit, nos ob angustos regionis limites, ampliùs consistere, atque unà vivere posse; ego de mea persona à vobis concepta existimatione impulsus, in hoc nobilissimo cœtu parentum, cognatorumque, quos veluti principes, & orbis terrarum hæredes, quam submississimo voluntatis obsequio revereor, suspicio, & venerabundus adoro, consilium, mentemque meam hodierna die vobis manifestandam censui. Magna res, & vehementer ardua agitatur, ut proinde matura deliberatione negotium, quod alioquin non nisi in summum familiæ nostræ præjudicium cedere posset, discutiendum censeam.*

Exhortatio Nembrod de Turri extruenda.

Nostis, omnium nostrum parentem Noëmum *consilia agitare, nostris institutis oppidò contraria, & proinde nil non agit, quàm ut nos immenso numero auctos, hinc ad gentium hoc loco congregatarum transmigrationem urgeat, sollicitet, & omnibus adhibitis machinis ad voluntatis suæ executionem violenter instimulet; & jam actu filiorum suorum* Semi, & Japhethi *progeniem à nostra Chamæa stirpe, veluti maledictâ, nescio, quo frivolo incitamento separare non sit verecundatus; nosque pari pacto ad transmigrationem ordiendam, imò quod intolerandum mihi videtur, armorum minis ad executionem cogere non cesset, ut proinde ejus violentæ voluntati obsequi, meritò nefas duxerim. Agedum itaque stirps Chamæa, sapientiâ, nec non viribus, & numero validissima, ne vos senis pedicis irretiri permittatis; ne vos verborum, quibus vestros animos emollire tentat, lenocinium terreat. Quis enim novit, in quamnam regionem orbis terrarum nobis adhuc incognitam, neque ab ullo mortalium habitatam, nos sit ablegaturus? demens profectò foret, qui, quò eundum, non priùs prudenti deliberatione expenderit. Non itaque acquiescamus monitis. In terra, in quam fortuna rerum arbitra nos constituit, persistamus. Videte, & considerate hanc, quâ modò fruimini,* Sennaar *regionem; intueamini summam rerum in victum vobis necessariarum ubertatem; aspicite locorum amœnitatem, fluminum fœcundo affluxu campos irrigantium frequentiam; hoc beatæ felicitatis solum possideamus, nomenque nostrum celebremus, antequam cum propaginis nostræ stirpe, (sic exigente inevitabilis necessitatis lege) ab invicem separemur. Verùm enim verò, cum plurimos ex vobis, præterlapsi diluvii metu perculsos viderem, ne in hac vasta planitie, alius successu temporis cataclysmus cum interitu omnium subsequi possit; ecce ego dux vester ab hac concepti periculi formidine vos prorsus liberos, & immunes fore, dummodo meum consilium non detrectaveritis, pronuncio. Verùm quibusnam mediis nosse forsan desideraretis? Attendite, modum hisce vobis præscribo. Civitatem non amplam duntaxat, sed & splendore, & magnificentiâ spectatissimam, unà cum immensæ* Turris *vastitate, cujus culmen pertingat ad cœlum ædificemus; siquidem in hac, si quandoque inundationum procellæ regionem hanc invaserint, in* Turri *hac, tanquam salutis nostræ portu, vitam tueamur. Et quoniam ad molem tantæ vastitatis extruendam, nobis materia nullibi deest, felici sidere adoriamur opus. Ecce quanta bituminis loco cæmenti sit copia? quanta cretæ, argillæ, glebæque terrestris*

Contra Noëmi decreta suos concitat.

Salianus. Cornelius Torniellus. Pererius hoc loco Gen. XI.

Sect. I.

Cap. II. *optimæ affluentia? quanta ex conſtipatis ſylvarum arboribus, lignorum quantitas? Accedit fluminum rivorumque frequentia; nec deſunt, in tanto numero mortalium, qui in hoc inſolito, novo, & inviſo hucuſque theatro ordiendo, operam ſuam conferant. Eja, agite, eruamus cretæ argillæque copiam, coquamus lateres igne valido, fodiamus, jaciamuſque fundamenta juxta prototypon hujus à me jam dudum conceptum, omnium & ſingularum partium operis conficiendi proportiones exponens. Agedum, non otiemur; accingamus nos operi; & ne dubitetis, futurum, quin id ad immortalem nominis noſtri gloriam, & honorem ſit redundaturum. Fodiant alii argillam, alii bitumen colligant, comportent lignorum faſces alii, alii fornaces ad lateres coquendos, aptas inſtruant, inſtrumenta utenſilia alii ad laborandum idonea cudant, jumentorum multitudo præſto ſit, & incipiamus; ferveat opus, & ſummâ curâ & diligentiâ obſervetis ea, quæ ego meis architectis, & ipſi vobis facienda, commendaverint.* Hæc Nembrod.

Hiſce, & ſimilibus hortationibus corda populorum ſollicitabat. Quid plura? facilè quod volebat, imperitæ multitudini perſuadebat, quæ communi quodam impetu & concurſu, uti fieri vulgò aſſolet, ipſum ſecuta, cœperunt ferè omnes certatim, non tamen confusè, ſed diſtributis officiis pro diverſarum artium peritiâ, quâ imbuebantur, operari, & civitatem, *Turrim*que ædificare. Veruntamen ne quicquam ex meo ſenſu hîc adduxiſſe videar, adducam verba Joſephi lib. I. Ant. apud *Torniellum*, ubi ſic dicit:

Joſephus l. 1. Ant.

Cæterùm, inquit, *quia certum eſt, prædictam linguarum diviſionem tunc eſſe factam, quando filii* Noë *civitatem*, Turrim*que ædificabant, ut ex ſacro textu paulò inferiùs adducendo palam fiet. Videndum hîc priùs eſt quanam occaſione, & quo potiſſimùm auctore, hujusmodi ædificia extrui cœperint; fuit autem, ut arbitror hujus ædificationis occaſio talis. Accidit præter hæc circiter tempora, ut neſcio, quo ſpiritu ducti, aut impulſi, qui tunc vivebant homines,* Arphaxadi *exemplum ſecuti, qui jam ante annos pluſquàm* 170. *trajecto* Tygri *flumine, cùm univerſa progenie ſuâ in* Chaldæam *deſcenderat, ipſi quoque pariter conglobati proficiſcerentur de* Oriente, *ut expreſſè traditur* Geneſ. cap. XI. verſ. 2. *id eſt, non de* Armenia, *in cujus uno ex montibus* Arca *conſederat, quia reſpectu* Babyloniæ Armenia *Aquilonaris eſt, non Orientalis, quemadmodum in Geographorum Tabulis conſpicimus. Sed de partibus* Babyloniæ *Orientalibus, ad quas primò eos de* Armenia *migraſſe oportet. Cum itaque communi paſſu & conſenſu de prædictis regionibus fortè nimiùm montuoſis ac minùs frugiferis, Occidentem verſus venirent ut terras magis feraces, commodioreſque ſibi quærerent, aliquantulum ad Meridiem flectentes, invenerunt campum, ſeu planitiem quandam admodum ſpatioſam, quæ poſtea* Sennaar, *mox* Babylonia *eſt appellata. Hîc cùm aliquantiſper conſediſſent, urgebat, ut arbitror,* Noë *filios ac poſteros jam valdè admodum multiplicatos, & auctos, ut ad terras jam ſingulis diviſas, & aſſignatas properarent, cùmque putabat, valdè id fore gratum* DEO, *qui ipſis uſque ab initio renovati Orbis denuò dixerat:* Creſcite, & multiplicamini, & replete terram: &c. *tum etiam, quia id multò utilius, & ad victum præſertim commodius cunctis futurum ſperabat, ac denique, quoniam verebatur, ne ſi diutiùs ſimul morarentur, graviora indies inter ipſos diſſidia, jurgiave orirentur. Verùm huic tam ſanctæ providæque paternæ mentis intentioni, ſicuti & aliis bonis actibus, hoſtis humani generis, quantum poterat, obſtare nitebatur, inprimis, ut creditur, mediante* Nembrod *filio* Chus, *filii* Cham, *qui cum cæteros animi, corporiſque viribus antecellere videretur (erat enim maximus, & valdè famoſus gigas, ut habetur in textu* LXX *Interpretum* Geneſ. cap. X.) *aliis quoque omnibus imperare admodum exoptabat, quod*

Intentio Noë de ſollicitatione ad tranſmigrandum facta.

Sect. I.

Cap. II. *quod ut faciliùs ac commodiùs assequeretur, cunctos simul retinere moliebatur; & quia fortassis non audebat aperte communi omnium, qui tunc in humanis erant, sententiæ adversari, ac* Noëmo *omnium parenti contradicere, populis callidè suadere non cessabat, ut, priusquàm ab invicem discederent, memorandum aliquod suæ potentiæ, ac generositatis monumentum posteris derelinquerent, eisque laudes ac nomina ipsorum per cuncta sæcula celebrandi occasionem præberent. Videns autem hæc placere populis, & advertens in ea planitie terram non lapideam esse, sed satis argillosam, ac tenacem, lateribusque conficiendis aptam, & præterea abundare puteis, bitumen largè proferentibus, ex tam promptâ ædificandi materiâ, occasioneque desumptâ, hortabatur omnes, ut unanimiter magnam quandam civitatem extruerent, quæ veluti aliarum omnium mox in aliis regionibus ædificandarum caput, exemplarque esset, & ad munimen decoremque, in ea* turres *erigerent, unamque præ cæteris excitarent tantâ crassitudine; quæ ad cœlum attolli posse videretur, vel eluvionis perfugium, vel conveniendi monumentum.*

Versutia Nembrod in populo retinendo.

Hæc verò tam grandia ædificia versutus Nimbrod *proponebat, specie quidem ipsorum gloriæ, ac magnificentiæ consulere simulans, revera autem, ut propositum consiliaque sua perficeret, nimirum, ut multitudinem diurnis hujusmodi operibus, simul occupatam unitamque detineret, & discessionem ad alias longiores præsertim regiones procrastinaret, vel etiam prorsus impediret; prævidebat enim eos postmodum commoda, & securitatem tam amplæ, ac magnificæ civitatis ab ipsismet tot tantisque laboribus ædificatæ non facilè deserturos. Quare vehementiùs cœpit cunctos tum per se, tum per suæ intentionis sectatores ad opus aggrediendum incitare.*

Displicuit autem hoc Domino, qui superbis ipsorum conatibus obsistere non distulit, sed cognitâ eorum obstinatione, & pertinaciâ illicò confusis mirabiliter ædificantium sermonibus, ita ut se invicem intelligere non possent, eos tandem ab operibus cessare, atque ad terras singulis familiis assignatas discedere coëgit. Turris *autem inchoata ob linguarum confusionem* Bel *primùm, deinde* Babylon *cum reliqua civitate, & ejus ditione est appellata.* Et hoc est, quod breviter legimus Gen. cap. XI. his verbis: *Erat autem terra labii unius, & sermonum eorundem. Cumque proficiscerentur de* Oriente, *invenerunt campum in terra* Sennaar, *& habitaverunt in eo dixitque alter ad proximum suum; venite faciamus lateres, & coquamus eos igni, habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento, & dixerunt: venite, faciamus nobis civitatem, &* Turrim, *cujus culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras. Descendit autem Dominus, ut videret civitatem &* Turrim, *quam ædificabant filii* Adam, *& dixit: Ecce unus est populus & unum labium omnibus, cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita divisit eos Dominus ex loco illo in universas terras, & cessaverunt ædificare civitatem. Et idcircò vocatum est nomen ejus* Babel, *quia ibi confusum est labium universæ terræ, & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.* Hucusque sacer textus, qui tametsi, quisnam dictæ civitatis ac *Turris* ædificandæ primarius Auctor fuerit, hîc non commemoret, attamen quod fuerit *Nembrod*, aliquatenùs colligi posse videtur ex *Gen. cap.* X. *vers.* 8. ubi de ipso verba faciens ait: *Ipse cœpit esse potens in terra*, & post pauca: *fuit autem principium regni ejus* Babylon. Et idem sentiunt *S. Augustin. libro* 16. *de Civit.* DEI, *cap.* IV. & communiter Doctores, secuti *Josephum*, qui id perspicuis verbis asserit, primo Antiq. cap. 5. hanc eandem historiam ita describens: *Tres verò* Noë *filii,* Semas,

Sect. I.

Gen. XI.

Joseph. l. 1. Antiq.

Cap. II. Semas, Japhethus, & Chamas, *centum annis ante diluvium nati, primi relictis montibus planitiem habitare cœperunt, & alis, recenti etiam tum cladis memoriâ, pavidis nec audentibus à celsioribus locis descendere, idem faciendi auctores, & exemplum fuére; campos quam primùm colere sunt aggressi, nomen est* Sennaar. *Cæterùm* DEO *jubente (subaudi, ministerio* Noë *omnium, qui tum supererant, parentis) ut propagandi, multiplicandique generis gratiâ, colonias deducerent, ne inter se discordias exercerent, sed multam terram colendo, frugum copiâ fruerentur; homines rudes non paruerunt, quamobrem calamitatibus implicati, offensum illum errore suo sunt experti; cùm etiam florerent juventutis multitudine,* DEUS *rursum de colonia deducenda admonebat; illi verò non putantes se ipsius benignitate, præsentibus commodis perfrui, illamque felicitatem suis viribus acceptam ferentes, dicto ejus non fuerunt obedientes, & quod pejus erat, consilium de Coloniis, non favorem Numinis, sed insidias interpretabantur, videlicet quo faciliùs dispersi, possent opprimi. Ad superbiam autem,* DEI*que contemptum excitabant eos* Nabrodes, *nepos* Chamæ *filii* Noë, *vir audax, & manu promptus, docens non* DEO, *sed propriæ virtuti, præsentem felicitatem eos debere, atque ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat, ratus fore, ut homines ad se deficerent à* DEO, *si se illis ducem præberet, opem suam offerens, contra novum aliud diluvium intentantem;* Turrim *enim se exædificaturum excelsiorem, quàm quò aqua ascendere posset, & insuper majorum suorum interitum ulturum. Vulgus autem facilè* Nabrodis *placitis obtemperabat, ignavum ratus* DEO *cedere, atque ita structuram* Turris *occœperunt, nulli labori parcentes, nihilque sibi ad diligentiam reliquum facientes. Cùmque ingens esset operarum numerus, surgebat opus, super quàm speraſſet aliquis: crassitudo autem erat tanta, ut proceritatem obscuraret; struebant autem lateribus coctis ad firmitatem bitumine ferruminatis. Hanc eorum vesaniam videns* DEUS, *delere quidem omnes noluit, quando ne priore quidem clade ad meliorem mentem profecerant, sed dissidium inter eos immisit, linguis eorum variatis, ita ut ob diversitatem sermonis mutuò non se intelligerent. Locus verò* Turris *nunc* Babylon *vocatur propter confusam linguam, quæ priùs omnibus ex æquo clara fuerat; nam* Hebræi *confusionem nominant* Babel. *De* Turri *autem hac, deque linguis hominum mutatis meminit &* Sibylla *his verbis:* Cum universi homines uno eloquio uterentur, *Turrim* ædificarunt excelsissimam, quasi ad cœlum per eam ascensuri; Dii verò procellis immissis *Turrim* subverterunt, & suam cuique linguam dederunt, quæ reipsa fuit, ut urbs ea *Babylonis* vocabulum acceperit. *De loco autem, qui* Sennaar *in* Babylonia *nominatur, meminit* Heshiæus *hoc modo.* Ajunt Sacerdotes cladis ejus superstites *Engelii Jovis* sacra ferentes, in *Sennaar Babyloniæ* perveniſſe. Hucusque *Josephus.*

Sect. I.

Sibylla *de confusione linguarum.*

Nembrod *divinitatem affectat.*

CAPUT III.

De altitudine Turris *diversæ opiniones.*

Cap. III. MUlti varia sentiunt de altitudine hujus *Turris*, cùm quàm alta illa fuerit, *Moses* non determinet, sed solùm dicat, illos eam ad cœlum erigere voluisse; sed sensum horum verborum exploremus. Hebræus textus ait:

ויאמרו הבה נבנה־לנו־עיר ומגדל וראשו בשמים׃

Et dixerunt; venite, fabricemus nobis civitatem

Cap. III. *tatem &* Turrim, *cujus culmen pertingat ad cœlum*, vel ut ad literam exponamus: *ut caput ejus ſit in cœlo.* Cui reſpondet græca lectio: δεῦτε οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Chaldæa habet: ורישה מטי עד צית שמיא. Id eſt, Turrim, *cujus caput extendatur ad apicem cœli.* Verùm ut hæc exactiùs enucleentur, primò aliorum, deinde & noſtram opinionem ſubjungemus. Quantum itaque *Turris* alta eſſe potuerit tunc temporis, quando ab opere per confuſionem linguarum, ceſſatum fuit, ſcire, uti paulò antè dixi, non poſſumus, quoniam neque ſcriptura ſacra, neque *Joſephus*, aliuſve probatus Autor id aſſeveranter affirmare auſus eſt; nam licet *B. Hieron. ſub finem libri 5. commentariorum* ſuorum *in Iſaiam* tradat, à quibuſdam dici, eam in altitudine 4000 paſſuum tenuiſſe. Idem tamen paulò poſt ſubjungit: *Quæ de dicta* Turri *perhibentur, penè incredibilia videri. Herodotus* quoque ab eodem ſancto Doctore citatus, tametſi *libro primo*, aliquantò ante finem, deſcribens templum *Jovis Beli*, dicat, in eo fuiſſe *turrim* ſolidam altitudine ſimul, & craſſitudine ſtadii, cui alia rurſùs impoſita *turris*, & huic ſubinde alia ad octavam uſque, non tamen aliarum altitudines expreſſit; unde ſi (ut ibidem ſupponere videtur) æqualis ſingulæ erant altitudinis, certè verticem ſupremæ non 4000, ſed mille duntaxat paſſus altam fuiſſe, neceſse eſt; ſiquidem ſtadium octava milliarii pars eſſe dicitur. Verum utrum *Turris* ab *Herodoto* deſcripta eadem fuerit cum *Turri Nembrod* in ſequentibus decidetur. Opinio autem eorum, qui putarunt *Turrim Babel* habuiſſe 4000 millia paſſuum altitudinis, videtur ex præadductis *Joſephi* verbis deducta, ubi de *Nabrode* ait, quod *Turrim* ſe ædificaturum jactabat excelſiorem, quàm quò aquæ diluvii aſcendere poſſent. Cum enim conſtet diluvii aquas quindecim cubitis montium cacumina ſuperaſſe; & *Plinius lib. 5. cap. 22.* dicat, reperiri montes 4000 paſſuum perpendiculariter altos, putaverunt ipſum *Nembrod* voluiſſe quidem attollere *Turrim* ad 5000 paſſus, ubi eò ventum eſt, ut jam deeſſent tantummodò mille paſſus altitudinis, opus fuiſſe impeditum. Veruntamen hoc probandum erat, quod ſcilicet tunc, & non multò priùs ædificatio fuerit intermiſſa. Relinquamus igitur ea, quæ ſcribi nullo modo poſſunt, & ad alia properemus.

D. Hieron. l. 5. Comm. in Iſaiam.

Herodotus.

Sect. I.

Ex hujus tam excelſæ *Turris* ædificatione, atque item ex memorata linguarum diviſione, perhibent occaſionem arripuiſſe Poëtas, Ethnicoſque ſcriptores, fingendi duas illas fabulas, quarum meminit *Philo Hebræorum* diſertiſſimus *in exordio libri de Confuſione Linguarum*: alteram de gigantibus celeberrimam, quos ferunt, montes montibus ſuperimpoſuiſſe, ut bellum diis inferrent, ſed ab ipſis fulmine dejectos: alteram de animalibus irrationalibus, quæ ajunt olim unà cunctis communi voce inter ſe de rebus ſuis, ut ſolent homines, agere conſueviſſe. Verùm quia ſemel perpetuam juventutem à diis expetere auſa ſunt, ab eiſdem confuſione vocum, poſtea eſſe punitos. Sed de Poëtis, non eſt, quod mirari debeamus, quandoquidem notum eſt, eos ex profeſſo, fabulandi occaſiones undequaque venari, nec dedignari communiter pro fabulatoribus haberi; quippe qui largam admodum in hoc genere licentiam, jam dudum ſibi uſurpaverint, juxta vulgatum illud Horatii ferè in initio Artis Poëticæ.

Fabularum origo ex hac Turri prodiit.

——— *Pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Illud magis mirandum ac deplorandum eſt, quorundam hominum impiorum quanta fuerit audacia, ac te-

Cap. III. meritas, ut refert *Philo*, uti ſuprà, auſi ſunt hiſtoriam ſacram calumniari, quod fabellas contineat prædictis ſimiles, fabellas, inquam, appellare non ſunt veriti, dictæ *Turris* ædificationem, & linguarum diviſionem putantes, utrumque fabuloſum eſse, & falſum; ſtultiſſima namque ipſis viſa eſt cogitatio *Turris* ſtruendæ, cujus culmen ad cœlum pertingeret, nec minùs impoſſibilis, quàm prædicta montium ſuperimpoſitio; ſed & linguarum varietatem ſemper extitiſſe, perperam exiſtimantes, illud quoque in erroris ſui argumentum aſsumunt, incredibile videri (ſi una tantùm fuiſset hominum locutio) potuiſse illos ſic derepente proprii idiomatis obliviſci, & illicò novis atque inauditis vocabulis internos explicare conceptus, & præterea non valebant capere, quomodo confuſio illa linguarum in pœnam ſimul, & remedium peccati inducta fuerit; non in pœnam, quia naturale eſse putabant, diverſos homines diverſis uti idiomatibus, non in remedium iniquitatum, cùm nihilominùs etiam poſt diviſas linguas, viderent infinita propemodùm ſcelera extitiſſe, & non unitatem linguæ, ſed propenſionem iniquorum hominum in malum, malorum cauſam eſse, quandoquidem etiam linguâ mutilari, nutibus, aſpectibus, aliiſque corporis motibus, non minùs, quàm verbis improbitatem cordis proferre norunt. Et linguæ unitas potiùs ad plura bona utilis eſse videtur, nimirum ad commercia exercenda, ad ſcientias edocendas, ad ſocietates ſtabiliendas, amicitiaſque conciliandas, & his ſimilia.

Reſponſio ad objecta. Verùm ad hæc non operoſum eſt reſpondere. Nam quis non videt, admodum differre, quæ narrantur à *Moyſe*, ab his, quæ fabulatores confixere? Etenim montes ſuperimponere montibus, & inde cum ſuperis dimicare perſpicuè patet, naturaliter ab hominibus fieri nullo modo poſſe; *Turrim* verò altiſſimam exſtruere, facultatem non excedit humanam. Et quidem ſtultiſſimum eſt, fateor, per hujuſmodi altitudines ad cœlum poſſe conſcendi, quod gigantes intendiſſe feruntur. *Sect.* I.

Atque non eo conſilio docet ſcriptura, ædificatam eſſe *Turrim Babel*, impoſuit fortaſſe calumniatoribus, quod dicitur Gen. cap. XI. verſ. 4. *cujus culmen pertingat ad cœlum.* Sed hoc hyperbolicè dictum, omnes ſacri fatentur expoſitores. Quid igitur vaſtiſſimo illo ædificio prætendebant? Quid aliud, niſi humanam gloriam, & nomen æternum, ut ibidem tangitur illis verbis. *Et celebremus nomen noſtrum.* Quamvis fortaſse etiam aliqui rudiores verè *Turrim* ad cœlum erigi poſse putarent, aut ſaltem poſse in ſummitate illius *Turris*, à diluvio, ſi deinceps contingeret, ſeipſos præſervare, præſertim cum ſcirent, diluvii aquas quindecim tantùm cubitis montium vertices exceſſiſse. Quantum verò differat hiſtoria confuſionis humanæ loquelæ, ab ea, quam in brutis contigiſse fabulantur, vel ex hoc dignoſci poteſt, quod loqui hominibus naturale eſt, brutis autem nequaquam; quare manifeſtum eſt, fabuloſum eſse, quod de brutorum locutione finxerunt; veriſſimum verò, quod de uno hominum idiomate, divinitus poſteà variato, ſacra teſtantur eloquia. *Solutio alterius objectionis.*

Porrò diviſionem linguarum non ſemper extitiſſe adverſus *Philaſtrium* oſtendemus. Nunc illud tantùm aſſerimus, de fide certiſſimum eſse veriſſimumque, ante ſtructuram *Turris Babel*, unam duntaxat omnibus communem fuiſſe loquelam, non plures. Quis enim credat, populum unum qui ab uno homine etiam tum vivente deſcenderat, ſimulque verè hactenus habitaverat, diverſa habuiſſe idiomata? Quod ſi dixeris; quomodo igitur potuit

Cap. III. tuit tam citò, atque adeò multipliciter variari? Respondeo, non ex causis naturalibus subitam illam accidisse varietatem, sed omnipotentis DEI voluntate, cui nihil esse difficile, nedum impossibile, nemo sanæ mentis est, qui ignoret. Deinde concedimus, linguæ unitatem hominibus sæpenumero esse utilissimam; contrà verò diversitatem, ad multa incommodissimam. Verumtamen illud quoque certum est, in memorato casu fuisse appositissimum humanæ transgressionis remedium, nullumque aliud importunius adinveniri potuisse.

Quis enim nescit, multitudini in malum, aliquod unanimiter conspiranti, quantum obesse possit, idiomatis unitas? quippe qui ad flagitium perpetrandum non mediocriter incitare valeat; meritò igitur illis hominibus, qui *Turrim* civitatemque ædificare volebant, & in ea simul habitare, cæteraſque terrarum regiones incultas relinquere, quod omnimodò erat bono publico, divinæque dispositioni contrarium; meritò inquam, eos Dominus confusione linguarum inter se divisit, atque inde ad alias terras seorsum inhabitandas, adegit. Itaque si rectâ mente supradicta pensemus, & circumstantias temporis, loci, atque intentionis illorum hominum accuratè perpendamus, procul dubio etiam sepositâ sacræ narrationis auctoritate, necessarium erit, fateri, divisionem, multiplicationemque humanorum idiomatum, non esse fabulosam, sed verè, atque indubitanter divino consilio esse factam, & justè in pœnam superbiæ, impietatisque DEO prohibente, ædificare volentium, inflictam, nec non iniquam illorum intentionem, toti humano generi, atque orbi terrarum pernicioſam, convenienter tali remedio fuisse impeditam. Et hæc adversus eos, qui præ impietate scripturas sacras facilè respuunt, breviter sint dicta.

Sect. I. Sed ut ad propositum nobis argumentum redeamus. Certè eos, quod cogitaverant, in executionem duci posse, credidisse, *Philo in libello de confusione linguarum* commemorat, ubi & ethnicorum sapientum calumniam quandam adversus hanc historiam *Moysis* refutat. *Quibus*, inquit, *majorum nostrorum instituta displicent; homines impii, & tantùm ad justas leges accusandas diserti, arreptis impietatis ansis historiam hanc* Mosis *de ædificatione* Turris *cavillantur, nosque deridet. Etiamnum, inquiunt, extollitis præcepta vestra, ut veritatis regulas? Ecce sacri, quos vocatis, libri fabulas continent, quales vos aliis referentibus irridere soletis. Alii de iisdem verbis sacri textus: Ecce unus populus est, « & unum est labium, cœperuntque hoc fa- « cere, nec desistent à cogitationibus suis, do- « nec eas opere compleant: eos verò id se posse, « quod animo designaverunt, credidisse, ostendunt.* Omnes ferè *Chaldæorum, Arabum,* & *Hebræorum* commentarii hoc ipsum asserunt. *Ralbag* super hæc verba.

Philo *l. de confus. ling. refutat calumniam Ethnicorum.*

נבנה לנו את העיר ומגדל וראשו בשמים.

Ædificemus nobis civitatem, & Turrim, cujus caput pertingat ad cœlum: asserit, primævos illos homines curiositate quadam ductos, ut quidnam corporis *Sol & Luna*, ex quibus diluvium processisse putabant, essent, videre oculis, & coram pellustrare possent. *Rambam* hoc loco ait, *Chami* stirpem impiam cum Astrologiæ esset dedita, astraque, ac sidera continuò contemplata, regni cœlestis decorem miraretur, vehementi quodam dispositionis istius regni cognoscendæ desiderio exarsisse; idem *Rambam in More Nebuchim*, ait; *Adam* ex *Luna* prodiisse in hanc terram, allatis secum insolitis fructibus, & aurearum arborum ramis; atque hanc sive fabulam, sive opinionem, certè *Sabæorum* traditionem fuisse constat. Unde fœdere inito, unus ad alterum clamârit: *Venite, faciamus nobis civitatem, &* Turrim, *cujus*

Rambam *hoc loco.*

Rambam in More Nebuchim.

Cap. III. *culmen pertingat ad cœlum* ; videamus, inquiunt, quæ ibi rerum ſit diſpoſitio, quæ leges, quæ gubernandi ratio: videamus ſi modus ſit fatales illorum corporum influxus ſuperandi, & celebremus hoc facinore omnibus ſeculis memorando nomen noſtrum apud poſteros ; operemur dum unitâ multitudine populi infinitâ id poſsumus, ne forte diſperſi protinùs vires quoque ad id præſtandum deficiant. Unde fabulam illam poſtmodum de gigantibus ortam exiſtimamus, juxta Ovid.

Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes,
Tunc pater omnipotens miſſo perfregit olympum
Fulmine, & excuſſit ſubjectum Pelion Oſſæ.

E quibus quidem hucuſque allegatis clarè patet, ſtolidam gentem, ut citati authores volunt, ſive temeritate, ſeu impietate quadam impulſam, hanc prodigioſam molem verè affectaſſe.

Utrum autem hujuſmodi fabricâ, ullâ naturali potentiâ fieri potuerit, qualem ipſi prætendebant, mathematico ratiocinio demonſtrare aggredimur, præſertim cùm de hac ipſa quæſtione jam dudum à diverſis conſulti, publico id problemate nos demonſtraturos eſse receperimus. Verùm ut cum ordine, & ſine confuſione rerum in opere confuſionis procedamus, primò, ubinam locus *Turris* fuerit, & ſi in cœlum illam exaltare volebant, quanta debuerit eſse illa *Turris*, quot operæ potuerint in extructione *Turris* occupati fuiſse, quanta debuerit eſſe materia, quantum temporis in ejuſdem conſummatione inſumendum erat; concludemus tandem hoc opus tantum abeſſe, ut ab ulla naturali potentia fieri potuerit, ut potiùs vel ipſius naturæ dæmonumque viribus repugnaſſe, omnes ſenſatæ mentis viri credere debeant. Sect. I.

In præcedentibus formam *Turris Babel* à *Nembrod* extructæ, quam nobis tum propria conjectura, & imaginatio, tum authorum aliorum authoritas præſcribere potuit, exhibuimus. Reſtat modò, ut, ſi *Turrim* ad *Lunæ* fornicem exaltare volebant, quamnam ejus formam, quantam ejus altitudinem, latitudinemque eſſe oportuerit, demonſtremus.

DEMONSTRATIO

De Turris *ad* Lunæ *Cœlum exaltandæ, ἀδυναμία, ſive impoſſibilitate.*

Quomodo tranſmigratio ex Oriente in Occidentem facta intelligi debeat.

Ex *Oriente* igitur profecti dicuntur, hoc eſt, ex orientali plaga montis *Ararat*, ubi magna hoc loco authorum contentio, uti in præcedentibus dictum fuit, dum non capiunt, quomodo ex *Oriente* venerint, cum mons *Ararat*, ſive *Armenia*, ubi priùs ſubſtiterant, multiplicati populi, non orientalis, ſed borealis ſit *Babyloni*; nos è geographica diſciplina rem iteratis nonnullis ſupradictis, ita explicamus. Cum mons *Ararat*, uti ex chorographia ſuprà adducta patet, ex occaſu in ortum, ut hîc apparet, longo terrarum tractu, aliis ſubinde montibus concatenatus excurrat, homines cùm ab occaſu jugis montium impediti exitum quærerent nec invenirent, ſecundum vallium decurſum orientalem caſtrametatos fuiſse, magnis tandem gyris & ambagibus peractis in exitu orientali montium in occaſum flectentes, tandem in planitiem infra montem inciderunt, ibidemque, uti in præcedentibus docuimus, ad plurimos annos habitaverint, in ea nimirum Regione, quæ poſteà, *Media*, & *Perſia*, *Parthia*, & *Bactria* dicta fuit; & deinde ad tranſmigrationem gentium inchoandam, ex hac regione orientali in hanc planitiem appulſi, campum hunc *Sennaar* duobus maximis *Aſiæ* flumini-

Cap. III. minibus, *Tigri*, & *Euphrate* irriguum, *Turri* ædificandæ aptiſſimum locum invenerunt. Loco igitur *Turris* aſſignato, jam cùm hoc in loco, confuſum ſit labium univerſæ terræ, certè omnes homines in illa immenſa planitie congregatos fuiſſe, uti in præcedentibus oſtendimus, conſtat.

Quæritur primò, in quantum homines intra 275 annos (tantum enim ſpatium temporis inter diluvium, & *Turris* ædificationem interceſſit) propagari potuerint? Quamvis verò in præcedentibus, humani generis multiplicationem intra 130 annorum ſpatium factam ad calculum reducere conatus fuerim, hoc tamen loco alium computum noſtro inſtituto magis congruum inimus. Supponamus igitur, totum genus humanum à tribus paribus conjugum ſingulari DEI OPT. MAX. providentiâ à diluvio in ſemen ſervatis, prodiiſſe. Secundò ſingulos annos, ſingulos conjuges, vel marem, vel fœminam procreaſſe & 14 annorum ætatem conjugio habilem conſtitiſſe, quibus poſitis, per certam ſingularum circumſtantiarum combinationem, humanum genus propagari potuiſſe invenimus ad 9094468 hominum utriuſque ſexus, quamvis *Theophilus Reinaudus ad* 14000000 *Turri* præſentes fuiſſe, in ſuis tabulis chronologicis aſſerat unde nos ad demonſtrationem faciendam magis congruum numerum prædictum, retinemus multo hoc minorem, quod quamvis alicui forſan πρόδηλον videri poſſet, poſitis tamen ponendis hunc numerum prodire neceſſum eſt, & non diſſonat ab iis, quæ ſupra ex Rabbinis adduximus. Horum igitur medietatem *Turri* ædificandæ applicemus, videlicet 4547234. veriſimile enim eſt, munia communitatis in certas claſſes, ſeu ordines fuiſſe diſtributa, uti antea dictum fuit, ita ut alii ædificandis caſis & tuguriis, alii cædendis lignis, alii fodiendâ argillâ, & bitumini congregando, alii fornacibus ad coquendos lateres, alii proviſioni, & annonæ colligendæ in tanti populi ſuſtentationem occuparentur. Sect. I.

Calculus propagationis humanæ.

His quoque ita conſtitutis, nunc quæritur, ſi *Turrim* ædificare volebant, cujus culmen pertingeret ad primum cœli fornicem, ut Samaritana lectio habet, ſive ad Cœlum *Lunæ*, quanta debuerit eſſe ejus altitudo: cui quæſtioni ſatisfaciemus, ſi altitudinem *Lunæ* à *Turri* geometrico priùs ratiocinio demonſtremus.

Altitudo ☽ à terra.

Cum itaque variis rationibus à peritiſſimis Mathematicis 60 milliaria Italica uni gradui terreſtri reſpondere ſit compertum; fiat, ut 1 ad 60, ita 360 ad aliud, factaque operatione juxta regulam proportionum, prodibit totius terreſtris globi ambitus æquinoctialis in milliaribus 21600; cùm circumferentiæ cujusvis circuli ad diametrum juxta *Archimedis* demonſtrationem conſiſtat in proportione tripla ſeſquiſeptima minori verâ; vel tripla ſuperdecupartiente ſeptuageſimas primas, majori verâ, & ad invicem ſe habeant, ut 22, ad 7. vel 21. ad 7. Si fiat, ut 22 ad 7, ita 21600 ad aliud, prodibit diameter Terræ 6872 vel potiùs $6872\frac{1}{11}$ milliarium, cujus dimidium 3436, ejuſdem ſemidiameter; ſuperficies verò globoſa terræ habebitur ex multiplicatione circumferentiæ in diametrum, quæ eſt, 148456800 milliarium; ſoliditas verò hujus habebitur, ſi diametrum terræ in tertiam partem ſuperficiei globoſæ duxeris, prodibunt 3400155648 milliaria cubica, totius terreni globi ſoliditas.

Inventio diametri globi terreni, una cum circulo, ſuperficie & cubo.

Inventa itaque ſemidiametro globi terreni, habebitur ex conſequenti in milliaribus Italicis diſtantia à centro terræ uſque ad globum lunarem. Non dicam hic modum, quomodo Mathematici in cognitionem hujuſmodi diſtantiæ *Lunæ*, reliquorumque planetarum, à terra ad proprias eorum

CŒLUM

Venite faciamus nobis Civitatem et Turrim cuius Culmen pertingat ad Cœlum.

Δεῦτε οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἔσται ἡ κεφαλὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ.

LUNÆ

תבה נבנה-לנו עיר ומגדל וראשו בשמים.

تعالوا لنبني لناقرية وبرجا راسه يداني السما.

הבו נבני-לנא קרתא ומגדלא ורישיה מטי ער ציה שמיא.

Sem. 1/2 Terræ

Sem. 1/2 Terræ

Sem. 1/2 Terræ

Sem. 1/2 Terræ

Sem. 1/2 Terræ

Nota ad Lectorem

Divisimus altitudinem Turris ad Lunam usque in 5 partes; quarum unaquaque continet 10. Semidiametros globi terreni, 2 semid. iuxta distantiam Lunæ proximâ a centro terræ 32 Semidiametrũ Geocosmi; Unde luculenter concluditur globum terrestrem pondere Turris extra centrum motum fuisse tanto spatio quanta est intercapedo inter O et N. Videbis pariter pondus Turris globo terræ ML æquilibratum multum excessisse pondus globi terræ.

Absurda hinc resultantia sunt

1°. Ad globum terræ extra centrum motum totius inferioris naturæ ruinã consequutam

2. Solem et Lunam terrenum globum non nisi ad ⅓ illuminare potuisse. Unde omnium climatum Zonarumque perturbatio

3°. Neminem in terreno globo nisi sub violento statu consistere potuisse nisi sub linea directionis AB. in solo loco A. rectè

4°. Umbram Turris semper alicubi terræ visam fuisse in hemisphæris superiori haud secus ac Lunæ

Data hypothesi quantum globus terrenus extra centrum emotus fuisset

Centrum Mundi

Globi Terræ

N

Centrum

L

M

B

A

Cap. III. sphæras, venerint, cum de iis, *Ars* nostra *Magna Lucis & Umbræ*, cæterorumque Astronomorum opera hujusmodi inventionibus plena sint, sed distantias solummodò à præstantissimis Mathematicis, variis observationibus compertas, & ubique passim obvias adducam.

Distantia itaque à centro terræ usque ad *Lunam* est triplex; major est in apogæo, minor in perigæo, media in quadraturis *Lunæ* constituta; nos mediam & infimam ad nostræ demonstrationis veritatem ostendendam, distantiam elegimus, quam 56, aut 52 semidiametrorum Terræ plerique Astronomi esse deprehenderunt, de quibus vide *Tychonem*, *Keplerum*, *Copernicum*, & modernos, *Blancanum*, *Ricciolum* aliosque innumeros. Sit itaque semidiameter Terræ, quam paulo antè 3436 milliaria Italica continere invenimus. Hoc posito, si 3436 milliaria, in 56 semidiametros, videlicet distantiam *Lunæ* à Terra, duxeris, habebis quæsitum, nimirum 192416 milliaria Italica, distantiam *Lunæ* à Terra; si verò semidiametri terrestris milliaria, in 52 semidiametros duxeris, quæ est vicinior ad Terram distantia, habebis 178672 milliarium *Lunæ* ad Terram distantiam inventam.

Atque tot milliarium alta debebat esse *Turris* nostra, ut cœlum *Lunæ* tangeret. Exploratâ itaque *Turris* altitudine, jam videamus, quantæ molis illa in soliditate fuerit; & primò quidem juxta opinionem quorundam Authorum Arabum ponamus *Turrim* conicam, quam alii quadratam fuisse sentiunt, & in diametro suo, sive uno latere, octo milliaria, id est, octo millia passuum, spacium occupasse, erit quadratum ejus 64 milliarium quadratorum, jam verò cum juxta *Archimedis* rationem, quadratum alicujus diametri ad ejusdem circuli aream se habeat, ut 14 ad 11, ductis 11 in 64, & producto diviso per 14, prodibit area circuli 50 (vel accuratiùs $50\frac{2}{7}$) milliarium quadratorum, sive 50000 passuum; quæ iterum juxta Regulas *Archimedis* de coni, & cylindri dimensione in tertiam partem altitudinis *Turris*, videlicet in 59557 ducta dabunt soliditatem totius *Turris* in milliaribus cubicis 2977850. *Sect.* I.

Præterea cum milliare unum 5000 pedibus geometricis, qui 1000 passibus æquivalent, constet, erit juxta regulas tetragonismi, & cubi, milliare unum quadratum, pedum 25000000, & cubicum milliare continebit 125000000000 pedes cubicos. Supponamus jam unius lateris cocti quadrati latus pedi geometrico respondere, & sex quadratos lapides hujusmodi constituere cubum: utique lapidum dictorum numerus erit 125000000000, id est, pedum cubicorum, qui ducti in totius soliditatem *Turris*, dabunt multitudinem laterum cubicorum in hac immensa mole exstruenda requisitorum 3747312500000000000; cum verò in varia loculamenta, & habitationes tota *Turris* sit divisa, à soliditate tota demamus millesimam partem, remanebitq; hic numerus, 3743546250000000000, *Turris* vera soliditas, qui numerus adeò immensus est, ut animo vix concipi possit; unde ex hujus *Turris* calculatione innumera absurda sequuntur.

CONSECTARIA.

Sequitur *primò*. Quod si spatio trium millium quadringentorum viginti sex annorum continuè à quatuor millionibus hominum fuisset laboratum, & *Turris* singulis septimanis uno milliari circumquaque ascendisset, *Turris* dicto temporis spatio non fuisset finita. *Consect.* 1.

Sequitur *secundò*. Si omnium sylvarum totius orbis terrarum ligna in unum locum fuissent comportata, & totus orbis terrarum in limum, seu argillam cessisset, & oceanus cum omnibus *Consect.* 2.

Cap. III. bus maribus & fluviis in bitumen; nec ligna ad coquendos lateres, nec ad argillam orbem terræ, nec ad bitumen oceanum suffecturum fuisse. Novum igitur orbem condere, eumque hoc duplo majorem ad hanc fabricam expediendam esse oportebat.

Consect. 3. Sequitur *tertiò*. Quod si eques quispiam singulis diebus 30 milliaria in illo declivi cochleæ ascensu confeciset, octingentorum annorum spacio, *Turris* apicem non attigisset.

Consect. 4. Sequitur *quartò*. Hanc *Turrim* pondere suo multis parasangis superasse Terram; quod ita ostendo. Sit *Turris* a b d, globus terræ b c d e, centrum Mundi o. Si igitur totus terrestris globus ad hanc fabricam complendam non erat sufficiens, ergò si aliunde divinitus suppeditata materia *Turris* demonstratæ magnitudinis super terram fuisset elata, necessarium erat, terram tantum extra centrum universi, utpote leviorem exire, quantus erat excessus ponderis *Turris* supra pondus terræ; quem excessum juxta Staticæ leges cùm nos invenerimus, decem semidiametros constituere, concluſimus, centrum gravitatis terreni globi non jam in o, sed in i constitui, ibique cum centro mundi congruere; quod si ita, ergò totus terrenus globus extra centrum universi, cum ruina totius Mundi extitisset. Lector examinet figuram hîc appositam, & verum, quod diximus, inveniet. Vana itaque fuit, & stulta mortalium præsumptio, tale quid non dicam cogitare, sed ne attentare quidem velle; ut proinde merito ob temeritatem DEO hominibusque invisam, dum cum cœlo bellum inire præsumptuosiùs attentarent, DEUS confusione linguarum tantam temeritatem puniendam censuerit. *Sect.* I.

CAPUT IV.

De Turris Nembrod *formâ, & architecturâ.*

Cap. IV. APpropinquabat tandem tempus, quo *Nembrod* in executionem duceret ea, quæ jam multis annis animo conceperat, de *Turris* altissimæ, quæ culmine cœlum pertingeret, fabrica; quare selectis accitisque undique ex infinita pænè hominum multitudine architectis, tum vel maximè qui ex suæ stirpis essent progenie, omne consilium suum illis aperuit, eos in omnibus, quæ dictam fabricam concernerent, exequendis, quàm diligentissimè instruxit, mensuras totius fabricæ præscripsit, modulum, sive prototypon è ligno, vel argillâ effictum, ut secundum illud se dirigerent, ostendit; siquidem verisimile est, eum uti erat sublimi judicio pollens, tantæ molis opus non temerè, & tumultuariâ quadam resolutione, sed maturo, & quàm deliberatissimo animo concepto jam à multis annis consilio inchoasse; dispertitis itaque architectis in certas classes, quorum alii fundamentis locandis, latomorumque laboribus dirigendis præsiderent, alii operas in fodienda argilla, lignis, arboribusque cædendis, ad lateres in fornacibus jam instruendis, coquendos, occupabantur; quidam operarum, tum in bitumine colligendo, saxisque eruendis, tum in instrumentis ferreis, id est, marris, patellis, malleis, cochlearibus, trullis, gnomonibus, harpaginibus, similibusque ad fabricam necessariis instrumentis parandis, curam habebant; non deerant, qui figulis, fabrisque in vasis ligneis ad calcem portandam aptis, deinde scalis, machinisque, ad saxa sublevanda, trabibusque ad pegmata extruenda, conficiendis præsiderent: quia verò in tanta laborantium multitudine,

Præparatio rerum ad Turrim ædificandam necessariarum.

Prospectus Turris Babylonicæ ex Præscripto R. Adm. Patris Athanasij Kircheri Soc. Jesu. pag. 40

TURRIS BABEL



Cap. II. tudine, commeatus, ſive ciborum annona prorſus neceſſaria erat, œconomos quoſdam veriſimile eſt, conſtitutos fuiſſe, qui annonam undique & undique collectam, nec non magnâ camelorum, equorum, aſinorumque multitudine in conſtitutum locum advectam, operis ſtatuto tempore diſtribuerent.

Sub qua forma Turris fuerit ædificata.

His itaque per ſuos miniſtros ſingulari providentiâ conſtitutis, fabricam orſus eſt, & *primò* quidem ſub formâ rotundâ, aut, uti alii ſentiunt, quadratâ, (nos rotundam ſeligimus) fundamenta ponebant, juxta circuitus determinatam quantitatem, deinde ſupra jacta fundamenta formam fabricæ ordiebantur; & *primò* quidem, pro primo ſolario, ſive contignatione, ambitum, ſeu peridromum ad quam volebant altitudinem exaltabant, per quem homines animaliaque bitumine, lateribuſque onuſta facilè circumire poſſent, ſuis exedris periſtiliiſque ad præcipitationem animalium vitandam inſtructum; *deinde* ad hujus peridromi planum ab infima *Turris* baſi, ſcala cochlearis, ſive helix ſat lata parabatur, per quam ſub declivi, & quantum fieri potuit, depreſſo tramite, facillimus animalibus aſcenſus dabatur. Erat autem hæc prima ſubſtructio ſubtus variis cameris, receptaculis, fornicibuſque ſuffulta, tum ad nocturnam operarum quietem, tum ad neceſſarium commeatum ibidem recondendum. Hac veluti primâ *Turris* contignatione peractâ, ſecundam ordiebantur contignationem, juxta quantitatem ipſis placitam, ad quam ex primo peridromo per ſcalam cochloïdem, ſive helicem, ad ſecundam concedebatur aſcenſus; & ſic à peridromo ad peridromum, atque ex hiſce per ſcalas cochloïdes ad ſingulos aſcendebatur uſque ad eam altitudinem, quam DEUS ipſis permiſit, dum confuſione linguarum eos à cœpto opere deſiſtere compulit. Verùm ut lector luculentiùs *Turris* fabricam contemplaretur, hîc ejus non genuinam quidem, ſed quam concipere mente noſtra poſſumus, delineationem apponendam cenſui. *Sect.* I.

Prima Turris contignatio.

Notandum verò, quod antequam fabricam ordiretur *Nembrod*, primò manſiones, ſive habitacula, domuſque ædificandas cenſuit, ne tanta multitudo hominum ſemper ſub dio, omnibuſque aëris injuriis expoſita regione, commorari cogeretur, ſub forma civitatis extruxit; atque hanc ego arbitror civitatem fuiſſe, de qua *Moſes* in ſacra *Geneſi*, mentionem facit. *Venite faciamus nobis civitatem &* Turrim. Fuiſſe autem primò rudia quædam, & impolita habitacula ſine ordine diſpoſita, ſed cum in architectonica arte, ex *Turris* extructione plurimùm jam profeciſſent; tunc enim *Nembrodus* ſub initio Regni ſui, eam ad meliorem deinde formam & decorem redactam, ad *Euphratis Tigriſ*que confluxum condidit, quam poſt 70 circiter annos *Semiramis* inſtaurandam, ſtupendis, magnificentiſſimiſque fabricis, uti paulò poſt videbitur, condecoravit. Neque putet lector, contignationes dictæ *Turris* ſub continua ſoliditate extructas, quin imò, ingentibus intùs aulis, conclavibus reconditoriiſque præditas fuiſſe, per quæ ex peridromis intra ea undique ingreſſus concedebatur. Ad quam verò altitudinem, propoſitam *Turrim* exaltârit *Nembrod*, antequam ab operis proſecutione deſiſterent, ſacer textus ſilet: ſecundum varias verò autorum in præcedentibus allegatorum opiniones, alii ad altitudinem montis, alii ad mille paſſus, non deſunt, qui ad quatuor millia paſſuum altitudinem erectam fuiſſe arbitrantur, de quibus in ſequentibus pluribus agetur. Lector eam, quæ ipſi magis arriſerit, amplecti poterit. Atque hæc de *Turris Babylonicæ* fabrica ſufficiant.

Quænam civitas illa fuerit quam ſacer textus Nembrod extruxiſſe refert.

SECTIO II.

De ſtupendis, & prodigioſis tum urbium, tum turrium, hortorumque miraculis, à *Nino*, & à *Chuſi* filiis, & *Semiramide* poſt mortem *Nembrod* extructis.

CAPUT I.

De Nino, *ejuſque rebus geſtis.*

Qualis fuerit Ninus *Rex* Aſſyriorum.

DE *Nino*, primo *Aſſyriorum*, atque adeò totius mundi imperatore, variæ ſunt tum apud ſacros, tum apud profanos auctores, narrationes. Nos *Herodotum*, *Diodorum Siculum* & *Strabonem* ſecuti, quid de eo ſentiamus, paucis aperiamus. Itaque, quemadmodum in *Arca Noë* tradidimus, nos credimus, hunc *Ninum* eſſe illum, quem Sacra Scriptura *Geneſ. cap.* X. *verſ.* 11. vocat *Aſſur*, qui cum exercitu exiiſſe dicitur de terra *Semaar*, id eſt, de *Babylone*, ubi regnaverat pater ejus, & ſubactis *Aſſyriis*, ædificaſſe in *Aſſyria* civitates ibidem nominatas, & unam præ cæteris magnam, quam ex nomine ſuo appellavit *Niniven*, in qua de *Babylone* ſedem regni ſui tranſtulit, ac deinceps *Aſſur*, hoc eſt, *Aſſyriorum* Rex nuncupari cœpit. Cæteras ipſius *Nini* res geſtas multas admodum, & præclaras breviter ex *Cteſia Cnidio* recenſet Diodorus Siculus lib. II. rerum antiquarum, cap. 1. ubi ſic ait: *Primus Rex* Aſſyriorum, *ſcriptores nactus eſt* Ninus, *qui ejus geſta literis traderent. Is naturâ bellicoſus, & virtutis appetens, cùm primum robuſtiſſimos juvenum, plurimorum temporum, armorum uſu, ad omnem laborum patientiam, & belli pericula exercuiſſet, coacto exercitu, ſocietatem iniit cum* Arico Arabum *Rege*. Et poſt pauca ſubjungit: Ninus *igitur* Arabum *Rege aſſumpto exercitum duxit adverſus* Babylonios Arabiæ *conterminos. Nondum enim condita erat* Babylonia, *ſed aliæ circa nobiles urbes incolebantur, quibus propter armorum deſuetudinem facilè ſuperatis, tributoque impoſito Regem eorum cum filiis captum interemit. Deinde quibuſdam* Armeniæ *urbibus in poteſtatem redactis*, Barzanes *Rex* Nino *viribus impar, cum multis donis occurrens, & ſe, & regnum ejus poteſtati permiſit. Huic* Ninus, *magno uſus animo*, Armeniæ *regnum reſtituit, commeatu, & militibus impetratis. In* Mediam *deinde auctis viribus tranſgreſſus, cum ei* Farnus *Rex cum exercitu occurriſſet, prælio victum, cumque uxore, & ſeptem filiis captum, cruci affixit. Proſperâ fortunâ elatum* Ninum *cupiditas cepit totius* Aſiæ, *quæ inter* Tanaim & Nilum *jacet, potiundæ; ſecundæ etenim res, ut plurimum ambitioſas majorum ingerunt cupiditates. Itaque præſide ex amicis quodam* Mediæ *impoſito, ipſe ad reliquam ſubjiciendam* Aſiam *profectus, omnem annis decem & ſeptem, præter* Indos & Bactrianos *in poteſtatem redegit. Pugnas ſingulas, ac devictorum numerum nullus quidem ſcriptor tradidit. Nos, quæ excellentiora feruntur*, Cteſiam Cnidium *ſecuti, paucis narrabimus: ſubjecit omnes maritimas, ac propinquas gentes*, Ægyptios, Phœnices, & *interiorem* Syriam, Ciliciam, Pamphiliam, Lyciam, Cariam, Phrygiam, Miſiam, Lydiam, Troada, & Phrygiam, *quæ eſt ſuper* Helleſpontum, Propontida *etiam, ac* Bithyniam & Cappadociam, & *gentes juxta* Pontum *barbaras, uſque ad* Tanaim

Diodorus Siculus.

Nini *bella adverſus varios Reges.*

Farnum *Regem victum cruci affixit.*

Quarnam regiones ſubjecerit ſibi.

naim *flumen, ſuæ ditionis fecit. Adjecit imperio* Caduſios, Tapyros, Hyrcanos, Drangas, Dernicos, Carmanios, Rhombos, Vorcanios, Parthos, Perſas, *præterea* Suſianos, Caſpioſque, *ad quos anguſtus eſt aditus, unde & portæ* Caſpiæ *appellantur, pluresque alias, quas recenſere inſtituto opere prolixius eſſet, ignobiles nationes.* Sic *Diodorus*, uti ſupra; qui *cap.* II. ex eodem *Cteſia* tradit, eundem *Ninum* habuiſſe in exercitu ſuo, peditum ad decies ſepties centena millia, equitum millia ducenta, currus verò falcatos, paulò minùs decem millibus & ſexcentis, & ſuperaſſe, ac debellaſſe *Zoroaſtrem* Regem *Bactrianorum*, qui cum quadringentis armatorum millibus ei obviam venerat. Contigit autem hæc *Nini* de *Zoroaſtre* parta victoria poſt conditam *Ninivem*, ut

Exercitus Nini contra Zoroaſtrem.

Cap. I. ex *Diodori Siculi* verbis luculenter patet. Cæterùm hunc *Zoroaſtrem* eundem fuiſse cum *Cham* filio *Noë*, tradit *Beroſus Annianus lib* III. *Antiq.* (ut ſcribit *Joannes Lucidus lib.* II. *cap.* 5. & nos in *Obeliſco Pamphilio* ipſis ſubſcribimus) & cauſam ſubjungit, quod ſemper magiæ ac veneficii ſtudens, *Zoroaſtris* nomen conſecutus eſt, quicquid contrà dicat *Torniellus*. Vide *Obeliſcum Pamphilium*.

Verumenim verò in hac, quam retulimus, *Diodori* hiſtoriâ, quatuor advertere oportet. *Primò*, ipſum ſupponere, quod *Ninus* mortuo patre *Belo*, qui in *Babylone* regnaverat, vel à *Babyloniis* ejectus fuerit, & ideò eiſdem bellum inferre neceſse habuerit, vel inde ultro exierit, ut Regni ſedem in *Aſſyriam* collocaret, ac propterea *Babylonii* id indignè ferentes ab ipſo defecerint. Et hoc ſacræ ſcripturæ magis conſonat, quæ *Geneſ. cap.* X. *verſ.* 11. id non obſcurè videtur inſinuare his verbis: *De terra illa egreſſus eſt* Aſsur, *& ædificavit* Ninivem. Alterum eſt illud *Diodori*, *Nondum enim condita erat* Babylon, debere exponi, id eſt, nondum enim perfecta, & abſoluta erat, eo modo, ſive in ea multitudine, ac munitione, atque ædificiorum magnificentiâ, quæ poſtea à *Semiramide* ipſius *Nini* uxore, conſtructa fuit; cum vel è ſacro textu pateat, *Nembrod* civitatem & *Turrim*, veluti primum omnium poſt diluvium mortalium architectum, aliaſque præter *Babylonem*, civitates, *Babel*, *Achad*, *Erech*, & *Chalna* extruxiſse. Unde S. Auguſtinus lib. XVIII. de civit. Dei, cap. 2. ſub finem de *Semiramide* hæc verba faciens ait; *Hanc putant nonnulli condidiſſe* Babylonem, *quam quidem potuit inſtaurare. Quando autem, vel quomodo condita fuerit, in* XVI. *libro diximus* (ſubaudi *cap.* 4.) ſic ille. Præterea quod ait *Diodorus* de *Ægypto*, ac finitimis Regionibus à *Nino* ſubactis, videtur exponi debere, ita ut vel non plenè, vel non diu eas poſſederit. Nam *Abrahami* tem- *Sect.* II.
poribus, neque ipſa *Ægyptus*, neque terra *Chanaan* videtur fuiſse ſubjecta Regibus *Aſſyriorum*; ſiquidem certum eſt, tunc temporis in *Ægypto* regnaſse *Pharaonem* illum, ad quem, fame in *Chananæa* urgente, profectus eſt *Abraham*, ut deſcribitur *Geneſ. cap.* XII. & apud *Palæſtinos Abimelech*, *Gen. cap.* XX. & XXVI. & plures alios in urbibus Chananæis Regulos; & ab ingreſsu *Abrahæ* in ipſam *Chananæam* nulla omninò in ſacra *Geneſi* invenitur mentio *Nini*, aut ullius ſucceſsorum ejus, quod mirum valdè eſset, ſi ipſe, aut alius Rex *Aſſyriorum* fuiſset dominus terræ illius. Denique ſi vera ſunt, quæ de *Nino* tradit *Diodorus* (quemadmodum maximè credibilia, & recipienda eſse aſſerit *Pererius lib.* XV. *in Geneſ. num.* 149. tanquam non ab ethnicis tantùm, ſed etiam à noſtris & eccleſiaſticis autoribus approbata) profectò ſatis validum hinc deſumi poteſt argumentum adverſus ipſum *Pererium*, alioſque exiſtimantes, de genealogia poſterorum *Sem* detrahendam eſſe generationem *Cainan*, quæ in ſacro textu *Gen.* vulgato non reperitur; & item diviſionem linguarum poni debere in ortu *Phaleg*, & ortum *Abrahæ* in anno 70 vitæ *Thare*; ſiquidem hoc pacto poſtrema *Nini* tempora, 220 à diluvio annum non attigiſſent. Nam à diluvio ad ortum *Phaleg* (demptâ generatione Cainan) computantur tantummodò anni 102. & à diviſione linguarum, ſi tunc facta fuit, ad finem regni vitæ *Nini*, reſtant anni duntaxat 117. nempe 65, quibus regnavit *Belus*, & 52 regni *Nini*, qui faciunt in ſummâ annos 219. Sanè in tam brevi annorum curriculo non poſſum ſatis mirari, genus humanum uſque adeò multiplicari potuiſse, ut jam tot, tantæque provinciæ populis repletæ eſsent, & Reges tam numeroſos haberent exercitus; contra verò admiſsâ, & computatâ generatione

Nembrod *primus in orbe architectus.*

Erat autem
NINIVE CIVITAS
Magna 3 dierum

Bagdad

Profectio ista Ulisis Adorni ex prog.
Imperio R. adm. Petris Athanasij
Kircheri Soc. Jesu

A. Latus longius habet pedes 150.
B. Latus brevius habet pedes 90.
C. Palatium Regis Ninive.
D. Tigridis, fluvii Propheta in Orbem
omnes urbes &c.

Cap. I. ne *Cainan*, ut apud LXX Interpretes habetur, & posito, divisionem linguarum incidisse in annum 144 vitæ *Phaleg*, & nativitatem *Abrahæ* in 130 ætatis *Thare*, ut nos facimus, procul dubio postrema *Nini* tempora incidunt non longè ante 400 à diluvio annum, ut videre est in tabulis chronologicis; & tunc multò credibilius est, potuisse hominum multiplicationem tantopere jam esse auctam, ut *Ninus*, & *Zoroastres* inter se bellantes, cogere valuerint exercitus adeò numerosos, quales in præcedentibus descripsimus. Sed ut revertamur ad *Ninivem* à *Nino* conditam, ne quicquam curiosarum rerum in hoc opere omisisse videamur, hîc urbis descriptionem subjungam. *Sect.* II.

CAPUT II.

De ædificatione Ninive *civitatis magnæ ejusque vastitate.*

Cap. II. LEgimus ab orbe condito varias fuisse civitates, immensa vastitate præditas, successu temporum à diversis Regibus extructas, uti in *Ægypto* de *Memphi*, *Thebis*, *Heliopoli* tradunt Ægyptiarum antiquitatum scriptores, & nos quam fusissime *Tomo I. Oedipi* ostendimus. Memorat quoque tum *Marcus Paulus Venetus*, tum nostri patres, mira de civitatibus immensis in regno *Sinarum*, de quibus lege, si placet, *Chinam nostram illustratam*; non defuerunt quoque in *Europa* sub veterum *Romanorum* Dominio urbes incredibili magnitudine præditæ, uti *Roma*, *Syracusæ*, *Carthago*, & similes, & modernis temporibus, *Roma*, *Cairus*, *Parisiorum urbs*, *Londinum*, *Amstelodamum*, *Ulyssipona*, & cæteræ, sed quæ ad magnitudinem *Ninive* accesserint, nullam invenio. Verùm ut hæc accuratissimè discutiantur, ab ipsa sacra scriptura initium sumamus; *Jonæ* itaque *capite* III. *vers.* 3. sic dicitur: וניוה היתה עיר גדולה לאלהים מהלך שלשת ימים. *Et* Ninive *fuit urbs magna* DEO, *itinere trium dierum*; ubi Græca sic habet: ἡ ἦν Νινευὴ τῷ πόλις μεγάλη τῷ Θεῷ ὡσεὶ πορείας ὁδὸς ἡμερῶν τριῶν. *Et erat* Ninive *civitas magna* DEO, *quasi itineris viæ, trium dierum.* Chaldæa sic habet: וניוה הות קרתא רבתא קדם " מהלך תלתא יומין. *Et* Ninive *fuit urbs magna coram Domino, itinere trium dierum.* Civitas videlicet DEO, quo more solito *Hebræi* magnum quid indicant, ut montes DEI, montes altissimi. Hoc in loco mirè se torquent interpretes, dum magnitudinem urbis non satis videntur potuisse comprehendere; unde variis diverticulis, modisque hunc triduani itineris *Jonæ* transitum videntur explicare, Quidam enim accipiunt pro triduano itinere totius urbis ambitum; nonnulli putant, triduanum iter ita intelligi posse, ut in omnibus, & singulis plateis urbis perlustrandis, tres dies consumi debuerint, quo quidem valde hallucinantur, cùm vel in unicæ Romanæ urbis plateis percurrendis, plusquam triduum impendi possit, non item in ambitu, qui spacio sex horarum facilè confici potest; neque hîc, ut aliquibus placet, iter triduanum à *mari Syriæ*, ubi à pisce evomitus fuit *Jonas*, usque *Niniven*, sumi potest, cum *Phœnicum* littus plusquàm trecentis milliaribus à *Ninive* distet, imò sacro textui contrarium videtur, in quo expressè dicitur, *Et cœpit* Jonas *introire in civitatem itinere diei unius.* Triduanum itaque iter emetiendæ urbis intelligi debet, ut quod à primo introitu ejus, unius diei itinere emensus erat *Jonas*, illud recto itinere totum tribus diebus compleret. Multa quoque hîc nugantur Rabbini, dum

Variæ opiniones de Ninives *vastitate.*

Cap. II.

Rabbini in Mari Rubro Jonam evomitum esse negantur. Φασιν & ἐρυθραῖον.

dum *Jonam* in *Mari Rubro*, seu *Erythræo* ejectum dicunt, ut *Babyloniæ* vicinior esset, sed cum *Phœnicium* & *Erythræum* quoad vim græcarum vocum idem sonent, neque vim verborum intellexerint, error iis ob solitam eorum ignorantiam condonandus est. Nos igitur relictis hisce placitis, dicimus, verum & genuinum sacræ scripturæ sensum intelligi debere secundum diametralem urbis situm, ut postea ex descriptione patebit: erat enim civitas in varias plateas divisa, quarum binæ transversæ in longum & latum, præcipuum in urbe locum tenebant, in qua & magnatum habitationes erant haud secùs, ac *Romæ* platea longissima, quam *Cursum* dicunt, scitè demonstrat. *Cursus* dicitur, eò quod in ea præcipua urbis spectacula, & principum magnatumque introitus cum celeberrima equitum pompa exhibeantur, uti & in aliis quoque magnis urbibus fieri solet; & talem fuisse illam trium dierum in urbe *Nimive* plateam, quæ urbem bifariam dividebat, & per quem *Jonas*, tanquam viam principalem unius diei itinere ingressus, *Ninivitis* pœnitentiam prædicabat. Nam ut rectè Ralbag Rabbinus: ונינוה עיר גדולה ג ימים מְקֻצֵי אל קצי. Id est, *fuit* Ninive *civitas magna tres dierum ab extremo usque ad extremum.* Verùm, ut hæc, quæ dixi, vera esse intelligantur, totius urbis ichnographiam, juxta *Diodori* descriptionem, ante oculos lectoris exponendam duxi, ut ex ejus forma & figura, longitudine & latitudine, laterum turriumque multitudine, facilè quisque incredibilem, & pœnè immensam urbis vastitatem cognoscat. Quod verò *Lucanus* de *Roma* dicit:

Una domus urbs est, urbs oppida plurima claudit,

Romanæ urbis *magnitudo comparata cum* Ninive.

hoc non dictum velim, uti in *Latio nostro* fusè demonstravimus, de *Roma* intra suos muros concluſa, sed de subSect. II.
urbiis, quorum termini vel ad *Phaliscos, Sabinos, Tybur, Prænestę,* quin & in *Tusculanos montes, Volscorum*que regnum, *Ostia Tyberina*, & *Centumcellas* extendebantur, teste *Ammiano Marcellino*, intelligi debent, quod de *Nimive* dici nequit; erat enim civitas validissimis undique & undique muris clausa, uti ex *Diodoro* trademus.

Demonstratio formæ & magnitudinis Ninive.

Sit itaque quadrangulæ urbis latus majus juxta *Diodori* descriptionem, 150 stadiorum, quæ in passus resoluta 18750 passuum dant longitudinem; nam 125 passus unum stadium conficiunt. Itaque 18750 passus per 1000 divisa, dant 18 milliaria, & insuper 750 passus: atque tot milliarium unius lateris majoris longitudinem habuisse ex calculo constat; minus verò latus 90 stadiorum, dat passus 11250; quæ in milliaria resoluta dabunt 11 milliaria, & insuper 250 passuum longitudinem lateris minoris, eritque ambitus urbis 480 stadiorum; hæc latera, minus & majus in se ducta dabunt aream urbis 198 milliarium, exceptis minutis.

Magnitudo Ninives ad Latii amplitudinem applicata.

Ex hoc calculo consequitur primò, si murus major *Ninives* 18 milliarium longitudinem habuit, illum adæquasse distantiam illam, quæ est inter *Romam* & *Tybur*; tot enim milliarium hujusmodi distantiam nos frequenti istiusmodi itineris experientiâ comperimus, quamvis vulgò 17 milliarium esse plerique teneant; cùm verò minus muri latus, 11 milliarium intercapedinem invenerimus, habebit murus eam longitudinem, quæ est inter *Tybur* & *Prænestę*; si verò hinc latus majus traducamus, per *Tusculum*, usque in *Albanum*, quæ est distantia 18 milliarium, & hinc *Romam* 11 milliar. habebimus quadrangulum, quod maximam *Latii* partem occupabit, cujus videlicet area continebit milliaria quadrata 198 †750 passus quadratos. Unde patet, *Niniven*, maximam fuisse civitatem,

Cap. II. tatem & integram quasi provinciam *Atturiæ*, sive *Assyriæ*, intra muros suos concluſisse: extra quos muros immensa præterea fuisse suburbia *Diodorus* dicit, quæ vel ab ipso *Eufrate*, per transversam *Mesopotamiæ* regionem usque ad *Niniven* pertingebant, quin & ultra *Tigrim*, cui *Ninive* adjacebat ad *Medorum* ac *Elimaidis* regionis confinia se extendisse, ex relatione itinerariorum, rudera vastissima, quæ etiamnum ibi spectantur, uti in sequentibus videbitur, sat superque demonstrant. Neque mirum cuipiam id videri debet, cùm *Ctesias* apud *Sabellicum*, totam *Asiam* in ea condenda à *Nino* convocatam, occupatamque referat: Ninus, Diodoro teste, *habitare eam coëgit majori ex parte* Assyrios, *& quidem potentiores, ex reliquis verò nationibus voluntarios assumpsit, à nomine suo urbem* Ninam *appellans, agros propinquos habitatoribus divisit.* Major enim erat *Babylone*, uti Strabo hisce verbis refert: ἡ μὲν Νῖνος πολὺ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος, ἐν πεδίῳ κειμένη τῆς Ἀτυρίας, in campo *Atturiæ.*

Situs ejus fuit, uti in præcedentibus diximus, ad occidentale littus *Tigris* condita; & uti à sacro textu definitur, urbs magna trium dierum, ita quoque longitudinem suam facilè ad *Euphratis* littora extendebat, & totam pænè *Mesopotamiæ* latitudinem transversam occupabat. Tota deinde urbs variis rivis fossisque irrigabatur, uti *Herodotus*, *Diodorus*, *Strabo* tradunt, ne deesset, quod humanæ vitæ tantopere necessarium foret. Turres in ea fuisse 1500 *Diodorus* narrat, quas quidem non omnes mœnibus insertas fuisse, vel inde patet, quod una Turris ab altera non nisi 32 pedibus distare debuerit, uti ex calculo circuitus urbis 480 stadiorum, clarè patebit. Cum itaque *Diodorus* de Turribus hisce mœnibus insertis nihil dicat, verisimile est, eas partim in mœnibus, & supra portas urbis principales, partim in præcipuis urbis platearumque angulis, partim etiam in suburbiis *Ninives* extructas fuisse. Sed jam ad ea, *Sect.* II. quæ primam ejus fundationem à *Nino* factam concernunt, progrediamur.

Porrò *Ninus*, uti *Ctesias Cnidius* tradit apud *Sabellicum*, *Bactrianis* bello subactis, exercitum opulentâ præda onustum in *Assyriam* reduxit; brevi inde interjecto tempore, cum jam filium ex *Semiramide* tulisset, qui paterno nomine & ipse appellatus est, imperio uxori per manus tradito, vitâ decessit. Prægrandi est pyramide sepultus. *Ctesias Cnidius* auctor est, molis altitudinem novem stadiorum fuisse, (quæ 1125 passus faciunt) lateraque aliquando spacioſiùs evagata; eam media planitie conditam memorant, aliquot stadia ab urbe *Nina* distantem. Regium id sepulchrum diu postea suo mansit vestigio, cum *Nina* urbs ipsa sub id tempus intercidisset, aut certè non multò postquam *Assyriorum* Regnum est à *Medis* eversum: ferè eadem *Strabo* dicit de sepulchro *Beli* in *Babylonia*, nisi quod in altitudine ejus differat. Ἔστι δὲ καὶ ὁ τοῦ Βήλου τάφος αὐτόθι, νυνὶ μὲν κατεσκαμμένος, ξέρξης δ' αὐτὸν καθεῖπασεν, ὡς φασιν· ἦν δὲ πυραμὶς τετράγωνος ἐξ ὀπτῆς πλίνθου. καὶ αὐτὴ σταδιαία τὸ ὕψος· σταδιαία δὲ ἑκάστη τῶν πλευρῶν. ἣν Ἀλέξανδρος ἐβούλετο ἀνασκευάσαι· πολὺ δ' ἦν ἔργον καὶ πολλοῦ χρόνου. (αὐτὴ γὰρ ἡ χῦς εἰς ἀνακάθαρσιν μυρίοις ἀνδράσι δυοῖν μησῶν ἔργον ἦν.) ὥστ' οὐκ ἔφθη τὸ ἐγχειρηθὲν ἐπιτελέσαι, πρόσκαιρον γὰρ ἡ νόσος ἢ καὶ τελευτὴ συνέπεσε τῷ βασιλεῖ, &c. *Ibi etiam* Beli *sepultura est, nunc eversa, quod feciſſe* Xerxes *dicitur. Pyramis quædam erat quadrata, ex latere coctili ſtructa, ſtadii altitudine, cujus quodque latus ſtadium occupabat; hanc* Alexander *inſtaurare voluit, ſed cum multi res laboris eſſet & multi temporis, (nam ad expurgandam duntaxat terram decem millibus hominum, duorum menſium opus erat) quod inceperat, perficere non valuit, illico enim vel morbus, vel*

Cteſias Gnidius.

Pyramis immenſa ſepulchrum Nini.

Strabo. Beli ſepultura.

Cap. II. *vel mors eum oppreſsit, poſterorum verò nemo curavit, quin etiam reliqua neglecta ſunt, & urbis partem* Perſæ *diruerunt, partem tempus conſumpſit, &* Macedonum *negligentia præſertim, poſtquàm* Seleucus Nicanor Seleuciam *ad* Tigrim *condidit ſtadiis tantùm trecentis à* Babylone *diſſitam.*

Examinatur pyramis Nino erecta.

Porrò Pyramidem illam *Nini* Mauſoleo deputatam, novem ſtadiorum fuiſſe, *Cteſia* teſte, merito quis dubitare de hyperbolica locutione poſſet; cum enim pyramidum menſura ſit, ut altitudo unum ex quatuor lateribus æquet, area dictæ pyramidis neceſſariò debuit habere 81 ſtadia quadrata, ſive 1265625 paſſus quadratos, quæ ſpacium occupant unius milliaris quadrati, + 265625 paſſus, quâ ſanè major in orbe terrarum viſa non fuit. Quicquid ſit, nos eam inter fabulas ponimus, cum vel montium præcelſiſſimorum altitudinem ſuperaſſet, juxta relationem tamen *Diodori* exponendam duximus. Hujus figuram rationi magis congruam à *Strabone* relatam vide in ichnographia *Ninives* appoſitam.

Anno itaque regni ſui circiter vigeſimo, *Ninum* condidiſſe urbem *Ninam*, ſive *Niniven*, conjicere poſſumus, ex his quæ ſcripta reliquit *Diodorus Siculus Rerum antiquarum lib.* III. *cap.* 1. ubi de *Nino* ait, quod poſt recuperatum *Babyloniæ* regnum, poſt ſubactam *Armeniæ* partem, eamque benignè Regi ſuo reſtitutam, & occiſum *Mediæ* Regem, proſperâ elatus fortunâ, in animum induxit, totam *Aſiam*, quæ inter *Tanaim* & *Nilum* jacet, ſuo ſubjicere imperio. *Quare quodam ex amicis* Mediæ *præfecto ipſe ad reliquam ſubjugandam* Aſiam *profectus, omnem annis decem & ſeptem, præter* Indos, & Bactrianos *in poteſtatem redegit; deinde* Bactrianis *bellum intulit, ſed locorum difficultatem, & hoſtium vim ad ſeſe tutandos advertens, retroceſſit, atque in aliud tempus, expeditionem illam diſtulit. Interim autem, reducto in* Aſiam *exercitu, cum ſe ſuperiores omnes, gloriâ, & rebus geſtis, ſuperaſſe intelligeret, urbem quoque ingentem condere ſtatuit, cui par magnitudine, neque fuiſſet antea, neque eſſet futura. Itaque coactis undique viribus, & his, quæ ad tantum opus ſpectarent, paratis, ſupra* Euphratem *eam condidit.* Hæc ex *Diodoro*; ubi tamen ei contradicunt omnes veteres, & moderni ſcriptores, illam non ſupra *Euphratem*, ſed ſupra *Tigrim* fundatam fuiſſe; niſi velimus dicere, quod ejus ſuburbia à *Tigri* uſque ad ipſum *Euphratem* ſe extenderint, uti paulò antè, & alibi quoque inſinuavimus. Sect. II. Ninive condita.

Quo tempore Ninive condita.

Ex quibus ſatis veriſimiliter deduci poſſe videtur, *Niniven* anno regni ipſius *Nini* circiter vigeſimo, ut dictum eſt, ædificari cœptam eſse. Siquidem poſt tranſlatam regni ſedem in *Aſſyriam* & recuperatam *Babyloniam*; & devictum *Mediæ* Regem, *Aſiam* annis decem & ſeptem jam ſubegerat.

Porrò hujus magnitudinem urbis, idem Auctor ibidem proſequitur, dicens: eam non æquâ laterum dimenſione fuiſſe fundatam, atque erectam. Nam duæ muri partes longiores erant reliquis, uti paulò antè oſtendimus.

Magnitudo urbis.

Horum latus, inquit, *quodlibet, longitudine eſt ſtadiorum* 150, *breviora verò ſtadiis* 90. *Et ſanè ſpe ſua nunquam fruſtratus eſt. Nulla enim poſtmodum urbs tanto ambitu, tantave mœnium magnificentia ſtructa fuit. Altitudo murorum pedum eſt* 100, *latitudo, quâ tres currus ſimul perambularent; turres* 1500, *quarum altitudo pedum eſt* 200. *Habitare eam coëgit majori ex parte* Aſſyrios, *& quidem potentiores; ex reliquis nationibus voluntarios aſſumpſit, à nomine ſuo urbem* Ninam *appellans: agros propinquos habitatoribus diviſit.* Sic *Diodorus.* Congruunt verò, quæ de hujus urbis amplitudine idem auctor aſſeruit, cum his quæ de eadem tradit ſcriptura ſacra Jonæ cap. III. vers. 3. illis verbis: *Et* Ninive *erat civitas magna itinere trium dierum,*

Cap. II. *dierum*, nimirum in diametro. Verisimile enim est, *Jonam* prædicando pœnitentiam, non circa ambitum, sed per medium urbis incessisse ; nam si stadium, ut perhibent, octava milliarii pars est, utique quadringenta octoginta stadia faciunt iter 60000 passuum, quod ordinariè pedites triduo aut quatriduo conficere solent. Unde patet, meritò hanc urbem, *Genes. cap.* X. *vers.* 12. veluti per antonomasiam nuncupari magnam.

Per hæc item circiter tempora, probabile admodum est eundem *Ninum*, ob ingentem ejus potentiam,& super alios illius temporis Reges eminentiam, monarchæ nomine obtento, primam, quæ *Assyriorum* dicta est, Monarchiam erexisse. Hujus nos, quemadmodum & aliarum quoque trium præcipuarum mundi monarchiarum, singulos Reges successivè, propriis locis, ac temporibus adnotabimus ; non quia intentio nostra sit, exterorum Regum chronologiam texere, sed quoniam ad nostrum institutum ritè ordinandum, plurimùm confert qualis, qualis saltem notitia illarum quatuor principalium monarchiarum, seu regnorum, quorum meminit *Daniel, cap.* II. *vers.* 38. sub typo statuæ illius magnæ, quæ habebat caput aureum, pectus & brachia de argento, ventrem & femora ex ære, & tibias ferreas ; Et *cap.* VII. *vers.* 3. sub figura quatuor bestiarum ascendentium de mari. Et *Zachar. cap.* VI. sub imagine quatuor quadrigarum de medio duorum montium æneorum egredientium. Hisce enim similitudinibus diversæ eorundem regnorum differentiæ, proprietatesque adumbratæ sunt, de quibus hîc agere opus non est, quod paucis explicari nequeant, & fusiùs eadem prosequi nunc nostri muneris non sit. Porrò harum monarchiarum prima fuit *Assyriorum*, altera *Persarum*, atque *Medorum*, tertia *Græcorum*, quarta *Romanorum* : quamquam de secunda, item & tertia fusius agitur in eadem *Danielis prophetia Sect.* II. *cap.* VIII. per totum, sub figura arietis, & hirci, invicem præliantium; & *cap.* XI. ubi breviter prædicuntur, monarchiæ *Persarum* interitus, & regni *Græcorum* exaltatio,& prælia item, quæ mox inter *Alexandri Magni* successores sunt exorta; harum verò quatuor duntaxat monarchiarum in sacris libris facta est mentio, non quod post ipsas usque ad mundi finem aliæ non essent erigendæ, (videmus enim *Turcarum* imperium posteà *Romano* successisse, & post ipsum probabile est alia surrectura ;) sed quia quatuor illæ tantùm *Christi* regnum præcedere debebant, quod in hoc mundo usque ad extremam judicii diem, & deinceps perpetuò in cœlis duraturum erat, ut apertè significatur *cap. Danielis* II. *vers.* 34. & 35. ubi dicitur, quod lapis, qui percussit statuam, & contrivit quatuor Regna hæc, factus est mons magnus, & implevit universam terram. Lapis quippe ille, figura fuit *Christi*, juxta illud Apostoli, prima ad Corinthios cap. X. vers. 4. *Petra autem erat* Christus, quod & apertius declarat citatus Daniel cap. II. vers. 44. & 45. ubi prædictam statuæ visionem exponens: *Suscitabit*, inquam, DEUS *cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & alteri populo non tradetur, & comminutis prioribus regnis, ipsum stabit in æternum* ; hoc verò regnum, aliud non est, nisi regnum *Christi*, & sanctæ ejus ecclesiæ. Itaque ut dixi de prædictarum quatuor monarchiarum Regibus eorumque jugi successione, quando scilicet, & quot annis singuli regnasse dicantur, agemus propriis locis.

Quatuor monarchiæ per statuam Nabuchodonosoris indicatæ.

Verum enim verò, cum hujus argumenti institutum Nembrodica historia fuerit, *Nembrod* verò primus in mundo Rex fuerit, dum Babylonici regni initia jecit; *Ninus* verò ejus filius, patris exemplum secutus, primus fuerit *Assyriorum* imperii fundator, operæ pretium me facturum existimavi, si continuatos, ad 1239, vel ad 1240 annos or-

Cap. II. dine hujus monarchiæ ſucceſſores, juxta meliorem chronologorum ſententiam, apponerem, ne quicquam ad noſtrum inſtitutum pertinens omiſiſſe videremur, uſque ad ultimum *Sardanapalum*, cujus tempore *Jonas* ob conclamatam Mortalium impietatem in *Nivive* pœnitentiam prædicavit, quam cùm acceptaſſet Rex, & minas de ſubverſione urbis, pœnitentiæ operibus divertiſſet; accidit, ut ſpretis minis ipſe poſtea ad vomitum reverſus, ſceleſtum priſtinæ vitæ ſtatum repetierit, unde juſto DEI judicio ipſe totus mollitiei immerſus inter fœminas luxuriâ, & libidine obſordeſcens, à *Medis* obſeſſus, cum refugium non reperiret, extructo rogo, ſeipſum una cum liberis, concubinis, & inæſtimabili auri, argenti, pretioſorumque lapidum copiâ, in eum ex deſperatione conjecit, atque una cum morte ejus imperium *Aſſyriorum Artabe* duce ad *Medos* & *Perſas* ſub *Cyro* tranſlatum fuit. Reges *Aſſyriorum* ſequens Tabula monſtrat; cæterarum verò monarchiarum Reges, uti alienos à noſtro inſtituto, ita relinquendos cenſuimus. *Sect.* II.

	Annus Mundi.	*Diluvii.*	*Catalogus Regum imperii* Aſſyriorum, *qui omnes ferè à* Nino *uſque ad ultimum* Sardanapalum *& ſanguinis agnatione hæreditate paterna imperium adierunt.*
Ninus			
Semiramis			
Zameis Ninyas			
Arius, ſecundus *Aſſyriorum* Rex.	2129	473	
Analius —— —— ——	2159	503	
Xerxes —— —— ——	2198	542	*Abraham*,
Armametres —— —— ——	2229	573	*Iſaac*,
Belochus —— —— ——	2267	611	*Jacob*,
Baleus —— —— ——	2302	646	& filiorum geſta.
Althades —— —— ——	2354	698	
Mamithus —— —— ——	2386	730	
Mancaleus —— —— ——	2416	760	*Memphis* in *Ægypto*.
Iphoreus —— —— ——	2446	790	Naſcitur *Moſes*.
Mamylas —— —— ——	2466	810	
Sparetus —— —— ——	2496	840	
Aſſades —— —— ——	2536	880	
Aminthas —— —— ——	2576	920	*Moſes* egreditur ex *Ægypto*.
Belothus —— —— ——	2611	955	
Bellepares —— —— ——	2636	980	
Lamprodes —— —— ——	2666	1010	
Soſates —— —— ——	2707	1051	Tempus Judaicum.
Lampares —— —— ——	2728	1072	
Pamias —— —— ——	2758	1102	
Soſarmus —— —— ——	2803	1147	
Mitreus —— —— ——	2822	1166	
Tautanes —— —— —— ——	2849	1193	*Jephte*.
Tarteus —— —— —— ——	2881	1225	
Thineus —— —— —— ——	2921	1265	*Heli*, *Samuel*.
Darcilus —— —— —— ——	2982	1326	*Saul*.
Eupalus —— —— —— ——	2995	1339	Tempore *Davidis*.
Sardanapalus			*Salomon*.
			Jonas propheta.

Duravit imperium *Aſſyriorum* ſub 32 Regibus juxta *Chronicam Euſebii* 1239.

C A-

Descriptio Turris Babylonicæ a Nino et Semiramide exstructæ.

In medio alterius urbis partis alia erat planities duo complectens stadia. In hac Turris illa ab Herodoto *tantopere celebrata, sita erat. Hoc ædificium 8 Turribus sibi invicem superstructis constabat, et in harum quâlibet Beli templum erat. Eas vero numeris consignavimus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

Prima et infima statio unum continebat, id est 625 pedes orbiculatim.

Æquabatur ipsi sumitas.

Cætera pro structuræ ratione erant inæquales.

Scalæ extrinsecus patebant, ut ex hac pictura clarum est. G O.

In quavis scala erant aptæ sedilia per literas E F. *hic notata.*

CAPUT III.

De Turri *in civitate Babylonica à* Nino & Semiramide *centum ferè annis poſt everſionem* Turris Nembrodæ *extructa.*

QUemadmodum ambitioſus æſtus, & humanæ mentis arrogantia modum neſciunt, ita quoque *Nembrodi* exemplum ſecuti *Ninus* & *Semiramis* ejus uxor, ad primævæ magnificentiæ ſpecimen exhibendum, & ad perpetuam nominis gloriam immortalitatemque acquirendam, turrim aliam, non quidem ut multi falsò putant, ſupra derelictæ *Turris Nembrodææ* veſtigia, ſed centum circiter annis poſt diviſionem linguarum, & poſt mortem *Beli*, & urbis Babylonicæ, quam pariter admiranda, & prodigioſa magnificentia, veteri civitate deſtructâ, novam, quam in ſequentibus deſcribemus, ædificavit, non eâ quidem amplitudine, quâ ſuam extruxerat *Nembrod*, ſed ſtrictiori baſi fundatam, in maximam, uti in figura patet, altitudinem, maximiſque ornamentis conſpicuam. Erat autem ex octo turribus conſtituta, quarum prima A B, in circuitu ſtadium integrum, id eſt, 125 paſſus, ſive 625 pedes, diameter 39$\frac{17}{111}$ paſſus continebat, id eſt ducentos ferè pedes, totidemque in altitudine primæ turris; per helicem, ſive cochleam, quâ univerſa moles artificio miro, & raro implicata, adeò declivi lenique ferebatur aſcenſu, ut jumenta, hominesque nullâ difficultate ad ejus faſtigium commodè pertingere poſsent. Præterea in ea ſedilia hinc inde, eleganti ſanè opere ita conſtituebantur, ut per aſcenſum defatigatis, & placida requies, & amœniſſimus in totam *Babylonis* planitiem, regioneſque circumjacentes proſpectus ſummâ ſpectantium voluptate pateret; interiores verò conclavium receſsus, archiviis, aut annonæ, aliiſque uſibus, & publicis commoditatibus deſtinabantur; reliquæ verò turres ſeptem, priori quidem quoad ſymmetriam ſimiles, ſed juxta opticas leges in altitudinem, quoad molem pro rata proportione decreſcentes; ſi enim ſingulæ turres æquales priori fuiſsent, tota illa turrium moles facilè ad octo ſtadiorum, ſeu 1000 paſſuum, aut unius milliaris altitudinem ſe extuliſset, cujus immenſæ molis fulciendæ nullum fundamentum par eſſe poterat, nec irruentibus ventorum flatibus tanta, & adeò ſubtilis altitudo ſubſiſtere potuiſset, tam exili fulcita hypomochlio; ut proportionaliter itaque turres diminuerentur, tota moles veluti jure quodam requirere videbatur; neque tamen etiam hoc modo ſubſiſtere poterat, cum juxta eam, quam referebat, rationem, vel vehementiori ventorum flatu ex parte dejici potuerit, uti experientia docet. Verùm jam verba *Herodoti* adducamus, quibus hanc turrim affabrè deſcribit: ἐν μέσῳ ᾧ τοῦ ἱεροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐλὸς ἔξωθεν κύκλῳ φέρει πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα περιπόλιον, μεσόνυκτα δέ κου τοῦ ἀναβάσιος ἔστι καταγωγὴ ᾧ καὶ θῶκοι ἀναπαυστήριοι ἐν τοῖσι καθίζοντες ἀναπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύργῳ, νηὸς ἔπεστι μέγας, ἐν ᾧ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κεῖται καὶ τράπεζα παρακεῖται χρυσέη.

Fabricæ forma.

Cap. III. *In templi medio Turris ſolida, craſſitudine ſimul, & altitudine ſtadii, cui alia rurſus ſuper impoſita turris, & huic ſubinde alia ad octavam uſque. His forinſecùs ſcalæ in circuitu adhibitæ ſunt, per quas ad ſingulas conſcenditur turres. In mediis gradibus ductus, ſellæque in hoc factæ, in quibus aſcenſoribus liceat ſedere, & conquieſcere; in poſtrema turri ſacellum eſt aliud, in quo lectus eſt ſplendidè ſtratus, & appoſita menſa aurea.* Atque hæc eſt Turris illa celebris, quam profani auctores ſatis laudare non poſſunt, eamque inter ſeptem mundi miracula ponunt. Miror tamen, apud *Diodorum* nihil de hac octozonia Turri reperiri, niſi forſan intelligat illud *Beli* templum, quod hiſce verbis deſcribit: *In urbis medio templum* Jovi Belo *erexit* Semiramis, *cujus amplitudinem neque ſcriptores propter vetuſtatem, neque ulla memoria ſingulatim tradunt: conſtat tamen, ob illius admirandam altitudinem, à* Chaldæis *tum orientem, tum occidentem verſus, aſtrorum in eo obſervationes factas. Id ex latere, atque aſphalto ſumma arte magniſque expenſis eſt conſtructum. In ſummo templi tres ingentes aureas ſtatuas* Jovis, Junonis, Opiſque *erexit, quarum* Jovis *adhuc extat longitudine pedum quadraginta, mille Babyloniorum talentorum pondere;* Opis *ſimili pondere in ſella aurea reſidet, ad cujus genua duo adſtant leones, juxtaque ſerpentes argentei ingentis magnitudinis, ponderis quilibet eſt talentorum triginta;* Junonis *ſtans ſignum ponderis octingentorum talentorum. His omnibus communis erat menſa aurea manufacta, longitudine pedum 40, & 15 latitudine, ponderis talentorum quingenta: carcheſia 2 talentorum 30, totidemque vaſa vaporaria, utrumque talentorum 300. præterea tres crateres ex auro, quorum* Jovi *dicatus talenta mille; & ducenta Babylonica pendebat, aliorum quilibet talenta 600. quæ omnia poſtmodum* Perſarum *Reges ſurripuerunt, & reliqua ornamenta tum tempore conſumpta ſunt, tum ab hominibus deleta.* Hæc eadem narrat *Herodotus*, Turrim intra templum *Beli* erectam octozoniam, de qua ſilet *Diodorus*. In ſupremitate templi, ſive Turris, aureas tres ſtatuas eſſe conſtitutas; *Herodotus* tamen unam tantùm memorat cum lecto, & menſa; ut proinde hanc differentiam aliunde non proceſſiſſe, mihi perſuadeam, niſi vel ex variorum auctorum veterum lectione, aut relatione differenti. Verùm de auri incredibili abundantia in primis iſtis mundi ſeculis, infra pluribus agetur.

Sect. II.

Turris in templo Bel.

In ſummitate Turris varia ſupellex aurea & ſtatuæ.

CAPUT IV.

De civitate magnificentiæ pœnè incredibilis, quam in Babylone Semiramis *exſtruxit.*

Cap. IV. NEmbrodum, antequam *Turris* paulò antè memoratæ ſtructuram aggrederetur, primò civitatem extruxiſſe ſacra *Geneſis* refert, cujus tamen magnitudinem ſilet ſacer textus; unde veriſimile videtur, fuiſſe civitatem valde ruditer exſtructam, domibus ex eadem materiâ, quâ in *Turri* extruendâ utebatur, obiter confectis; cùm verò hoc pacto quotidie experientiâ duce, in fabricandis majoris momenti muris, turribus, palatiiſque erigendis, mirificè proficerent, uti acri pollentes ingenio, & quotidie ad novas rerum ad Architectonicam ſpectantium inventiones, animum adjicerent; contigit, ut gloriæ ambitione inſtimulati, fabricarum prorſus inſolentium monumenta poſteritati reliquerint, quæ tam priſci, quàm poſteri ſcriptores, & hiſtorici ſatis mirari non potuerunt; talia fuerunt civitates, *Ninive* à *Nino* in *Aſſyria*, & *Semiramide* in *Babylone* extructa, quæ fidem humanam,

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO
PUEBLA

Hæc ruet eversis mu qua
Stans memori qua ntum
BABILONIA MURIS
steterit Kircherius Orbi



Cap. IV. nam, ſive ſumptus in eo expenſos, ſive operarum multitudinem, ſive denique portentoſam molium conſtitutionem ſpectes, ſuperare videntur. Ne plura, quam fides mereatur, dicere videar, adducam hic verba *Diodori Siculi:*

In Semiramide fortitudo fœmina major.

ἡ δὲ Σεμίραμις ἅτα φύσει μεγαλεπήβολος, καὶ φιλοτιμουμένη τῇ δόξῃ τὸν βεβασιλευκότα πρότερον ὑπερβάλλω, πόλιν μὲν ἐπεβάλετο κτίζειν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, ἐπιλεξαμένη δὲ ἐκ πανταχόθεν ἀρχιτέκτονας καὶ τεχνίτας, ἔπ' ἔργοις τοῖς ἄλλοις χορηγίαν, προσκαθασαμένη σωνήγαγε ἐξ ἁπάσης τῆς βασιλείας πρὸς τοῖς τῶν ἔργων συντέλειαν ἀνδρῶν μυριάδας διακοσίας. *Poſt* Ninam *à* Mediis *dirutam, quo tempore* Aſsyriorum *imperio potiti ſunt,* Semiramis *magni mulier animi cupiens virum rerum gloriâ excellere, urbem in* Babylonia *condidit, accerſitis undique opificibus, & architectis, cæteriſque quæ ad tantam rem pertinebant, paratis, addidit ad id opus perficiendum ex omni regione hominum vicies centena millia,* μυριάδας διακοσίας, *quæ faciunt* 2000000 *hominum. Urbs ab utroque latere* Euphratis, *ut medius interfluat, ædificata, cujus mœnia ambitu ſtadia trecenta & ſexaginta complectebantur, frequentibus Turribus, & magnis. Erat tanta operis magnificentia, ut in muri latitudine ſex equorum currus unà prodire poſſent, altitudo incredibilis audientibus, ut* Cteſias Cnidius *ait, ut autem* Clitarchus, *& qui cum* Alexandro *in* Aſiam *profecti ſunt, ſcripſerunt, pedum trecentorum ſexaginta quinque, addiderunt etiam, quolibet anni die ſtadium muri abſolutum, ut tot ſit ſtadiorum circuitus, quot dies annus continet. Mœnia ex lateribus, & aſphalto facta, quorum altitudo, uti* Cteſias Cnidius *refert, paſſuum* 50; *alii poſteriores cubitorum* 50 *eſſe referunt; latitudo amplior, quam quâ duo currus agerentur.* Ita *Diodorus.*

Examen & magnitudinis urbis, & operarum.

Quod magnum ſanè & prodigioſum opus ſi ad calculum reducatur, vix quiſquam ea, quæ *Diodorus* ex *Cteſia Cnidio* recitat, vera eſse ſibi perſuadere poterit; ſed quia res plena curioſitatis eſt, videamus, num 2000000 homines in civitate extruenda occupari potuerint. Murus teſte *Diodoro* in circuitu 365 ſtadiorum fuit, unum verò ſtadium continet 125 paſsus, qui unam octavam partem milliarii conficiunt. Ponamus jam, muri latitudinem habere 50 paſsus, & longitudinem unius ſtadii 125 paſsus; hæc in ſe ducta, dabunt aream ſuperficialem muri in paſſibus, ita ut ſi ſinguli homines paſſum pro ſe obtinerent in ea muri ſuperficie non niſi 3750 conſtipati ſtare poſſent; quomodo igitur vicies centena millia hominum? cùm prætereà *Diodorus* dicat, ambitum urbis 365 ſtadia habuiſse, quæ in paſsus reſoluta dabunt 45645 paſsus in circuitu, quorum quarta pars dabit paſſus 11411 & hic numerus quadratus dabit ſuperficiem urbis 160881 paſsuum quadratorum, quod ſpacium totidem homines ita implebunt, ut conſequenter neque machinæ, neque currus, neque jumenta propter hominum conſtipationem locum haberent. Si itaque 160881 totam urbis ſuperficiem replebant, quomodo vicies centena millia hominum, quos *Diodorus* in extruenda civitate occupatos fuiſſe dicit, ſubſiſtere potuerint, qui poteſt capere, capiat. Niſi tamen dicamus fabros tum omnem extra urbem regionem, tum intra diſtributis operis occupaſſe. Multa, hoc loco interpretum ſphalmata reperio, quibus apertè interpretes, neque calculum græcanicum, neque architectonicam artem intellexiſſe demonſtrant. Sed proſequamur filum hiſtoriæ *Urbis Babylonicæ.*

Myſteriosa muri conſtructio. in ſideribus obſervandis.

Quid ſibi verò velit myſterioſa muri conſtructio, 365 ſtadiorum, exponam. Certum eſt, *Babylonios*, & *Chaldæos* poſt *Turris* ædificationem, uti ipſe *Diodorus* teſtatur, unicè obſervandorum ſiderum arti, tum ob perpetuam

Cap. IV. tuam Babylonici cœli limpiditatem, serenitatemque, tum ob turrium altitudinem, incubuisse; quoniam verò annum in 365 dies divisum à *Noë* filiisque (*Noëmum* enim Astronomiam suos docuisse, supra ex *Josepho* demonstravimus) acceperant, uti erant gloriæ percupidi, ita quoque muri ambitum, veluti in cœlestem quendam circulum, seu Zodiacum, in 365 stadia, quæ erant veluti gradus quidam, ad memoriam sui posteris exhibendam, & ut se Astronomiæ inventores ostenderent, divisum reliquerint. Verisimile quoque est, eas quæ singulis diebus fecerant, siderum observationes, veluti in ephemerides quasdam, lateribus inscripsisse, cujus nonnulla vestigia reperio in *Eupolemo* vetustissimo scriptore apud *Eusebium*, qui dicit, *Abrahamum* in *Ægypto* primùm sacerdotes Ægyptios Astronomiam docuisse; & *Abrahamum* quidem Astronomiam calluisse non nego, sed primum ejus inventorem fuisse, admittere non possum cum multò ante *Abraham* astrorum scientiam à *Cham*, *Misraim*, & *Chus* in *Ægyptum* illatam & à *Mercurio Trismegisto*, quem *Adris* ideò vocabant, mirificè cultam fuisse, tum in *Obelisco Pamphilio*, tum in *Oedipo*, III *Tomo de Astrologia Ægyptiorum* fusissimè demonstraverimus. Primùm itaque volunt omnes veteres scriptores præsertim sensatiores Rabbini, *Ralbag*, *Radac*, *Henoch* ab *Adamo* Patriarcha VII. annum in 365 dies, Zodiacum in signa 12 distinxisse. Addunt Rabbini, dictum *Henochum*, cùm, uti sacra *Genesis* dicit, 365 annos vixisset, atque singulis centenis annis, siderum observationi incubuisset, post 365 annorum spacium, raptum fuisse, & ambulasse cum DEO, cujus admiranda opera tam studiosè observavisset; *Henochum* verò ea, quæ ipse ab *Adamo* instructus didicisset, filio suo *Mathusalæ* tradidisse, deinde per *Lamech*, *Noëmo* communicasse, quem & filios suos *Sem*, *Cham*, *Japheth*, uti in præcedentibus docuimus, ante & post diluvium in Astronomicis præceptis instituisse, & deinde tum per se, tum per filios suos, reliquæ posteritati reliquisse, inde patet, quod *Nembrod* & *Ninus*, & uxor *Semiramis*, cum ex præcepto *Chami*, & *Chusi* parentis sui eam maximè coluerint, & vel ex muro urbis, quem *Semiramis* fundaverat, 365 stadiorum in circuitu ad numerum 365 dierum anni dispositorum, mysticâ significatione, luculenter patet. Quæ quidem astrorum inspiciendorum ars deinde in *Ægyptum* à *Chamo* traducta magnos nullo non tempore progressus fecit, ut nulla ferè postea natio extiterit, quæ ab *Ægyptiis* Astronomiæ fundamenta non acceperit, uti quàm uberrimè in *Oedipo de Astrologia Ægyptiorum* tradidimus, & circulus aureus in Templo *Osymandri* in duodecim signa divisus, & quadrantes in *Tabula Bembina* spectabiles cum cæteris instrumentis uranometris apertè testantur. Referunt quoque *Syri*, *Jonithun Noëmi* filium præ omnibus aliis astronomicarum rerum notitiâ clarum, à parente suo in *Ethan* terram *Chanaan*, ad novas colonias fundandas amandatum, ubi & primùm populos sibi subditos notitiâ artium necessariarum, & potissimùm astronomicis disciplinis, quas à parente acceperat, imbuisse; *Abrahamum* verò inter cæteros ab eo instructum, eam postea *Ægyptios* docuisse, quamvis hujusmodi scientiæ traditio majori jure *Chamo*, *Misraim*, & *Tauto*, id est *Mercurio Trismegisto* adscribi debeat. Sed hæc pauca ad mysterioſam muri Babylonici in 365 stadia divisi, & analogi ad 365 dies anni, structuram explicandam sufficiant. Jam, uti dici solet, ad rhombum.

Sect. II.

Henoch *astrologus.*

Jonithun filius Noë astrologus, juxta Rabbinos & Syros.

Porrò erant, teste *Diodoro*, in dicto muro turres 250 numero, quarum altitudo latitudoque magnificentiam æquabant murorum; cur verò 250 solum-

Dubium de Turribus solvitur.

Cap. IV. lummodò turres fundatæ fuerint, *Diodorus* causam assignat, ob paludum circumjacentium frequentiam, quæ uti hostibus omnem aditum præscindebant, ita quoque iis urbs ab illa, sine ulla turrium fabrica satis munita existeret. Ego autem si conjecturis uti licitum sit, dicerem, non tantùm 250 turres, sed totidem, quot stadia murus obtinebat, 365 scilicet, ædificatas fuisse, ut illæ turres essent veluti singulorum stadiorum termini quidam ad distinctionem stadiorum constitutæ, quæ postea intra terram paludosam, fundamento debili, & moli sustinendæ impari, successu temporis labefactatæ, vel conciderint, vel subsederint, quemadmodum experientia nos docet, & architectonicæ artis regulæ nobis præscribunt. Cæterùm si vera sunt, quæ de hujusmodi urbis conditu *Diodorus* & *Herodotus* tradunt, nos sanè tamet- si fabricam magnam, & stupendam fuisse, existimemus, ne tamen nimiâ credulitate hæc nos adduxisse quis dicere possit, rem calculo examinandam censuimus. Dicit itaque primò *Diodorus*, ad *urbis Babylonicæ* ædificationem à *Semiramide* convocata fuisse vicies centena millia hominum, & muri, qui *Babylonem* circumdabat, ambitum 365 stadiorum fuisse, quæ divisa per 4 dant 91 stadia unius lateris urbis, quam *Herodotus* quadratam fuisse dicit; 91 in se ducta dant 8281 stadia quadrata, totius urbis intra murum concluſæ capacitatem, ut in sequenti figura patet; demus jam singulis ex 2000000 operis, passum unum; quomodo itaque 2000000 homines intra hoc planum, sine impedimento, uti supra diximus, quomodo tot domibus, ædificiis, turribus, palatiis, fanis fabricandis occupatos, constitisse dici possit, æquus judicet Lector. Sect. II.

CAPUT V.

De Ponte, & duobus regiis Palatiis in oppositis urbis locis, à Semiramide *exstructis.*

Cap. V. DE mirabili opere Pontis, quem *Semiramis* supra *Euphratem*, medium *urbis Babylonicæ* perfluentem erexerat; audiat lector, quæ de eo, & duobus regiis palatiis in oppositis urbis partibus, extructis, dicat Diodorus: *His mœnibus summâ curâ unico anno absolutis pontem, quâ parte fluvius angustior fluebat, construxit, stadiorum quinque, id est 625 passuum longitudinis, columnis in profundo summâ arte invicem pedes duodecim distantes jactis, lapides ædificii truncis ferreis immixto juncturis liquefacto plumbo conjunxit. Ante columnas ad impetum aquæ scindendum, cursumque fluvii reprimendum, firmos composuit angulos, quo ab omni aquæ undique circumfluentis vi tutæ essent. Pontem, is triginta pedum latitudine erat, ex cedrinis cypressinisque conjunxit, opus nulli arte posterius eorum, quæ à* Semiramide *facta sunt. Ab utroque fluminis latere murum duxit stadiis trecentis sexaginta, pari mœnium urbis latitudine. Regias juxta flumen ex utroque Pontis latere duas ædificavit, quæ & aspectum latè urbis præberent, & essent tanquam civitatis propugnacula,* Euphrate *per mediam urbem, meridiem versus fluente. Altera Regia ad orientem, ad occidentem altera spectat, utraque ingenti opere triplici ambitu murorum constructa. Alter deinde interior est circuitus, cujus in crudis adhuc lateribus varia animantia, quæque suo colore, ad naturæ similitudinem expressa fuér. Hujus longitudo stadiorum est quadraginta, latitudo laterum trecentorum, altitudo, ut* Ctesias *scribit, passuum quinquaginta. Turrium altitudo ad passus septuaginta elevatur. Est & tertius intimus circuitus, qui arcem continet, triginta stadiorum*

Diodorus.

Pons Babylonius à *Semiramide* conſtructus, vel, ut alii, à *Nitocri*.



DESCRIPTIO PONTIS BABYLONICI.

Pontem hunc (ſecundum *Diodorum*) 2 ſtadiorum longitudine, & 30 pedum latitudine, GH, ſic conſtruxit *Semiramis*.

Non ſubjecerat arcus, ſed columnas mira in profundum arte jactas, extruxit, lapides ut firmiùs inter ſe connecterentur, uncis ferreis diſtrinxit, & plumbo compages illiquato explevit. Columnis verò antequam latera fluvium exciperent, angulos (qui rotundum & paulatim uſque ad columnæ latitudinem refrænatum haberent aquarum decurſum) præſtruxit FC.

Columnæ erant duodenum pedum interſtitio DE.

Hæ prægrandibus trabibus obtectæ erant, & iis ſuperimpoſiti aſſeres tranſverſi A.

diorum ambitu. Hujus ædificii altitudo latitudoque ſuperat ſecundi muri opus. Inerant diverſorum animalium figuræ in turribus & muris, colore quoque, ac formâ naturali. Erat inſuper omnis generis animantium venatio, quorum magnitudo quatuor cubitos excedebat. In his Semiramis *conſpiciebatur ex equo pardalim jaculata, juxtaque eam vir* Ninus *jaculo leonem feriens. Erexerat & portas tres, ſuperque eas varia ex ære poſita ornamenta. Hæc regia excellentior ea, quæ ex altera ſita erat fluvii parte, fuit, tum magnitudine, tum ornatu; illius enim muri ambitus triginta ſtadia ex cocto latere complectebatur, loco animalium æneæ ſtatuæ erant* Nini *ac* Semiramidis, *præfectorumque, &* Jovis *inſuper, quem* Belum Babylonii *vocant. Inerant & acies ſtructæ, variæque venationes ad aſpicientium voluptatem. In loco* Babyloniæ *humiliori lacum quadratum effodit, cujus ſingula latera ex latere cocto, aſphaltoque ædificavit; ſtadia erant ducenta, profunditas pedum triginta quinque, ad quam flumine ſuperinducto ab regia foſſa utrimque aditum fecit. Ex utraque verò parte, ex cocto latere fornicibus conſtructis aſphaltum ſuperinduxit, ad quatuor cubi-*

Vide in urbis topographia laci locum B C D.

Cap. V. Sect. II.

cubitorum ſpiſſitudinem. Erant autem muri foſſæ latitudine laterum viginti, altitudine ſupra fornices pedum duodecim. Septem diebus opere perfecto, flumen in priorem curſum reſtituit. Statuit autem ab utraque foſſæ parte portas æneas, quæ uſque ad Perſarum *regnum ſtetere.*

CAPUT VI.

De Hortis Pensilibus, à Semiramide *in Babylonico campo exstructis, qui & inter miracula mundi numerati fuêre.*

Incredibilis animi magnitudo in Semiramide.

TAnta fuit in *Semiramide* animi fortitudo, tantus ambitiosi pectoris ardor, ut requiescere non posse videretur, donec gloriam *Nini* mariti sui, incredibilium gestorum memoria, si non superaret, saltem æquaret. Fuerat ea primùm auctor deditionis *Bactriæ* urbis, & consequenter totius *Bactrianorum* regni, de quo vide *Diodorum lib.* I. *cap.* 3. cujus animum, supra omnem muliebris conditionis sexum admiratus *Ninus*, eam in uxorem duxit. Sub hoc primævi mundi Imperatore *Nino*, *Semiramis* Imperatrix, sub fœmineo sexu masculum, Martiumque animum induens ea gessit, quæ non solùm fœmineam conditionem superaret, sed & tam ardua, tam sublimia verè θαῤῥάδοξα ϗ ἄπιστα operata fuit, ut, si scriptorum veridicæ relationi fides habenda est, post se omnium gentilium mulierum, fortiumque heroïnarum famam multis parasangis reliquisse videatur. Sed cùm jam in præcedentibus de Turri octozonia, & civitate *Babyloniæ* ab ipsa erecta actum sit, jam restat, ut & *Hortos* ejus *pensiles* pari passu describamus.

Horti pensiles.

Sic itaque dicit Diodorus lib. III. cap. 4. *Erat & pensilis Hortus juxta arcem, non à* Semiramide, *sed à quodam Rege* Syro *postmodum in gratiam ejus factus.* Verùm quicquid hic *Diodorus* scribat, perperam dictum fuisse, omnes ferè veteres scriptores asserunt, cùm hoc unicum opus *Semiramidis* fuisse, credendum sit; cùm Rex ille *Syrus*, cujuscunque tandem nominis fuerit, in aula Reginæ præcipuus, quem uti illa insigni favore prosequebatur ita quoque condendorum hortorum pensilium curam dedit; hic ad animum *Semiramidis*, quem norat, rerum inauditarum, & insolentium amore tumidum, se accommodans, persuasisse videtur, ut ad delectationem propriam hortos omni florum, plantarum, arborumque genere confertos supra palatii sui tecta conderet. Qualis autem hujusmodi structura esset hisce verbis describit Diodorus. *Hujus Horti*, inquit, *singula latera jugeribus quatuor extenduntur. Aditus veluti in monte erat, ædificiis unum supra alterum extructis, ut in eo conspectus longè latèque pateret; testudines in solo positæ erant, quæ totius Horti pondus sustinerent, inde aliæ super alias excrescente semper magnitudine, ædificatæ; nam superiores, in quibus Horti murorum superficies continebatur, altitudine* 50 *cubitorum eminebant; earum latitudo pedum erat* 12. *muri pars magna impensa extructa, spissitudine erant pedum* 22. *solum hoc pacto constabat: erant positæ lapideæ trabes longitudine pedum* 16 *&* 6 *latitudine; super has pro pavimento stratæ arundines asphalto compactæ, desuper cocti lateres duplici ordine gypso structi; tertiò regulæ plumbeæ, nequa humiditas ad testudines manaret; aquarum insuper receptacula, quibus humor effluëret. In hoc pavimento congesta humus profunda, ut magnarum arborum radicibus satis esset, Hortum efficiebat; in eo proceræ omnis generis arbores aspectum jucundum reddebant; lumen quoque adeò testudines invicem præbebant, ut in eis regia diversoria haberentur; præterea aquæductus occultè fabricatus rigabat Hortum.* Hucusque *Diodorus*. Verùm cùm hæc descriptio obscurior sit, quàm ut ex ea vera fabricæ forma concipi possit, ejus hîc scenographiam oculis lectoris, juxta

Horti Pensiles Semiramidis Babiloniorum Reginæ Juxta Euphratem siti, eximente Auctoris.

C. Decker fec. Ex mente R. P. Athan: Kirchery. Liv. Cruyl delin: 1670.



Semiramidis Arcis descriptio

Regias duas ex utraque Pontis Regione ad fluvium magnis impensis, magnificentissimas Semiramis extruxit. Quæ ad Occidentem sita erat, prout Diodorus Siculus recensuit; tres habebat ambitus. Primus ambitus 60 stadiorum, et 50 Orgyiarum, altis et sumptuosis moenibus ex coctis latere constructus erat. Turris ad 70 Orgyias surgebat. Alter 40 stadia longus erat, in cuius primo aquilis, praeter quam quod in crudis adhuc lateribus, omnis generis animantis colorum artificio ad veritatis similitudinem effictæ, continebat.

Tertius tandem murus, et intimus arcem circumdans, littera C. notatus 30. Stadia complexus tam longitudine, nam latitudine medij structuram superabat. Imprimis venatio illic erat variorum plena animantium, quæ magnitudine 4 Cubitos excedebat. Et inter hæc Semiramis *conspicebatur ex equo Pardalem jaculans, et propè eum* Ninus *lancea feriens Leonem. Cæterum interior Arcis structura uti à Diodoro et Herodoto fuit omissa, illa placito Pictoris substituta fuit.*

Cap. VI. ta exactum verborum à *Diodoro* de ea traditorum tenorem, exhibendam cenſui.

Expoſitio ſingularum partium.

Totius Horti ſtructura quadra in circuitu 46 jugerum longitudinem habebat, ita ut ſingula latera in quatuor jugerum ſpacium extenderentur. *Jugerum quid?* Quid igitur per jugerum hîc intelligatur, expendamus. Uti menſuræ rerum variis occaſionibus inventæ ſunt, ita quoque difficile eſt, iis certam & determinatam menſuram attribuere, ob menſurarum, quibus diverſæ nationes utuntur, varietatem. Sacra ſcriptura dicit, jugera, media pars agri, quam par boum uno die arare poteſt, uti Hebræa lectio habet: בכחצי מענה צמד שדה. *In medio jugero par boum agri;* cui *Plinius* ſubſcribit. Verùm cum dies non horas æquales ſemper duodecim, ſed pro diverſa ratione ſolſtitiorum climatumque, horarum quantitatem ſortiantur; hinc quoque dubium exacte determinari non poteſt. *Hieronymus Mathematicus*, 200 pedibus contineri ſcribit; *Quintilianus* 200 pedibus in longitudinem, dimidium in latitudinem refert. Varro lib. 1. *Jugerum*, inquit, *eſt, quod quadratos duos actus habet; actus quadratus, qui & latus* 120 *pedes & longus totidem. Diodorus* ſanè hoc loco nequaquam ipſam quadratam horti ſuperficiem, ſed longitudinem tantùm unius jugeri ſumpſiſſe, vel inde patet, quod ambitum horti in quadro poſiti, per quatuor jugerum, in quæ ſingula latera ſe extendebant, longitudinem intellexerit, quantum autem unum jugerum Babylonicum pedibus ſecundum unius lateris longitudinem conſtiterit, *Hieronymus Mathematicus* ducentis pedibus definit; cum itaque unum latus Horti quatuor jugerum longitudine conſtiterit, & 200 pedibus unum jugerum, fuerit haud dubiè unum latus 800 pedum, qui in paſſus reducti dabunt 160 paſſus: dant unum ſtadium; erit itaque latus unum Horti 800 pedum, id eſt, 160 paſſuum, qui unum ſtadium, & inſuper 35 paſſus conficiunt; hic verò numerus pedum ſi quadretur, dabit ſexcenta quadraginta millia pedum quadratorum, aream totius horti. *Sect.* II.

Intra hunc ambitum erant quatuor areæ 400 pedum longitudinis ABPX. PXLM. LMNO, & NODI. Prima elevabatur à terra 12 cubitos, ſive 36 palmos circiter; ſecunda PXLM alta 20 cubitos, ſive 60 palmos; tertia LMNO 37 cubitos ſive 3 palmos; quarta proxima *Euphrati*, 50 cubitos erat alta, id eſt, 180 palmos; atque in hac area, omnis generis plantæ, flores, arboreſque in quincuncem diſpoſitæ cernebantur, & amœniſſimæ peridromides topiario opere, ad umbram capeſſendam inſtructæ. Non deerant hîc fontium ſalientium jucundiſſimi proſpectus; aquæ verò per machinas hydraulicas ex *Euphrate* in altum, tum in fontium uſùm, tum ad Hortum irrigandum deducebantur. Atque tota hæc ſtructura ſuſtinebatur fornicibus latericiis ſibi lato interſtitio, arctiſſimis ſtrictiſſimiſque vinculis ſecundum arearum proportionem ſibi cohærentibus, quorum quilibet arcus, ſive fornix 12 habebat pedes diametri NO, fornices verò unus ab altero diſtabant 22 pedes, uti videre eſt in OP. In ſuperioris Horti parte obſtupeſcenda illa fabrica ſupponebatur, quæ per intextas ſibi fornices ita adornabatur, ut cum eſſet in varia aularum receptacula diſtincta, ſingula tamen lumen uberrimum tum per portarum arcus, tum per feneſtras, ſingula reciperent; & hoc pro rata altitudinis proportione eadem ſpectabantur in reliquis arearum, ſive planorum, primi, ſecundi, & tertii ſubſtructionibus. Ne verò plana hæc cum tempore ex aëris injuriis damnum reciperent, illa magnis inſtrata fuere lapidibus, longitudinis 16 pedum, *Structura arcubus & areis ſtupenda.*

Descriptio Hortorum Semiramidis, *qui pensiles dicti sunt.*

In uno latere civitatis erant horti suspensi, fere conjuncti fluvio *Euphrati*, qui inter septem miracula Mundi numerabantur.

Situs eorum erat figuræ quadratæ, quadringentorum pedum, per quemlibet angulum, quibus corresponderent secundus & tertius. AB. AC.

Intus erant quatuor Atria vel Areæ, 400 pedum longitudinis, & 100 latitudinis, ita ut una supra aliam emineret. E F G H.

Prima elevabatur à terra 12 cubitos cum dimidio E.

Secunda, viginti cubitos. F.

Tertia, triginta septem cubitos cum dimidio. G.

Quarta proxima *Euphrati*, quinquaginta cubitos. Illic extrahebatur aqua ab *Euphrate* certis quibusdam machinis, ad irrigandos hortos. H.

Tota hæc structura sustinebatur fornicibus latericiis, sibi cohærentibus lato interstitio secundum proportionem arearum, quorum quilibet habebat 12 pedes diametri. NO.

Distabat itaque unus ab altero fornix pedes 22. O. P.

Et hoc quidem tam pro firmatione intermedia, quam pro commoditate mansiuncularum quarundam ibi exstructarum.

Superiora harum tabernarum primo erant instrata magnis lapidibus, longitudinis 16 pedum, & 4 latitudinis ut in prima area videre est E.

Secundo, totum illud erat coopertum magnis arundinibus, ut in secunda area observatur. F.

Tertio, omnes illæ arundines erant obtectæ magnis laminis plumbeis, quæ defenderent fornices ab humiditate terræ. G.

Quarto tandem, erat super omnia hæc optima terra, exculta exquisitis floribus & plantis. H.

Gradus à *Diodoro* non referuntur, sed ex Architecturæ regulis à nobis ita sunt concinnati, & literis I K L M. designati.

Fenestræ litera R notatæ, tot erant aperturæ, per quas in singulas areas visere dabatur.

Cap. VI. pedum, & quatuor latitudinis; quæ primò arundinibus, deinde magnis laminis plumbeis integebantur, ne humiditate terræ damnum paterentur, & plana, & ſubſtructiones; quæ deinde per canales oblongos, & plumbeos ad extra evolveretur.

Hortorum deliciæ arborumque inſertio in ſupremo domûs tecto.

In ſuperiori verò plano, dictâ jam arte cooperto, optima, & feraciſſima terra aggerebatur, tantæ altitudinis, ut & arbores radices ſuas commodè & ſine impedimento diſtendere poſſent.

Strabonis mira deſcriptio.

Strabo hujuſmodi Hortos deſcribit hoc pacto: *Cùm viderent artifices, arbores, quas ſupra ultimum planum plantare volebant, ſufficientem terram habere non poſſe, omnes ſubſtructionum columnas, quos ipſe talos vocat, intùs datâ operâ vacuas reliquiſſe, terreſtrique glebâ repleviſſe, eo fine, ut arborum ſupra plantatarum radices hiſce columnis ad quadrati priſmatis formam conſtructis, ſeſe paulatim inſinuatæ, firmam conſiſtentiam conſequerentur.* Addit *Diodorus* ad irrigandum Hortum, aquam ex *Euphrate* flumine per occultos canales derivatam fuiſſe, quod quidem artificium aliud eſſe non potuit, niſi illud, quo per antlias rotæ beneficio, aquam in turris appoſitæ altitudinem elevarent, & hinc per ſyphones in varios uſus eandem diſtribuerent. Vide figuram.

Porrò primum planum infimum ita conſtitutum erat, ut per ſcalas aſcenſus daretur ad ſecundum, & hinc aliæ ſcalæ ad tertium, & tandem ad ſupremum, tametſi verò harum ſcalarum nulla apud *Diodorum* mentio fiat, hâc tamen induſtriâ ſcalas conſtitutas, vel ipſius architectonicæ regulæ nobis, fieri debuiſſe dictant. Feneſtræ literâ R. notatæ, tot erant aperturæ, per quas ad ſingulas areas proſpectus concederetur. Atque hæc eſt ſumptuoſa illa Hortorum penſilium ſtructura, quam non exiguo ſtudio ex *Diodori* deſcriptione, in hac præſenti delineatione, oculis curioſi lectoris exponendam rati ſumus. Has auctorum veterum lectiones, cum ſingulari adhibito ſtudio paulo exactiùs ponderâſſem inveni multa veritati non conſentanea neque concipi poſſe totius ſtructuræ ſymmetriam, niſi alio modo diſponeretur moles tanta camerarum, arcuum, peridromidum, aularum, hortorum, fontiumque varietate, ad omnes opticarum projectionum leges expreſſa oculis exponeretur curioſi lectoris, quod in hac præſenti ſchemate præſtitimus in quo præter projectionem opticam, eadem fere hic ſpectantur, quæ in præcedenti ſchemate. *Sect.* II.

Non deſtitit hîc in *Semiramide* magnæ mentis ambitioſa gloria; ſiquidem præter alias urbes, quas ad nobiliora *Aſiæ* flumina, veluti emporia quædam ad mercaturam exercendam condidit. Præterea ex *Armeniæ* montibus, inquit *Diodorus*, lapidem exſcindi juſſit, longitudine 150 pedum, latitudine verò ſpiſſitudineque 24. hunc magnâ curruum multitudine ad flumen delatum, navique impoſitum, *Babylonem* detulit, inque platea inſigniori erexit. Res mirabilis ſpectantibus, quem à forma obeliſcum vocant; inter ſeptem miracula mundi annumeratur, fuitque hic primus in orbe obeliſcus, qui & poſtmodum *Ægyptiorum* Regibus, *Chuſi* filiis, erigendorum obeliſcorum originem dedit, de quibus vide *Obeliſcum Pamphilium*, & *Tomum* IV *Oedipi*, & in ſequentibus. Longitudo hujus lapidis ex uno ſaxo in obeliſcum efformati, fuit, uti ex *Diodoro* paulò antè allegato conſtat, 150 pedum, 24 latitudinis, qui in palmos reſoluti dant altitudinem 225 palmorum, latitudinem 36 palmorum; quæ quidem vaſta moles multis paraſangis ſuperat omnes obeliſcos, qui unquam in *Ægypto*, & poſtea *Romam* tranſlati, erectique fuerunt. Certè obeliſcus Thebanus, quem hodie ante eccleſiam Sancti *Joannis* Lateranenſis erectum videmus, omnium

Obeliſcus à Semiramide in Babylone erectus omnium qui unquam facti ſunt maximus.

Cap. VI. mnium eorum, qui judicio *Plinii*, in *Ægypto* inventi sunt, maximus fuit, quem & *Cambyses*, cùm omnia *Ægyptiorum* monumenta igne, ferroque consumpsisset, hunc solum molis reverentiâ motus, intactum reliquit. Sed jam unum cum altero comparemus. Habet Lateranensis obeliscus 148 palmos, à basi usque ad ultimum pyramidii apicem; Semiramæus verò 225 palmos; quæ ab invicem subducta relinquunt 77 palmis longiorem Lateranensi; habet præterea Lateranensis obeliscus unum latus basis 14 palmorum, Semiramæus verò 36. quæ dempta ab invicem, dabit latus basis 22 palmis latius obeliscо Lateranensi; unde immensam molem esse debuisse, quis non videt? quomodo verò, aut qua ratione, quibus machinis per terram à loco montis, ex quo excisus fuerat, ad *Euphratis* flumen, ad plurima milliaria deductus fuerit, quis novit? & tametsi *Diodorus* curribus ductum fuisse dicat; ego certè experientiâ, in translatione obelisci *Pamphilii* ex Hippodromo *Caracallæ* in forum Agonale devecti doctus, id curribus minimè fieri potuisse crediderim, sed magnâ ingentium scytalarum agilium moli suppositarum agitatione ad flumen promotum existimem; navibus deinde in *Babylonem* per flumen translatum fuisse ait, ubi fides iterùm vacillare videtur; quæ enim navis tantæ moli sustinendæ, quantumvis ventricosa, sufficiens fuisset. Dico itaque, neque fluminis profunditatem, neque navis capacitatem tantæ moli portandæ proportionatam dari potuisse. Accedunt scopuli fluminis latentes, & fundi inæqualitas, quibus ingens navis pondus prævalens vel subsediisset, vel nimio pondere rupta fuisset: verisimile itaque est, craticulata ingentium arborum contabulatione, quas crates vocant, more *Ægyptiis* solito in *Babylonem* devectum fuisse. Quibus demùm machinis tam inauditam unius saxi molem erexerint, lectori Staticæ non imperito expendendum relinquo; ut proinde vel ex hisce recitatis architectonicæ artis specimibus, à *Babyloniis* artificibus, exhibitis, luculenter pateat, eos omnium artium ad fabricandum necessariarum, videlicet Staticæ, Hydraulicæ, Opticæ, Metallariæ, Sculptoriæ, & Plasticæ perfectam, sine quibus nihil dictorum monumentorum confici poterat, notitiam habuisse, adeoque cum *Ægyptii* cum *Babyloniis* de mirabilium operum exhibitione, concertasse videantur; vide, quæ de hisce & similibus *in* III *Tomo Oedipi*, *de Mechanica Ægyptiorum*, amplissimè egimus. Sect. II.

Comparatio magnitudinis hujus cum Lateranensi obelisco.

Quomodo obeliscus in Babylonem devectus sit ibique quibus machinis erectus.

Reliqua verò gesta *Semiramidis* prosequitur *Diodorus lib. citato*, *cap.* 4. & 5. ubi tradit, eandem magnam Libyæ *Æthiopiæque* partem, in suam ditionem redegisse, ac bellum *Indis* illatum vario eventu gessisse, & ubi necessitas exigebat, ausu inaudito montes complanasse, & valles impleviisse, *Sabellicus* ex *Ctesia* refert. Quod & breviter tangit *Justinus loco citato*, ubi plura de mirabili Reginæ hujus virtute, ac prudentiâ paucis perstringit; atque illud imprimis, quod statim ac orbata marito est; illa impubere adhuc immaturoque ad bellum filio, ipsa molem belli sustinendam censuit donec, tandem rebus præclarè gestis, se ostendit talem, quæ etiam viros virtute anteïret, & cui propterea nemo parere detrectaret.

Semiramidis *gesta in bello.*

Anno itaque mundi 2090, postremo dictæ *Semiramidis* anno desinente, nimirum sub finem anni 42 vitę *Saræ* uxoris *Abrahæ*, necesse est, defunctam esse *Semiramidem Assyriorum* Reginam, siquidem ipsa (teste *Eusebio in Chronicis*) regnavit post virum suum annis quadraginta duobus; quod & tradunt *Diodorus rerum antiquarum lib.* 3. *in calce capitis quinti;* & ex *Trogo Pompejo Justinus circa initia lib.* 1. sub anno mundi 2049.

quo

Cap. VI. quo Chronologi dicunt, eandem regnare cœpisse, eodem nimirum anno, quo nata est *Sara*, à quo ad hunc annum *in chronologismo nostro* invenies prædictos duos & quadraginta annos.

Mors Semiramidis infamis.

Hæc Regina quæ de cætero, propter rerum gestarum gloriam celeberrima, virtute plusquàm virili, dotata, infelicem tamen, ac fœdum, indecorumque exitum habuisse scribit *Justinus*, supra *citato loco*, dicens, eam à *Nino* minore, proprio ejus filio fuisse trucidatam, quod licet vetula (erat enim duos & sexaginta annos nata, ut tradit ex *Ctesia Diodorus loco citato*) insanâ ardens libidine, incestuosum ejus concubitum expetivisset. Et hoc, tanquam magis receptum, referunt etiam B. *Augustinus de civit.* DEI, *lib.* 18. *sub finem capitis* 2, & *Genebrardus lib.* 1. *suæ Chronologiæ*, aliique auctores. Tametsi *Diodorus* suprà relatus de obitu ejus agens dicat, *quod ipsa detectis, quas ei* Ninus *per eunuchum paraverat, insidiis, omnique injuriâ juxta* Ammonis *responsum, remissâ, cum omnibus, filio, ut regi parerent, præfectis mandasset, è vestigio evanuit, ad deos, juxta Oraculi responsum, ut creditum est, translata.* Sic *Diodorus*; qui his postea quædam fabulosa subjungit, quibus etiam prioribus fidem abrogâsse videtur. *Sect.* II.

Ninyas Rex Babel filius Nini.

Anno postea proximo circiter inchoante, prædictæ Reginæ successit *Zameis*, qui & *Ninias*, sive *Ninus* minor, majoris *Nini* ac *Semiramidis* filius, tertius *Assyriorum* Rex, ut scriptum reliquerunt *Eusebius in Chronicis* & historici proximè allegati, *Justinus* & *Diodorus*; quorum postremus *lib.* III. *cap.* 6. hujus Regis vitam, moresque, & gubernandi rationem, longè diversam ab ea, quam hactenus majores sui tenuerant, initam, breviter describit, additque eundem à posteris quoque suis usque ad *Sardanapalum* fuisse æmulatam; & idem ferè paucis perstringit loco citato *Justinus*, de hoc eodem *Nino* minore dicens: Ninias *elaborato à parentibus imperio contentus, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre mutâsset, rarò à viris visus in fœminarum cœtu consenuit. Posteri quoque ejus exempla secuti, responsa gentibus per internuncios dabant.* Sic ille.

CAPUT VII.

De stupendis fabricarum miraculis, quæ fratres Nembrod, Misraim *ejusque nepotes, ex eâdem familia* Chus *in* Ægypto, *ad* Babyloniorum *imitationem, æmulationemque exhibebant.*

C. VII. EXistentibus post divisionem linguarum *Chus*, ejusque filiis, *Misraim*, *Nembrod*, eorumque nepotibus simul in *Babylonia*, *Nembrod* cùm potens viribus, sive per sortem, sive per tyrannidem, imperio Babylonico potitus esset, fratres ejus, & filii admirati animi magnitudinem, & in extruenda immensæ molis *Turri*, peritiam, *Nimi* quoque in Regnis conquirendis gloriam, civitatisque, quam in *Assyria* fundaverat, incomparabilem vastitatem, successu quoque temporis, superbæ quoque, & prodigiosæ penè magnificentiæ monumenta in *Babylonia* à *Semiramide* uxore *Nini* erecta, ambitionis œstro perculsi, ut & ipsi magnitudine portentosarum fabricarum, nomen sibi immortale compararent; statim, postquam in *Ægyptum* sorte ipsis collatam Coloniam perveniissent, ea mox attentarunt, quibus *Babylonios* cognatos si non æquarent, saltem iis non cederent; unde ante omnia, exemplo

C. VII. plo *Semiramidis*, quam cum Mauſoleum, ſive pyramidem inuſitatæ magnitudinis, ſupra deſcriptam ad æternam mariti ſui memoriam in *Babyloniâ* extruxiſſe, obeliſcum quoque, quo major in orbe à poſteris viſus non eſt, in præcipua *Babyloniæ* platea, cum incredibili omnium ſpectantium admiratione erexiſſe cognoſſent. Hiſce magnis moliminibus, quæ præſentes adhuc viderant, vel aliorum relatione intellexerant, impulſi, & ipſi pyramidibus, & obeliſcis totam *Ægyptum* repleverunt, præterea ſimulacris, fanis, labyrinthis, fabriciſque fide humana ſuperioribus, ea præſtiterunt, quæ nulla unquam humana potentia adæquare valuit. Verùm quænam illa fuerint, quamvis *in IIITomo Oedipi* quam ampliſſimè deſcripſerimus, hic tamen eorum nonnulla iteratò paucis exponenda duxi. Quod antequam fiat, cur ſola ex tribus filiis *Cham*, *Sem* & *Japheth*, *Chami* progenies, tametſi à DEO maledictionibus ſubjecta, tam ſtupenda tamen ſucceſſu temporis opera peregerit? *Japhethi* verò ſtirpem DEO devotam, nil horum præſtitiſſe reperiamus? Pari pacto cur ante diluvium, neminem ex Patriarchis, aliquod ſingulare monumentum poſt ſe reliquiſſe legimus, niſi *Cainum* à DEO pariter maledictum; quem tamen omnium primum, vaſtiſſimam urbem, civitatem inquam gigantum, quam ſacer textus *Enochiam* vocat, ædificaſſe, ex *Geneſi* notum eſt. Cujus rei cauſa uti ab occultis DEI judiciis dependet, ita nefas foret, eam humani intellectus anguſtiis comprehendere; hoc ſolùm dicere poſſumus, *Semum* & *Japhethum*, uti à DEO electi erant, ita quoque omnibus aliis ſpretis, in hoc unicum continuò pii parentis ſollicitatione incubuiſſe, ut per filios nepoteſque novis ſemper, noviſque fundatis coloniis, orbem terræ, habitatoribus, unà cum divini cultus propagatione complerent: Chamæa verò familia, à ſancta ſtirpe diviſa, & idololatriæ dedita, nil non intendebat, quàm ut per inauditas inviſaſque fabricarum inſanas ſtructuras, operumque magnitudinem divinos ſibi apud poſteros, honores compararent, & proinde temporali hac felicitatis gloria cum æterna morte commutarent. Verùm cum hæc omnia quàm ampliſſime tradita ſint in *noſtro Oedipo Ægyptiaco*, lectorem ad eum remittimus. Reſtat ſolùm, ut hîc nonnulla mirabilium operum exhibitione, fabricarum portento adducamus, ex quibus lector colliget, omnium quæ mundum poſterum in admirationem traxerunt, geſtorum granditatem à ſola *Chami* progenie, cui tum Babylonica terra, tum *Ægyptus* in ſortem acciderat, peractam fuiſſe. Sed jam ad rhombum. De Pyramidibus incipiamus.

Ægyptii Simiæ Babyloniorum in Obeliſcis erigendis.

Cur Chamæa familia tam grandia monumenta poſt ſe reliquerit, non verò familia Semi, & Japhethi.

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO · PUEBLA ·

SECTIO III.

De prodigioſis fabricis *Ægypti*, quas Chuſia progenies ad imitationem cognatorum *Nembrod*, *Nini* & *Semiramidis* in regnis *Babyloniæ* & *Aſſyriæ* ſtupente mundo in *Ægypto* erexerunt.

PRÆFATIO.

Quamvis in tertio tomo OEdipi *de hiſce* ſyntagmate de Mechanica Ægyptiorum *quàm uberrimè diſſerueri-mus : hoc tamen loco valde opportunè ex iis non nihil repetendum cenſui. Sed ad rem.*

CAPUT I.

Pyramides & obeliſci in Ægypto *erecti.*

Magnificentia & ſplendor pyramidum.

QUanta fuerit pyramidum in *Ægypto* à Regibus erectarum magnificentia, ſplendor, & granditas, ex hoc inter cætera colligitur, quod unanimi ſcriptorum conſenſu, vel tunc etiam, quando *Romanorum* faſtus omnia mundi loca conculcabat, inter orbis miracula fuerunt connumeratæ. Et tametſi variis *Ægypti* locis inſolentes hujusmodi turrium moles conſpiciebantur fundatę: Memphiticæ tamen inter cæteras potiſſimum admirationis argumentum ac veluti mundi miraculum fuerunt. Herodotus, qui, teſte *Plinio* citra annum 300 ab urbe condita vixit, hæc cumprimis teſtatus in Euterpe, *Verum*, inquit, *in pyramide hac annos 20 abſumptos, cujus ſingulæ frontes ſaxis dolatis, decentiſſimeque coagmentatis, quorum nullum minus 30 pedum : fuit autem exſtructa hæc pyramis in ſpeciem graduum, quas quidam ſcalas, quidam arulas vocant.* Diodorus 400 annis *Herodoto* poſterior, & ipſe oculatus earundem inſpector, hoc pacto illas deſcribit. *Octavus denique Rex* Chemmis (Herodoto *Cheobus*) Memphis *annos regnavit* 50, *ædificavitque trium pyramidum maximam, inter ſeptem præclariſſima opera numeratam. Hæc verſus* Libyam *ſpectant, longè à* Memphi *ſtadiis* 120, *à* Nilo *autem* 45, *quæ & artificio, & operis magnitudine mirabilem ſtuporem intuentibus præberent. Earum maxima quatuor eſt laterum, quorum quodlibet ab inferiori parte jugera ſeptem continet, altitudo amplius, quàm ſex jugera tollit; latitudo quali debet, deducta paulatim uſque ad verticem altitudine, continet cubitos* 1565. *Ex lapide duro, difficilique ad tractandum, ſed æternum permanſuro ſtructura omnis conſtat. Nam fermè mille annis, ut ajunt quidam, ut alii tradunt, amplius tribus millibus & quadringentis ad nos uſque ea moles integra permanſit. Ferunt eos lapides ex* Arabia *longo admodum itinere advectos. Aggeribus autem fabricata eſt, nondum eo tempore inventis machinis. Opus certè mirabile, præſertim in terra undique arenoſa, ubi nulla neque aggeris, neque cæſi lapidis ſunt veſtigia, ut non ab hominibus, ſed à Diis tanta moles ſtructa videatur. Conantur Ægyptii mira quædam de his fabulari ex ſale & nitro eos factos eſſe aggeres, poſteaque* Nili *incremento liquefactos, abſque hominum labore penitus defeciſſe. Verùm id procul*

Herodotus *in* Euterpe.

Diodorus.

Pyramis omnium maxima deſcribitur.

Cubitus unus trium palmorum.

Aggeribus conſtipatis erecta fuit.


Pyramides Omnium Superstitum Antiquitatum vetustissimæ integræ et adhuc incorruptæ à priscis Ægypti Regibus Chami posteris exstructæ.
Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis. Martialis. Lib.
Heliopolis
Nilus fluv.
Nilus fluv.
Memphis
Crypta Subterranea
Crypta Subterr.

Cap. I.

Tempus insumptum in ejus erectione.

2 pyramis.

cul abest à vero; nam & multitudine hominum agger est constructus, & multitudine deletus est. Nam 360000 *hominum, ut ajunt, ad id opus deputata sunt, quod* 20 *fermè annis absolverunt.* Deindè describit secundam Pyramidem à Rege *Chabreo* erectam structurâ priori similem, magnitudine imparem, utpote latis lateribus singulis stadium tantum comprehendentibus: pecuniam omnem in opus prioris impensam, in olera tantum & herbas, mille & sexcentorum talentorum sumptus excessisse dicantur. Tertiam Pyramidem *Myzerinus* Rex erexit, sed morte præventus opus absolvere non potuit, adeoque magis architectorum summum ingenium, quàm otiosam pecuniæ ostensionem Regum admirari liceat. Meminit & harum molium Strabo *Diodoro* ferè Synchronus lib. XVII. *Quadraginta,* inquit, *stadiis ab urbe* (Memphi) *montanum quoddam est supercilium, in quo stant pyramides multæ. Earum tres memorabiles sunt; duæ inter septem orbis miracula adnumerantur; singulæ altitudine stadii, figurâ quadratâ, altitudinem habentes paulò majorem quolibet latere & mole se paululum excedentes.* Et paulo post. *Ulterius in montis altitudine majori tertia est, multò primis duabus minor, majori tamen impensa structa, nam ab ipsis ferè fundamentis usque post medium constat nigro ex lapide, ex quo mortaria faciunt, ab extremis Æ*thiopiæ *montibus delato, qui cùm & durus sit, & operatu difficilis, reddit opus sumptuosius.* Rhodopis *meretricis, sive* Dorichæ *Sepultura.* Plinius deinde singula exactius trutinans, hæc inter alia profert lib. XXXV. c. 12. *Dicantur obiter & pyramides in eadem* Ægypto, *Regum pecuniæ otiosa & stulta ostentatio, quippe cùm faciendi eas causa à plerisque traditur, ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset otiosa. Multa circa hoc vanitas illorum hominum fuit, vestigiaque complurium inchoatarum extant. Una est in* Arsinoite Nomo, *duo in* Memphite *non procul Labyrintho, de quo & ipso dicemus. Totidem ubi fuit* Mœridis *lacus, hoc est fossa grandis. Sed* Ægyptus *inter mira & memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres, quæ orbem terrarum fama implevere, sanè conspicuæ undique adnavigantibus, sitæ sunt in parte* Africæ, *monte saxeo sterilique, inter* Memphin *oppidum, & quod appellari diximus* Delta, *à* Nilo *minus quatuor millia passuum, à* Memphi *sex, vico apposito, quem* Busirin *vocant, à quo sunt assueti scandere illas.* Et paulò post: *Sed pyramis amplissima ex Arabicis Lapidicinis constat,* 360000 *hominum annis* 20 *eam construxisse produntur.* Et infra: *amplissima octo jugera obtinet soli quatuor angulorum paribus intervallis per octingentos octoginta tres pedes singulorum laterum, altitudo à cacumine pedes* 25. Hæc *Plinius.* Et tametsi citati auctores quoad situm conveniant, vix tamen est, qui cum altero in mensura concordet, quod factum crediderim ob diversam mensurarum diversis nationibus usitatarum rationem.

3 *pyramis.*

Strabo. l. 17.

Plinius.

Sect. III.

Petrus Bellonius

Hisce Neoterici accesserunt pyramidum mensores, quos inter Petrus Bellonius meritò primum locum obtinet, qui data opera ad pyramides mensurandas in *Ægyptum* concessit, sic autem dicit. *Pyramides verò* Ægypti *adeò à veteribus celebratæ edito loco sunt, quæ procul* 40 *millium passuum apparere incipiunt. Hos* Ægyptii Pharaones *nuncupant. Quæ quidem magis admirandæ videntur propè inspicientibus, quàm ab auctoribus descriptæ sint: nam videntur esse montes immensæ magnitudinis, unde* Romanorum *fabricæ, & antiqua opera nihil accedunt ad harum pyramidum splendorem & magnificentiam. Positæ autem sunt in loco valde deserto, seu solitudine, quatuor milliaribus à* Cairo *distante ultra* Nilum *tertio lapidis jactu, & earum ampliſsima reliquas etiam præstantia superat, quam omnes antiqui scriptores aspectu mirabi-*

Cap. I. Sect. III.

Magnitudo pyramidis majoris à Bellonio descriptæ.

rabilem esse scripserunt. Exstructa est gradibus foris prominentibus, atque 324 passus in singula latera habet; à basi usque ad cacumen continet 250 gradus, quorum singuli altitudinem habent quinque solearum calcei, novem pollicum longitudinis, adeoque vastæ est latitudinis hæc moles, ut peritissimus atque validissimus sagittarius in ejus fastigio existens, atque sagittam in aërem emittens, tam validè eam ejaculari non possit, ut extra molis basin, sed in ipsos gradus semper cadat. Fastigium ejus in planitiem desinit 2 passus in diametro patentem, in qua 50 homines consistere queunt. 2 reliquæ pyramides. *Aliæ etiam duæ Pyramides sunt immensæ magnitudinis, sed longè minores prima, & harum trium minima, tertia sui parte major est ea, quæ apud testaceum montem est* Romæ. *Præter has tres plurimæ aliæ minores hinc inde per arenosum illud solum sparsæ sunt, plusquàm centum, quarum ne unica adeo vitiata spectatur, uti Romana.* Hæc *Bellonius.* Quæ ferè congruunt relationi factæ *Marci Grimani* antistitis Aquileiensis, & postea Cardinalis : hic enim uti antiquitatum perstudiosus, ita ipsemet, dum in *Ægypto*, negotiorum causâ *Venetorum* ageret, eam mensus est, eamque conscendit, & ad interiora penetravit. *Pyramidis*, inquit, *hujus commensus justis passuum intervallis, quorum magnitudo trium palmorum antiquorum modulos aliquantulum excessisse putatur. Singula quadratæ basis latera passus 270 circiter complectuntur; universaque pyramis ex redivivo, & præduro lapide constat, ejusque præcinctiones in satis convenientem longitudinem extenduntur, itaque toto opere aptantur ac disponuntur, ut ad summum verticem usque, etsi quàm maximè difficilem, incommodumque præstent ascensum; singulæ enim tripalmarem, ac semis circiter altitudinem habent, nec tantum utique prominentis planitiei nactæ fuerunt, ut scandentium vestigia iis commodè tutoque inniti possint. A basi autem usque ad verticem 200 circiter ac 10 præcinctiones habentur,*

Marcus Grimanus Cardinalis.

singulæque eandem prorsus altitudinem obtinent, adeò ut structuræ totius altitudo basis suppositæ latitudini æqualis omnino videatur. Præ omnibus tamen maximè & exactissimè illas observasse reperio Principem Radzivilium in peregrinationis suæ historia fol. 161. Verba ejus quantumvis longiora, adducenda tamen duxi, ut sigillatim omnia elucescant. *Summo mane,* inquit, *unâ ante diem horâ ex hospitio egressi ad civitatem veterem venimus, quæ à nova, quartâ milliaris parte, inter hortos semper eundo, distat; duabus verò horis post exortum solis trajecto* Nilo, *quintâ milliaris parte peractâ, rectà ad pyramides pervenimus, de quibus quoniam ab auctoribus multa prodiuntur, ego quæ ipsemet coram vidi, breviter annotabo. Constat omnium testimonio.* Memphim *civitatem sacris & prophanis literis celebratam, olim hîc fuisse, nunc præter exiguas quasdam versus meridiem ruinas, ejus nulla apparent vestigia, steriles arenæ omnia cooperiunt, pyramides tamen 17 adhuc integræ conspiciuntur, quarum duæ sunt majores, & tertia à* Rhodope *meretrice constructa, est inprimis elegans, vix tamen 60 aut 70 cubitorum habet altitudinem. Hæ tres pyramides sunt planè integræ, & inter miracula mundi commemorantur. Duæ majores stupenda & incredibili sunt magnitudine; 300 habere cubitos dicitur. Intrinsecus habet artificiosos & peramplos gradus, quibus æquè ac extrinsecus ad ipsam usque summitatem ascenditur; habet & concamerationes, quarum duæ majores, una supra alteram erecta, quæ sepulchra Regum Ægypti continebant; in inferiori extat etiam hodie sepulchrum satis magnum, in quo corpus aliquod fuit repositum. Porrò à quibus Regibus quanto sumptu, quove modo vel artificio, & num à* Judæis *in Ægyptiaca servitute constitutis, (quod omnibus ferè auctoribus placet) pyramidum hæ moles fuerint excitatæ, vel num iidem* Hebræi *aggeres & fossas, quibus* Nilus *deducitur (apparent enim non naturâ, sed arte facta esse omnia) perfecerint, historicis judicandum relinquo.*

Radzivilius.

Cap. I. *Illud mirari magnopere convenit, cùm dictæ pyramides in sublimi monte, qui totus è vivo saxo constat, sint erectæ, quantum tamen è lapidum genere colligitur, apparet eas non ex ejusdem rupis lapidibus esse concinnatas, nec facilè pervestigari potest, unde aut qua ratione tanta lapidum congeries eò comportari potuerit, quandoquidem etiam* Nilus *exundans tribus milliaris partibus à fabrica remotus procurrit. Sed nec aliud penetrari potest, cùm quilibet lapis tres cubitos longus & latus, altus verò plùs quàm uno sit & semis, quo labore & artificio in tam altum montem protrahi, & in summitate collocari potuerit. Maxima omnium pyramis ex lapidibus ejusmodi sectis, & quadratis in formam montis cujusdam naturalis, singulari quodam artificio est fabricata, & licet quadrangulari figura, ab ima parte sensim in cacumen consurgat, tamen lapides isti quadrati ita inæquali ordine compositi arte mirabili videntur, ut moles tota montis à natura formati speciem repræsentet. Ascensus propter lapidum crassitiem gravis ac laboriosus, securus tamen est, & licet passu convenienti usus fuerim, vix tamen intra unam & dimidiam horam pyramidis summitatem ascendi, ubi planities est quadrata, spacium decem cubitorum in qualibet parte complectens.*

Stupenda saxorum magnitudo.

Secunda pyramis paulò priore minor, ad geminum sagittæ jactum ab illa distat, ingressus interior ad illam non patet, quem tamen occultum esse volunt. Exterius ad medium usque potest ad illam conscendi, cùm ad eundem modum, ut prior illa, lapides habeat compositos, nisi quod paulò planiores & minores sint. A medio verò lapides ita complanati sursum ascendunt, ut ultra progredi sit impossibile, quod eo maximè consilio factum apparet; inde verò tertia ejusdem pyramidis pars, usque ad summitatem lapides habet quasi neglectim & inordinatè collocatos, ut in parte inferiori, ita ut nisi series illa saxorum plana, quæ ad aliquot denos cubitos elevatur, impediret, conscendi ejus summitas, quemadmodum prioris, facilè posset.

Secundæ pyramidis descriptio.

Sect. III.

Tertia pyramis ad latus secundæ versus civitatem, est Rhodopes *illius, cujus jam meminimus, tota ex lapide dolato, ut conscendi non possit, fabricata, à qua ad ternum arcûs jactum etiam versus civitatem, est caput collo & brachiis prominens ejusdem meretricis septem cubitorum altitudine, habitu mirabili, ex uno vivoque saxo exsculptum. Volunt nonnulli, quod ex illa majori pyramide, quam ingressi sumus, per cavernam subterraneam in rupe excisam, quam lapidibus obrutam vidimus, angustus & occultus in caput hoc patebat aditus, atque inde oracula edita, vulgo gentilium existimante per ipsum capitis os illa proferri.* Hactenus *Radziviliùs*, qui quidem adeò exactè omnia descripsit, ut nihil eidem addi, aut demi posse videatur.

Tertiæ pyramidis descriptio.

Statua Rhodopes, oraculum.

Inter cæteros easdem pyramides mirâ industriâ & curiositate anno 1616 lustravit illustrissimus vir *Petrus à Valle*, omnia & singula examinando, & cum auctoribus comparando, exactè & minutim observavit, à quo & oretenus (erat enim, dum in vivis esset, inter paucos amicus sanè singularis) accepi, quæ & postea *in Itinerario suo*, quod hoc anno 1654 primum prodiit, omnia exactiùs descripsit.

Petrus à Valle.

Arabes paulò in earundem descriptione differunt. Sed ne quidquam intermisisse videamur earum rerum, quæ ad pyramides spectant, hîc eorum relationes adducam. Ita autem eas descripsit *Joseph Ben Altiphasi in libro de historia Ægypti*, cui consonant ea, quæ Ben Salamas in libro, qui Hortus Mirabilium Mundi nominatur, tradit.

Pyramides quæ sunt in Ægypto, *sunt maximæ, duæ potissimum quæ sunt in fossa, quæ est* Mesræ *antiquæ ad occidentalem partem* Nili. *Dicitur quod eas ædificaverit* Schur *filius* Schahaluak, *filii* Schariak *ante diluvium, & dicitur quod* Hermes Trismegistus *ob sapientiam suam,*

Arabum de Pyramidibus relatio.

Cap. I. *ſuam, qui & hebraicè dicitur* Henoch, *& eſt* Adris, *ſuper eum pax, cùm ſciret futurum diluvium, ædificavit eam, & reposuit in ea omnia ſua bona, & libros & quidquid habebat pretioſi. Eſt autem omnis pyramis quadrata, & politæ figuræ, ſi elevationem perpendicularem ſpectes,* 317 *cubitorum, circumdatur quatuor ſuperficiebus æqualibus laterum, unumquodque latus* 460 *cubitorum. Eſt autem eo artificio ab ingenioſis architectis ſtructa, ut nihil in ea alterationi obnoxium ſit, ſive enim venti vehementes irruant, ſive terræ motus concutiant, nil tamen de ea aufertur unquam. Saxa ſingula, ex quibus conſtat, quinque cubitorum longa, alta duorum. Dicitur habere portas ſupra canales occultos ſubterraneas, ſinguli canales longi* 20 *cubitorum, & portas ex lapidibus habent, & canalis orientalis reſpicit meridiem, & canalis occidentalis occidentem, per ſingulos aditus patet in ſeptem domos, ſingulæ domus ſeptem planetarum nominibus inſignitæ ſunt, intrinſecus ad invicem diſpoſitæ omnes. In ſingulis domibus idolum ex auro, quorum unum manum ori applicatam tenet, & librum in fronte. Si quis appropinquaverit ei, aperit os ſuum, & inventa eſt in ore ejus clavis catenâ alligata. Porrò pyramis orientalis, ſepultus eſt in ea* Sehurid *Rex. Pyramis occidentalis, in ea ſepultus eſt frater ejus* Hugith. *Pyramis* Elmalum *in qua ſepultus eſt* Aphrus *filius* Hugith. Sabæi *recitant, quod in una harum ſepultus ſit* Agathemon, *qui eſt* Seth, *& in altera* Hermes, *&* Elmalum, *&* Szab *filius* Hermis. Hæc ex Rabbi *Abraham* relatione, de qua uti nihil nobis neque ex prophanis nec ex ſacris literis conſtat, ita quoque eam ſolitis eorundem fabuloſis narrationibus adſcribendam cenſeo. Vide quæ de hiſce amplius egimus *Tom.* 1. *Oedipi.*

Atque ex hiſce fuſius forſan, quam *Sect.* III. par erat, demonſtratis clarè patet mirificum architecti ingenium, tum in ſtructura mirifica adornanda, tum in lapidibus tam vaſtis ſingulos ſuis locis admovendis. Res enim ſine machinis, ſumma induſtria & prorſus Archimedeâ conſtructis nequaquam confici poterat. At quibus tractoriis machinis uſum eſſe putabimus, in lapidibus ex *Arabiæ* montibus tanta intercapedine diſſitis, per tam invia & impedita itinera in locum ſtatutum advehendis? Quis hodierno tempore architectum reperiat, cui ad ſimile quid attentandum animus ſufficiat? Eſt enim lapidibus, quorum ſinguli, longitudinis 30 pedum, teſte *Herodoto*, ita coagmentata, ut ſine ulla diviſione lapidum in hunc uſque diem integra perſeveret; in circuitu 3532 pedum, cujus ſingula latera tantum ferè ſpatii occupant, quantum longitudo fori agonalis *Romæ*, ut proinde fabrica hæc omnes ſumptuoſas *Romanorum* fabricas, uti ſunt thermæ, amphitheatra, &c. multis paraſangis ſive magnitudinem, ſive expenſarum exorbitantiam, ſive denique magnificentiam & ingenium ſpectes, ſuperârit.

Nemo poſterorum architectorum pertigiſſe creditur ad tam ſtupenda opera.

Hæc dum ſcribo, *Titus Livius Buratinus*, architectus inſignis, qui datâ operâ in *Ægyptum* profectus eſt, ut omnia antiquitatum monumenta ſummâ diligentiâ inquireret, inquiſita delinearet, & ſic poſteritati theſaurum concrederet, mihi inter multa alia, hujus quoque pyramidis delineationem tranſmiſit, unà cum deſerti in quo reperitur, & cryptæ ſubterraneæ, in quam aditus ad mumias patet, ichnographia, quam hîc unà cum literis ad me datis apponendam duxi.

CA-

CAPUT II.

Delubrum ex unico lapide constructum.

INter cætera *Ægyptiorum* memoranda, ab *Amasi* Rege constituta, & hoc est, quod delubrum quoddam ex integro & solido saxo trium annorum spatio, ope duorum millium hominum, ex urbe *Elephantina Sai* 20 dierum itinere distante advexerit, de quo exactè Herodotus in Euterpe circa finem. *Ad hæc, quod non minimè sed maximè admiror, hoc est. Attulit ædificium ex solido saxo ab urbe* Elephantina, *in quo afferendo triennium consumpserunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Hujus autem domûs extrinsecus est* 21 *ulnarum longitudo*, 14 *latitudo*, 8 *altitudo. Hæc est dimensio exterior domûs ex uno lapide; interior autem ejus longitudo est* 18 *ulnarum seu cubit. latitudo* 12, *altitudo* 5. *Domus verò templo invehenda erat magnificentissima, seu vestibulum* Minervæ, *quod in* Sai *exstruxerat* Amasis *opere admirando, atque cætera* Mensura templi monolithi.

FANUM MONOΛIΘION
ab
Amasi Rege Ægypto ex unico Saxo
Minervæ consecratum.
Herod. Euterp.



ædificia tum lapidum, substructionumque vastitate, tum Colossorum Andro-Sphyngumque *immanitate longè superans, ubi inter alia tres colossi videbantur, quorum medius* 75 *pedum, reliqui duo utrimque eum stipantes singuli* 20 *pedum. Sed cùm ad vestibulum dictum* monolithum *ædificium pertraxissent, architectum, teste* Herodoto, *suspirasse ajunt, vel diuturni laboris pertæsum, vel ut ajunt propter mortem unius è guber-*

Cap. III. *gubernatoribus mole cedente oppreſſi, & quaſi in deſperationem actum operis ulterius promovendi, ibidem reliquiſſe.* Atque hæc eſt admiranda illa fabrica ex integra rupe, imò monte exciſa, quam quibus machinis ſpatio 20 dierum à *Sai* diſſito promovere potuerint, vix eſt, qui animo concipere poſſit. Fuit hæc moles ſpatio 20 dierum diſſito advecta trium annorum tempore, uti dictum eſt. Quantum verò ſingulis menſibus, diebus, machinis promota fuerit moles, arithmeticis calculandum relinquo. Sect. III.

Totius Symmetriæ Computus.

Exterior.			Interior.		
Longitudo.	*Latitudo.*	*Altitudo.*	*Longitudo.*	*Latitudo.*	*Altitudo.*
Cubit. 21.	cubit. 14.	cubit. 8.	cubit. 18.	cubit. 12.	cubit. 5.
ſeu ped. 42.	ſeu ped. 28.	ſeu ped. 16.	ſeu ped. 36.	ſeu ped. 24.	ſeu ped. 10.

Differentia Interioris & Exterioris.

Longitudo.	*Latitudo.*	*Altitudo.*	Quæ differentia conſtituit craſſitiem murorum.
cubit. 3. ſeu ped. 6.	cub. 2. ſeu ped. 4.	cub. 3. ſeu ped. 6.	

Atque ex hiſce menſuris facilè curioſus Lector pondus totius eruet.

CAPUT III.

Labyrinthi in Ægypto *prodigioſa fabrica.*

QUæ de Labyrintho Ægyptiaco ſcribunt vetuſtiſſimi Auctores, *Herodotus*, *Diodorus*, *Strabo*, & poſt hos *Plinius*, omnem humanam fidem ſuperare videntur. *Herodotus* ad primum ejus intuitum infinita admiratione defixum fuiſſe de ſe teſtatur. *Diodorus* omnibus operibus hominum induſtria unquam factis, ſuperius excellentiuſque fuiſſe ſcribit. *Plinius* potentiſſimum humani ingenii opus prædicat. Operis magnitudo, diſpoſitio & magnificentia à variis variè exponitur, neque id mirum cuiquam videri debet, cùm Labyrinthum ingreſſi, quiſque in tanta rerum ſpectandarum multitudine, id potiſſimum, quod maximè in admirationem traheret, referendum putaverit, unde dum nova ſemper & mirabiliora occurrebant luſtranda, facile inde confuſis ſpectantium animis ex innumeris, uti ſingula diſtinctè obſervare non potuerunt, ita confuſè quoque & indiſtinctè poſteritati illa conſignarunt. Certè *Dædalum* hujus admiratione fabricæ captum, inde occaſionem cepiſſe alium Labyrinthum in *Lemno* condendi *Plinius* aſſerit; tametſi centeſimam tantum partem ejus fuerit imitatus, dum ſeſe ex inextricabili fabricæ ſtructura etiam ſummo quo pollebat ingenio, explicare non potuerit. Situs eſt Labyrinthus ad *Lacum Mœridis* verſus *Crocodilopolim*, teſte *Herodoto* & *Plinio*, quod & ſepulchrum *Mœridis* eſſe volunt. Dividitur id primum in duodecim juxta *Herodotum*, & in ſedecim juxta *Plinium* domicilia, tot videlicet aulas, ſeu potius ampla receptacula, vaſtiſſimaque ædificia, quot olim *Ægyptus* univerſa in Præfecturas, quas Nomos vocant, dividebatur. Erant autem, teſte *Strabone*, ſingulæ aulæ Nomorum colum-

Inexplicabilis Labyrinthi magnificentia.

Labyrinthi ſitus.

C. III. „ nis ambitæ, invicem, continuæ, viæ ve-
„ rò quæ ad eas tendunt ex adverſo ſunt
„ muri, qui aulas ordine poſitas cingunt.
„ Ante ingreſſam verò portam Cryptæ
„ ſunt multæ ac longæ, quæ inter ſe tan-
„ ta & tam mirifica tortuoſitate vias im-
„ plicitas tenent, ut nemo ingredi aulam
„ ullam poſſit; nec egredi ſine duce, in-
„ explicabili nimirum illo viarum errore
„ deceptus.

Deſcriptio cœnaculorum, porticuumque.

Sunt hîc & cœnacula altiſſima, porticuſque nonagenis gradibus ſinguli exſtructi, columnis ex porphyrite lapide fulciti, quos inter Deorum ſimulachra, Regum ſtatuæ & ſumma monſtroſarum imaginum congeries. Quarundam verò domorum talis eſt, ab ingenioſa architecti inventione ſitus & diſpoſitio, ut mox atque fores earum aperiuntur, formidabile tonitru audiri videatur. Dignum verò præ omnibus admiratione eſt, quod domorum ſingularum tabulata ſeu tecta, uti & cryptarum latitudines ex integris, teſte *Strabone*, lapidibus, magnitudinis prorſus inſolentis extructa ſint, nullo prorſus nec ligni, nec alterius materiæ interventu. Verbo, totam fabricæ extenſionem tria millia domorum comprehendiſſe referunt, quæ vel ingentem urbem æquare poterat. Sed audiamus ſingula exactè deſcribentem in ſua *Euterpe Herodotum*. Verba ejus ſunt.

Herodoti Labyrinthi deſcriptio.

„ Regnantibus in *Ægypto* duodecim
„ Regibus, placitum eſt eis aliquod re-
„ linquere commune omnibus monu-
„ mentum, ex eoque placito fecerunt
„ Labyrinthum paulò ſupra *Mœridis* ſta-
„ gnum, maximè urbem verſus, quæ di-
„ citur *Crocodilorum*, quam ego aſpexi fa-
„ ma majorem: Si quis enim ex *Græco-*
„ *rum* narratione muros & operis ſpe-
„ ciem ratiocinatur, minus concipiet,
„ quàm pro labore & ſumptu hujus La-
„ byrinthi, tametſi enim *Epheſi* tem-
„ plum memoratu dignum eſt, & in *Sa-*
„ *mo*, tamen Pyramides erant narratione majores, quarum ſingulæ multis & magnis operibus *Græciæ* æquiparandæ ſunt. Sed eas quoque Labyrinthus antecellit. Etenim duodecim, cujus aulæ ſunt tecto opertæ, portis oppoſitis altrinſecus, ſex ad Aquilonem contiguæ, totidem ad Auſtrum vergentes, eodem prorſus muro concluſæ. Bifaria in eo ſunt domicilia, una ſubterranea, altera ſuperiora illis impoſita, utraque tria millia quinquaginta, quorum ea quæ ſuperiora ſunt, ipſi vidimus, & quæ aſpeximus, enarramus; ſubterranea verò auditu percepimus: nam qui Labyrintho præpoſiti *Ægyptiorum*, nolebant illa ullo pacto monſtrari, quod dicerent illic ſepulchra eſſe, tum eorum Regum, qui ædificandi Labyrinthi fuerunt auctores, tum ſacrorum crocodilorum; ita de inferioribus docti comperimus, ſuperiora ipſi aſpeximus humanis operibus majora. Nam anfractus ſeu egreſſus per tecta, & regreſſus per aulas, uti erant diverſiſſimi, ita infinita me admiratione afficiebant. Ex aula in conclavia tranſitur, ex conclavibus in cubicula, è cubiculis in ſolaria alia, è conclavibus in aulas alias. Horum omnium lacunar, quemadmodum & parietes, lapideum eſt, ſculptilibus paſſim figuris ornatum, ſingulæ aulæ maxima ex parte digeſtæ albo lapide, columnarum ambitu redimitæ, angulo quo finitur Labyrinthus, adhæret pyramis quadraginta paſſuum, in qua grandia ſunt inſculpta animalia, ad quam iter ſub terra fit. Hæc eſt deſcriptio ab *Herodoto* curioſo rerum omnium inſpectore & admiratore obſervata, cujus deſcriptionem ſecutus, libenter hîc totius fabricæ rudem ſaltem quandam & ſuperficialem ichnographiam *in Oedipo de fabricis Ægypt.* exhibuiſſem, ſi per tempus licuiſſet, ut lector ex ungue leonem colligere, & de præſtantia ingenii talium operum architecti conjicere poſſet. Sed id hoc loco opportunè,

Sectio III.

quantum


Thoth
Menſis 1.
Paophi
Menſis 2.
Althor
Menſis 3.
Chiac
Menſis 4.
Tωβι
Menſis 5.
Mechir
Menſis 6.
Pharmuthi
Menſis 7.
Pharmoth
Menſis 8.
Pachons
Menſis 9.
Paoni
Menſis 10.
Epip
Menſis 11.
Meſor
Menſis 12.
Mausolæum Regis
Sesostridæ Regis Ægipti
Imendes priſci
Rex Regum Opumque eram si quis fuerim etc.

Cap. III. tum ex auctoribus citatis conjecturis obscuris assequi potuimus, præstandum censuimus. Hisce auctoribus subscribit *Strabo lib.* XVII. rerum *Ægyptiarum* „sequentibus verbis. Ad hæc est Laby„rinthi fabrica, opus haud impar pyra„midibus & adjacens Regis sepultura e„jus qui Labyrinthum construxit, lo„cus autem in primo fossæ ingressu ad „30 aut 40 stadia, procedenti occurrit „planities quædam sub mensali forma „pagum habens, & multorum Regum „regiam, quot prius Præfecturæ, quos „*Nomos* vocant, erant. Nam totidem „aulæ sunt columnis ambitæ invicem „continuatæ omnes uno ordine, & uno „pariete tanquam parvo quodam muro „ante se aulas sitas habent. Viæ vero „quæ ad eas tendunt ex adverso sunt i„psius muri, ante regressus cryptæ qui„dem multæ, quæ inter se vias flexuosas „habent, ut nemo peregrinus ingredi „aulam ullam possit, nec egredi sine du„ce, dignum admiratione, quod unius„cujusque domus tabulata ac etiam cry„ptarum latitudines ex lapideis tabulis „integris, & magnitudine insolita ex„tructæ sint, nullo usquam nec ligni nec „alterius materiæ intetventu. At si quis „tabulatum ascenderit is videbit lapi„deum campum magnum stratum la„pidibus, inde incidet iterum in aulas „27 ordine positas & columnis ex solito „lapide innitentes; parietes quoque i„psos ex lapidibus non minoribus com„positos. In fine ædificii quod plus „stadio occupatur, est sepultura quæ„dam, pyramis quadrangula cujus „quodlibet latus ferè jugerum & altitu„do par sepulturæ, nomen est *Imendas*, „vel *Simendes*, dicunt tot aulas ibi fa„ctas esse, quot erant Præfecturæ sive „*Nomi Ægypti* ad quos causa consultan„di de rebus magni momenti conveni„re solebant. *Ita Strabo.* Quia tamen ex *Hecatæi* relatione fabrica hæc *Ismendis* Labyrintho minimè, sive magnificentiam, sive vastitatem spectes, est inferior, hîc ejus quoque descriptionem ex ipsis *Hecatæi* oculati testis apud *Diodorum* verbis apponemus, quamvis ego putem & Labyrinthum & Simendis mausoleum unum fuisse, Labyrintho adjectum. *Sect.* III.

Sepulchra quoque, inquit Diodorus, *Regum priscorum mirabili opere, & quæ minimè æquari à posteris possent, fuisse ajunt. Referunt sacerdotes 47 sepulchra regia, quorum usque ad* Ptolemæum Lagum *17 tantum supererant, in eorum libris scripta contineri, eorumque etiam plurima, quo tempore ad ea loca accessimus, absumpta erant, Olympiade* 180. *Non solùm verò ab* Ægyptiis *sacerdotibus hæc traduntur: sed* Græci *complures, & in his* Hecatæus, *qui*, Ptolemæi Lagi *tempore*, Thebas *profecti, historias* Ægyptias *scripserunt, nobiscum sentiunt, de prioribus enim Regum sepulchris, in quibus traditur* Jovis *pellices conditas fuisse, reticens singula; solum regis monumentum, qui* Simendius *est, tradit fuisse stadiorum decem, cujus in aditu porta erat vario lapide constructa, & hujus longitudinem duorum jugerum, altitudinem* 45 *cubitorum fuisse ait. Post hanc ingredientibus aderat lapideum peristylium quadratum, cujus singula latera jugera quatuor complecterentur. In eo pro columnis animalia erant sita ex uno lapide* 16 *cubitorum ad antiquam formam fabricata.*

Magnitudo statuarum.

Textura omnis superior tecti confecta ex lapidibus duorum passuum latitudine, variisque stellis cæruleis ornata. Ex hac deinceps alter erat aditus, & in eo porta priori similis, sed sculptura uberiori. In ingressu statuæ tres positæ erant ingentes unius lapidis, Memnonis *opus, harum una sedens, cujus pedis mensura septem excedebat cubitos, cæteras* Ægypti *statuas magnitudine superabat; duæ præterea usque ad genu, altera à dextris, altera à sinistris, filiæ, & matri, minores positæ. Hoc opus non solùm magnitudine conspicuum, sed arte mirabili, & lapidum natura excellens fuit, cum in tanta mole neque fissu-*

Cap. III.

ra quæpiam, neque macula ineſſet. Scriptum erat in eo.

Rex Regum *Oſymandias* ſum, ſi qualis fuerim, & ubi jaceam, noſſe velit, meorum aliquid operum exuperet.

Eſſe quoque & aliud ſignum matris ferunt, unico lapide, cubitorum 20, habens ſuper caput reginas tres, quæ oſtenderent, filiam, uxoremque & matrem Regis fuiſſe. Poſt hanc portam & aliud erat periſtylion ſuperiori nobilius, ſculpturis variis, in queis bellum erat contra Bactrianos, *qui ab eo defecerant, geſtum adverſus hos quadringentis millibus peditum, equitum 20 millibus, in quatuor partes diviſo exercitu, quorum omnium filios Regum geſſiſſe imperium. Prima muri pars obſidionem urbis (ſcilicet* Bactrianorum) *ſculptam continebat ab ea parte, qua fluvius muros alluit. Rege deinde cum hoſte congreſſo leo unà cum eo terribiliter pugnabat.* Vide figuram fol. 43. inſertam. *Secundus paries ſculptus erat captivis abſque pudendis, manibuſque, à Rege ductis, quæ nota erat illos fuiſſe animo viles, & corpore imbecilles. Tertium latus ſculpturis variis picturiſque decoris, Regis ſacrificia, triumphoſque devictis hoſtibus continebat. In medio periſtylio erat ſubdialis ara ex pulcherrimo lapide, & opere excellens, & magnitudine miranda. In ultimo autem parietе ſtatuæ jacebant duæ ingentes ex unico lapide cubitorum 27, ad quas tres ex periſtylio aditus patebant. Has prope domus erat columnis ſuſpenſa, cujus latus quoque duo jugera, id eſt, 480 pedes amplectebatur, in ea ſtatuæ ligneæ haud parvo numero, referentes eos, qui in judiciis ſententias ferrent. Hi ab una parte muri ſculpti 30 numero erant, in medio judicii princeps, cujus à collo ſuſpenſa Veritas penderet, & oculis eſſet ſubclauſis, librorum cumulo circumſtante. Hæ imagines præ ſe ferebant judices integros eſſe debere, & ſolam veritatem inſpicere. Deinde ambulacrum erat domibus plenum, in eiſque diverſa epularum genera ſuavi guſtu præparata. Sculptus deinde eminentior cæteris Rex variis coloribus aurum argentumque, quæ ex aureis argenteiſque metallis annuatim accipiebat, DEO offerens cum inſcriptione ſummæ,*

Bactrianorum prælium inter Ninum & Zoroaſtrem commiſſum & figuris expreſſum.

Variis hieroglyphicis ſingula expreſſa.

Sect. III.

Minæ ter decies centena, & ducenta millia millium.

Sequebatur deinde ſacra Bibliotheca cum inſcriptione,

Animi Medicamentum.

Erant deinceps omnium Ægypti *deorum imagines, Regis quoque dona ferentis, quæ cuique competerent* DEO. *Ponè Bibliothecam domus ſita erat egregia, in qua 20 eſſent* Jovis & Junonis *lectiſternia. Regis inſuper ſtatua, ubi & Regis corpus ſepultum jacebat. Hanc circumſtabant plurima habitacula, in quibus picta cernebantur animantia Ægyptia, omnia ſacris apta. Circumibat monumentum aureus circulus cubitis 365, unius cubiti ſpiſſitudine, in quo deſcripti erant per ſingulos cubitos dies anni, & aſtrorum ortus atque occaſus, quidve ea ſecundum Ægyptios aſtrologos obſervata ſignificarent. Eum circulum ferunt, quo tempore* Cambyſes & Perſæ Ægyptiis *imperabant, ablatum. Hoc* Oſimandri *monumentum non ſolùm cæteris omnibus ſumptuoſius, ſed & artificio excellentius fuit.* Hactenus *Hecatæus* apud *Diodorum.*

Omnium Ægypti deorum imagines.

In hac inſolenti prodigioſi operis fabrica, tria maxime admiratione digna occurrunt. Primum eſt ſtatuarum tam multiplicium ex unico lapide conſtructarum, quarum ſingulæ 32 pedum altitudinem habebant. Excedebat has multis paraſangis in ſecundi periſtylii aditu ex tribus media, cujus vel pes ſolus ferè adæquabat altitudinem earum, quæ loco columnarum ſerviebant, utpote 28 pedum, ſeu ſeptem cubitorum longitudinis. Cum itaque pedis longitudo ſit ſubſextupla ad totius altitudinem corporis, erat dicta ſtatua, ſi erecta ſtetiſſet (ſedentis enim habitu

Examen ſingulorum mirabilium.

fere-

Cap. III. ferebatur) 168 pedum, quam ne *Rhodius* quidem Solis Coloſſus adæquaſſet. Memorantur & aliæ duæ proſtratæ, quarum ſingulæ 108 pedum habebant longitudinem, quæ tametſi priori magnitudine cederent, præſtantia tamen lapidis longè ſuperabant. Secundò quadratum ædificium columnis innixum, cujus ſingula latera longa 480 pedes, columnis 27 ex integro lapide fulcita, quibus in ſuperiori tecto totidem reſpondebant immenſæ magnitudinis ſtatuæ ligneæ. Tertium erat aureus circulus qui circumdabat *Simendis* monumentum, 365 cubitorum, qui totius anni dies, aſtrorumque ortus, & occaſus, aſtrologorumque electiones, obſervationeſque continebat, erantque ſinguli gradus unius cubiti, id eſt, 4 pedum, tam in longitudine quàm latitudine, uti & craſſities, diameter ejus ex mathematico ratiocinio 120 circiter cubitorum, id eſt, 480 pedum erat, ex quo amplitudo loci quem occupabat, ſatis colligi poteſt. Præterea ſi aureus fuit, ut *Diodorus* memorat, & non ex ære inaurato, tota circuli moles 3650000, id eſt tres milliones, ſexcenta & quinquaginta millia librarum pendebat, poſito cubitum ſolidum auri, ſive cubum aureum, qui 4 pedes tam in latum, quàm in altum contineat, 10000 libras pendere. Quæ res vix animo concipi poteſt.

Circulus aureus.

CONSECTARIUM.

Hinc collige lector curioſe, architectorum ſummam Geometriæ tum in ſingulis delineandis pingendiſque, tum in ſingulis fabricæ membris ritè diſponendis peritiam & induſtriam, ſculptorum prodigioſas ingenii dotes, in tam enormibus ſtatuis, columniſque ex unico lapide ſervatâ humani corporis perfecta proportione, effor- *Sect. III.*
mandis; auri quantitatem in unius orbis cœleſtis fabrica, non minori ingenii, quàm divitiarum felicitate demonſtratam. Quæ ſanè opera ſi paulò penitius conſidero, auſim ſanctè affirmare, hoſce ſummi ingenii homines, uti nihil humanarum ſcientiarum latuit, ita earum ope humanis quoque operibus majora præſtitiſſe, cum vel in unica fabrica efformanda omnes artes & ſcientias, Phyſicam & Mathematicam conſpiraſſe videam. Quis enim hodierno die ſimile quid attentare audeat, niſi totius naturæ conſultus, niſi totius Arithmeticæ, Geometriæ, Opticæ, Aſtronomiæ, Mechanicæ, Staticæ, cæterarumque annexarum artium peritia ad miraculum præditus? Nemo itaque miretur totius architecturæ rationem primò ab *Ægyptiis* ad *Græcos*, ab his ad *Romanos* devolutam, in hunc diem ſuam adhuc tueri exiſtimationem.

Veterum incomparabilis peritiæ ingenium.

Nil dicam hic de *lacu Mœridis*, qui, teſte *Herodoto* plus admirationis habet, quàm omnia huc uſque enarrata opera. Habet is in circuitu tria millia & ſexcenta ſtadia, ubi profundiſſimus eſt 50 paſſuum, humana induſtria ad aquas *Nili* ſtagnantes tum recipiendas, tum iiſdem deficientibus ad terram rigandam excavatus. De ejus miraculo vide citatum *Herodotum in Euterpe* ſingula exactiſſimè deſcribentem.

Lacus Mœridis *deſcriptio.*

Non memoro *Thebanæ civitatis* miracula, quæ apud *Strabonem, Diodorum*, & paulò antè citatum *Herodotum* videantur, quæ profecto tanta ſunt, ut ipſis auctoribus teſtibus nihil in humanis rebus majus & excellentius fieri poſſit. Atque hæc ſunt quæ de Architectonica *Ægyptiorum* dicenda putavimus.

CAPUT IV.

DESCRIPTIO EXACTA
SIVE
ICHNOGRAPHIA
Labyrinthi Ægyptiaci, potentiâ humanâ superioris, quem posteri Chami *Reges* Ægypti *mirabili opere ad* Lacum Mœridis *extruxerunt.*

MUltæ sanè tum in *Babylonia, Græcia*, tum *Romæ*, alibique prodigiosæ fabricæ, quæ proinde ab auctoribus inter septem miracula mundi computatæ, fuerint, recensentur, de quibus in præcedentibus actum est, sed quæ *Ægyptiorum* in vastis, & admirandis fabricis erigendis potentiam superarint, nullam invenio. Atque talis fuit fabrica Labyrinthi, quem juxta *Lacum Mœrides*, *Chami* progenies post erectionem pyramídum, unà cum *Simandis* potentissimi Regis mausoleo, fundavit, cujus molem cum apud *Herodotum*, *Diodorum*, *Hecatæum*, *Strabonem*, *Plinium*, legissem, tantorum operum admiratione attonito, magnum jamdudum nonnulla ichnographica delineatione tam immensæ fabricæ constructionem exprimendi æstuanti animo insedit desiderium; quod uti in *Oedipo*, de *Ægyptiorum* fabricis, fieri non potuit, ita in hunc locum opportunè differendum censui.

Architectus, ut omnium præcedentium seculorum monumenta multis, ut ajunt, parasangis excelleret, novâ & inauditâ inventione non fabricam, sed quæ vel integram urbem vastam exprimeret, condere est aggressus; in quo nescio an potius ipsam fabricæ admirabilem dispositionem, an architecti ingenium humano superius obstupescam. Sed ut ea luculentius exponantur curioso lectori, fabricam ab ovo, uti dici solet, exordior.

I. Erat, ut in hac præsenti Ichnographia patet, totum opus in quadro extructum, teste *Hecatæo*, atque juxta quatuor mundi partes dispositum, peristylio circundabatur, quod loco columnarum, uti *Hecatæus* narrat, fulciebant animalia, & statuæ Deorum *Ægyptiorum*, ex uno lapide 16 cubitorum longitudinis ad antiquam formam fabricatæ, & si uni cubito tres palmos demus, singularum statuarum altitudo 48 palmorum, & ipsum peristylium, cum basi & peridromidibus facilè 60 palmorum, ita ut per hujusmodi peridromia ambulacra suis balaustris instructa, spectari posset totius molis congeries. Latus peristylii, teste *Strabone*, ad 800 passus; *Plinius* verò ad mille passuum spatium extendit; *Hecatæus* verò decem stadiorum totius ambitum fuisse refert, ita ut ultra 1250 passus, quos ejus ambitui *Hecatæus* tradit, *Plinius* insuper jungat 2750 passus. Quicquid sit, nos certa mensura unum hujusmodi latus juxta Romanam mensuram, spatium quod est à Ponte Sancti Angeli hîc *Romæ*, usque ad S. Petrum & ultra, si non excessisse, saltem adæquasse, comperimus, quod in quadrum eductum, ingentem urbem effeciisse, luculenter patet, quin & ipse *Plinius* tria millia domorum comprehendisse memorat.

II. Per dicta hæc peristylia circumquaque aditus erant ad labyrinthum, quem *Strabo* in 30 Nomos, seu Præfecturas, *Plinius* in 16, *Herodotus* in 12, velu-

*Cap.*IV. veluti aulas quaſdam non ſine myſterio diviſum ferunt. Nos *Herodotum* ſecuti, eum in 12 partes, juxta principales *Ægypti* Nomos, ſeu Præfecturas dividendum cenſuimus, eo ordine, ut ſingulę partes magnitudine quidem æquales, at juxta myſteria quæ in Nomis ſingulis *Ægypti* numinibus inſignitis, magnis, & occultis ceremoniis peragebantur, ob arcanam Domorum habitaculorumque extructionem eſſent diverſiſſima: cum immenſa hujus Labyrinthi ſtructura aliud non exprimeret, quàm templum Deorum immortalium, quo & Reges, & ſe, & ingentes theſauros ſuos unà ſecum condi vellent: eſſetque hæc fabrica quaſi epitome quædam, & compendium iſtius templi, quod univerſam *Ægyptum*, numinum *Ægyptiorum* cultu confertàm eſſe credebant, quemadmodum in *I. Tomo Oedipi* de Nomis *Ægyptiorum* fusè deduximus, & hîc in expoſita ichnographia vides. Per periſtylia igitur in omnes 12 Nomos, aditus patet, quorum I. eſt Nomus Oſiris nomine inſignitus. II. Saiticus. III. Cynopolitanus. IV. Crocodilopolitanus. V. Bubaſticus. VI. Thebaicus. VII. Heliopolitanus. VIII. Hermonticus. IX. Memphiticus. X. Atribiticus. XI. Canopicus. XII. Heracleopolitanus. Et in hunc finem fuerunt à Regibus extructæ, ut unaquæque præcipuos *Ægypti* 12 Nomos exprimeret quos & *Herodotus* aulas vocat, unicuique urbi, aut Nomo proprias, in quibus ſeſe ſacerdotes, ad de rebus, ad deorum cultum; tum in iis per appropriatas cerimonias peragendum pertinentibus, tum ad *Ægyptum* per numinum tutelarium attractum magicum, conſervandam, conferebant.

Et primò quidem notet lector, Nomos ſingulos, uni ex præcipuis diis, quos magno cultu venerabantur, conſecratos fuiſſe; in centro verò aulæ nomicæ, tum eorundem ſimulacra, tum Regis talis, & talis, qui Nomo dominabatur, ectypo, monumento opulentiſſimo, veluti in cimeliarchio quodam, una cum corporibus balſamo conditis, repoſita fuiſſe, ad quod per adeò tortuoſas ſemitas adeò intricata differentium domorum habitacula per tot occultos meandrorum aditus dabatur, ut qui theſauris inſidiarentur, ex tot tantiſque viarum anfractibus, innumerabilium portarum aularumque diſcriminibus, nec non ex tortuoſis penetralium ambagibus, ſeſe, teſte *Herodoto* extricare minimè valerent. Dum enim ex camera in cameras, ex xyſtis in aulas peramplas, ex his in fana, ex fanis in colymbethras, ex his in hortos, ex his denique in novos ingentium aularum receſſus, abeuntes, dum remeare ſine duce tentarent, tantò utique majoribus ſeſe erroribus involutos reperirent, quantò plus proceſſiſſent; neque putet quis, hujuſmodi Nomorum ſtructuram exiguum loci ſpatium, uti in præcedentibus de periſtylio diximus, ſed ſingula Nomorum latera unam tertiam milliaris partem occupaſſe, uti ex *Plinio* & *Hecatæo* colligimus, ac proinde haud palatii cujuſdam perampli, ſed haud exigui cujuſdam oppidi partem expreſſerint. Unde cum tota ſtructura præter centralem Labyrinthum 12 hujusmodi oppida continuerit, lector colliget, qualis debuerit eſſe tota hæc coacervatorum Nomorum congeries? Et quemadmodum per multiplices viarum ambages ex Nomo in Nomum, ſine impedimento aditus dabatur, ita quoque per periſtylia niſi per quatuor portas, neque exitus, neque aditus concedebatur, ut proinde exteri ſine duce viarum gnaro ingreſſi, perpetuò vagabundi errorum finem nunquam reperirent; qui verò ad medii, ſeu centralis Labyrinthi penetralia, in quo ceu centro quodam monumenta duodecim Regum artificioſè extructa unà cum *Sect.*III.

the-

Cap. IV. thesauris suis condebantur; certò, tantò ad eum intricatior dabatur aditus, quantò majores thesauri in eo continebantur. Ne verò illi sive ab exteris, sive ab indigenis auri fame instigatis invenirentur, certè necessaria illi fuit tam inextricabilis ad illos via, ut nimirum introeuntes sine duce absque ulla spe exitus, in mortem citius, quàm in thesauros inciderent. Quoniam verò neque forma, neque figura hujus labyrinthi ab auctoribus describitur, nos singulorum dispositionem, non qualis revera fuerit, sed qualis esse potuerit, aut debuerit, ad inauditam fabricæ monstruositatem ostendendam, eo, quem vides schematismo, omnia tamen ex *Plinii*, *Herodoti*, *Hecatæi*, *Strabonis* relatione, & mente eorum omnium, qui de Ægyptiis rebus scripserunt extracta hîc exhibenda censuimus. Verùm quia video, lectorem in multis hæsitaturum, & tam barbaræ magnificentię intentum scopum, sive finem nosse desideraturum. Certè, quantum ex auctoribus colligere licuit, illorum finis fuit, quemadmodum paulò antè innuimus, ut esset sepultura Regum, veluti in magnificentissimo, & compendioso totius *Ægypti* templo, diis consecrato sub eorum tutela, usque ad definitum metempsychoseos fatum, incorrupti, illibatique conservarentur; de qua Metempsychosi quidem, sive revolutione animarum, quod est proprium *Ægyptiorum* dogma, à quibus & *Pythagoras* illud hausit, fusè egimus in III. *Tomo Oedipi*, *Syntagmate de Mumiis*: & in separato opere, cujus titulus: *Sphynx mystagoga; sive Diatribe de Mumiis hieroglyphicatis.*

Quia mos erat Ægyptiis Regibus, auri, argenti, & cimeliorum thesauros, & quicquid tandem pretiosum habebant, diis consecratos unà secum intra tumbas deponere; quia verò verebantur, ne temporis successu, thesaurorum absconditorum notitia homines fame impulsos auri ad thesauros detegendos excitaret, quibus prævisis sepulchra, uti cimeliarchia inextricabilibus viarum, tortuosisque recessibus ad ea aditum per multiplices labyrinthos ita obstruxerunt, ut nemo ex inaudita arte constructis itinerum anfractibus se expedire unquam posset. Atque ideò teste *Herodoto*, structura Labyrinthi subterranea fuit, intra quam nullus Solis radius incidere posset, solis accensis facibus viarum ducibus penetranda: sic enim refert: *Bifaria in eo sunt domicilia, una subterranea, altera superiora illis imposita, utraque tria millia quinquaginta domorum, quorum ea, quæ superiora sunt, vidimus, subterranea verò auditu accepimus. Nam qui Labyrintho præpositi Ægyptii, nolebant illa ullo modo monstrare, quod dicerent, illîc sepulchra esse, tum eorum Regum, qui Labyrinthi ædificandi fuerunt auctores, tum sacrorum crocodilorum.* Nemo igitur putet, subterraneum illum Labyrinthum habitatum fuisse, sed sacerdotibus subinde, ad deos sacrificiis, variisque ceremoniis in festorum solemnitatibus, veluti in adytis sacris propitiandos, eum adire consuevisse, ut paulò antè diximus. Ut verò istiusmodi structura æternùm duraret, in illo nihil ex ligno, calce, terrestriumque portionum cumulis, sed immensa vastissimorum lapidum, marmorumque congerie, proportionatâ tamen symmetriâ, non obstante viarum multiplici tortuositate, constructum fuisse; norant enim omnia præter durissima marmora temporis successu, corruptioni patere, uti in *Obelisco Pamphilio* de proprietate saxi, quo obeliscos extruebant, diximus. Habes hîc, lector, subterranei Labyrinthi ichnographiam paucis pro dignitate rei expositam. Nihil porrò restat, nisi ut nonnihil de supraposita Labyrinthi fabrica dicamus.

Sect. III.

Sup-

Cap. IV.

Superior Labyrinthus.

De hoc Labyrintho sic dicit Herodotus. *Ita de inferiori docti comperimus, superiora ipsi aspeximus humanis operibus majora. Nam anfractus seu egressus per tecta, & regressus per aulas, uti erant diversissimi, ita quoque infinita me admiratione afficiebant: ex aula in conclavia transitur, ex conclavibus in cubicula, è cubiculis in solaria alia, è conclavibus in aulas alias,* &c.

Hanc descriptionem omninò similem fuisse, utpote supra cujus fundamenta construebatur, inferiori ichnographiæ à nobis adductæ, ut videlicet inferiorem architecturam, quæ tenebris involuta jacebat, ex superiori suprapositа conjecturarent. Erat enim ita superior, uti inferior in 12 Nomos distributa, utramque enim *Herodotus* tribus millibus domuum constitisse narrat. Ichnographiam itaque nostram ita dispositimus, ut quæ infra tecta essent, supra in propatulo paterent.

Synopsis rerum in Labyrintho contentarum.

1. Totus Labyrinthus peristylio circumdabatur sub forma quadrati, & juxta 4 mundi angulos dispositа, uti in schematismo monstrat latus A B C D, & E F G H, latus oppositum; deinde duo latera pariter oppositа, quæ quia optica projectione exprimere non licuit, saltem per orthographiam linearem H I, & F G exhibuimus. Cum enim ichnographicῶs Labyrinthum exponere visum sit, eaque omnem projectionem opticam respuat, uti Optici nôrunt, totius molis ambitum saltem eo, quo licuit, modo exhibuimus.

2. Duodecim Nomorum districtus, quibus Labyrinthus constabat, invenies singulos ordine numeris suis expressos una cum genialis figuræ simulacro in medio Nomi positо, ei videlicet deastro, cui Nomus consecratus erat, qui quidem omnes labyrinthæâ structurâ constabant, quos nos non eâ quidem delineatione, quâ olim constiterunt, sed eo modo, quo esse debebant, aut poterant, exhibuimus, ita tamen, ut quantum ex auctoribus colligere licuit, mysticâ quadam formâ unicuique Numini congruâ constarent; ubi nota, notam hanc O vel = portas significare, ex quibus undique dabatur ingressus, egressusque ad in numeras alias portas aulasque; ipsæ verò lineæ, muros: hæc verò figura ◎. significat scalas seu cochlides, ex quibus ex inferiori ascendebatur in superiorem Labyrinthum patulum & luci expositum. *Sect.* III.

4. Medius verò Labyrinthus, is erat, in quo corpora Regum balsamo condita unà cum thesauris eorum depositа erant, præterea sacrorum Crocodilorum monumenta exhibet, quem nos tanquam inaccessum modo nostro verisimili conjectura exhibuimus.

5. Peristylia verò A B C D &c. superiorem Labyrinthum sustentabant, in quibus loco columnarum molem fulcientium numinum *Ægyptiorum* statuæ, singulæ cum habitu unicuique congruo, immodicæ magnitudinis spectabantur, singulas quoque 48, alii 70 palmorum altitudinis fuisse contendunt; erantque in toto ambitu 48, juxta 48 deorum mansiones, quas in cœlesti globo constituebant, ut ex *Oedipi secundo tomo de astrologia Ægyptiorum* patet.

6. Quæritur tandem, in quem finem tam grande, tam invisum, tam admirabile opus, cui simile neque anteriobus, neque posterioribus seculis, ulla humana potentia condere potuit, tot tamque immensis sumptibus extruxerint? Respondeo, quod & *Plinius* sensit, otiosam fuisse superborum primæ-

Cap. IV. vorumque Regum jactantiam, & barbaram, ſtultam otioſamque oſtentationem, quâ ad æterni nominis conſequendam celebritatem perciti, ne quiſquam poſterorum ſe de operum ſimilium magnitudine, ſtupendiſque molibus exſtruendis præſumere poſſet, aut ſimilia ſe perficere poſſe, non dicam attentare, ſed ne cogitare quidem auderet. Nihil igitur reſtat, niſi ut ipſam labyrinthææ fabricæ conſtitutionem fuſius exponamus. *Sect.* III.

CAPUT V.

De tempore, quo tanta opera conſtructa fuerunt.

Cap. V. QUæcumque de Babylonicis monumentis à *Nembrod*, *Nino* & *Semiramide* extructis paulò ante tradidimus, illa intra annum, poſt diluvium 275, quo linguarum diviſio accidit, uſque ad annum poſt diluvium 450 peracta fuiſſe, ex chronologica noſtra tabula luculenter conſtat. Conſtat quoque ex ſupra adductis & probatis, in *Turris* fabrica, totum genus humanum unà tum in *Babylonis* ſeu *Senmaar* regione, tum in vicinis *Meſopotamiæ* & *Aſſyriæ* regionibus collectum fuiſſe. Poſt confuſionem verò, quæ anno 275 poſt diluvium contigit, tum primùm in varias mundi partes genus humanum diſperſum fuiſſe. Quia verò *Chamo* ſorte *Ægyptus* obtigerat, cum univerſa familia, filiorumque *Chus*, *Miſraim*, *Phuth*, innumerabili filiorum progenie aſſociata in deſtinatam ſibi *Ægypti* regionem conceſſit, ubi terram omnium rerum affluentia prædítam invenientes, ex aquæ Niloticæ fœcunda natura & proprietate, mox in ingentem hominum multitudinem excrevêre, cujus ope freti, dum recordarentur mirabilium operum à *Nembrod*, *Nino*, cognatiſque peractorum in *Babylone*, & ipſi multitudine hominum armati, ad imitationem eorum vaſtas illas, quas deſcripſimus, pyramides in ſepulturam ſuorum patrum erexerunt, ad imitationem *Semiramidis*, quæ viro ſuo *Nino*, ejuſque Patri *Nembrod*, ſive *Belo*, in *Aſſyria* juxta civitatem *Ninivem* pyramidem quam ſupra deſcripſimus, prodigioſæ altitudinis, unà cum obeliſco omnium eorum, quæ hominum induſtria unquam facta ſunt, maximo in *Babylone* erecto, conſtituerat. Quid verò per pyramidum, obeliſcorumque myſticas figuras intenderint, fuſè in *Obeliſco Pamphilio* & *Oedipo* expoſuimus. Vivebat tunc temporis in *Ægypto* vir magni ingenii ex Chananęa ſtirpe prognatus, & admirandus tum naturalium, tum humanarum divinarumque rerum inveſtigator, quem *Ægyptii* Θωύθ, *Arabes* Adris, *Græci* ἑρμῆν τρισμέγιστον dixere. Hic ad nominis immortalitatem conſequendam aſpirans, myſteria divinitatis quæ à *Semo* vivente adhuc & à *Chamo*, ex cujus familia erat, audiverat, per novum & inauditum genus literaturæ, quam hieroglyphicam poſteri dixerunt, ſymbolis ex univerſæ naturæ gradibus aſſumptis, dicta divinitatis & naturæ occulta ſacramenta, ſaxis in formam obeliſcorum erectis æternum duraturis inſculpſit, quæ ideo columnæ *Hermetis* à poſteris dictæ fuerunt. Nam ut rectè *Jamblichus*: Pythagoras, Plato & Eudoxus *omnium ſcientiam ex columnis* Mercurii *didicerunt*: ſed quoniam hæc omnia in obeliſco

ادريس
Adris.

quam

Cap. V. quam ampliſſimè proſecuti fuimus, eo lectorem remittimus. Hoc pacto poſteri exempla Patrum ſuorum ſecuti, nihil aliud meditari videbantur, quam ut quiſque inviſis fabricarum monumentis, æternam nominis gloriam apud poſteros conſequeretur. Et hæc quidem omnia à Regibus *Ægypti* 400 annis ante ortum *Moſis* geſta fuiſſe in *operibus noſtris Hieroglyphicis* ad longum demonſtravimus. Quod verò hæc omnia proceſſerint à Regibus *Ægypti*, Nepotibus *Chami*, *Chus*, *Miſraim* & *Hermete Chananæo*, monſtrat ſepultura *Simendis*, ubi memor inauditæ victoriæ, quam contra *Bactrianorum* Regem *Zoroaſtrem* obtinuerat *Ninus*, totam hiſtoriam in Aulis ingenti magnificentiâ exſtructis marmoreis ſaxis inſculpi curavit. Erat in *Babylone* quoque ingens Palatium *Nini*, intra cujus muros dicti *Nini* cum leone, & *Semiramidis* cum tigride contendentis ſimulachra, cæterarumque ab eo geſtarum rerum ſeries inſculpta conſpiciebatur, quam & dictus Rex *Smendius* pariter palatio à ſe conſtructo intulit. Omnes igitur pyramidum, obeliſcorum, labyrinthorum ſtructuras, una cum arcana hieroglyphicæ literaturæ deſcriptione ante *Moſis* ortum jam conſtitiſſe, citatis paulò ante libris, varia auctoritatum farragine comprobatum reperiet lector. Nihil igitur primis iſtis poſt diluvium uſque ad *Moſen* 800 circiter annis, ad magna & ardua aggredienda ſuperfuiſſe videtur, niſi vera fides, & divinæ religionis cultus, à qua uti ſtirps *Chami*, à DEO quippe maledicta declinavit, ita quoque feneſtram ad omnem ſuperſtitionem aperiens, non *Ægypti* ſolummodo, ſed univerſam terram ψευδοπολυθείας, ſive falſorum ridiculorumque numinum multitudine & varietate replevit. *Sect.* III.

CAPUT VI.

De artificioſis machinis in Labyrintho ad eos qui ingreſſuri erant terrore concutiendos exſtructis.

Cap. VI. AUctores præterea hiſce varia junxiſſe ferunt terriculamenta, quibus ingredientes vehementi terrore percellebantur, & *Arabes* quidem de hiſce Labyrinthæis meatibus potiſſimum loquuntur, dicunt primò certis in locis ſtatuas fuiſſe poſitas, quæ pavimentum dum pede ingredientes percuterent, ſtatuæ mox ore & faucibus horrendis, brachiis quoque ſolutis tam arctè ea ſtringerent, ut vel ſolo amplexu exanimarentur. 2. Aulas nonnullas eo artificio conſtructas; ut vel ſola voce prolata per varios reflexionum circulos inter ſaxeos parietes factos ſoni vox in immenſum aucta non unam, ſed integri exercitus clamantis tumultum referret; unde exterrefacti exploratores dum fuga ſuæ vitæ conſulunt, majoribus implexi erroribus timore exanimes caderent; portis quoque apertis neſcio quem horrendum ſonum percipi, quo attoniti, & panico quodam terrore perculſi ab ulteriori inquiſitione deſiſtere cogerentur; *Strabo* præterea, narrat *Thebis* coloſſum immenſæ granditatis fuiſſe ad cujus abacum certa hora peregrinus quidam ſonus percipiebatur, quem ipſe quoque ſe audiſſe fatetur, an verò iſtiuſmodi techmaſma caſu, an magico artificio, aut ingenii ſolertia conſtructum fuerit, aliis diſcutiendum relinquit; huc pertinet ſtatua *Memnonis*, quæ orientis ſolis radiis percuſſa, neſcio quem harmonicum ſonum edere

SCHNOGRAPHIA
LABYRINTHI *alterius a* Dædalo *Architecto ad formam Ægyptiaci in* CRETA *Insula constructi, quem postea fabulosæ narrationes de Theseo, Minoe, Ariadna et Minotauro veteres Poetæ et Oratores celeberrimum fecerunt.*



Cap. VI. solebat; in certis quoque Regum sepulchris igneas flammas videri perpetuo lumine præditas, quod quomodo fieri potuerit 4. *tomo in Oedipo Syntag. de lucernis veterum Ægyptiorum* docuimus. Multa similia passim citant auctores in subterraneis *Ægyptiorum* Sect. III. adytis spectari paradoxa sane & incredibilia, quæ omnia in 3. *parte Oedipi Syntag. de mechanica, & magia Ægyptiorum*, multiplici auctorum testimoniis confirmata, congesta reperies.

CAPUT VII.

De Labyrintho in Creta, Lemno, *aliisque* Græciæ *locis ad similitudinem istius Ægyptiaci constructis.*

C. VII. STupenda nostri Ægyptiaci Labyrinthi moles, vastitas & magnificentia ita animos cæterorum diffusa fama accendit, ut nec *Græci* nec *Romani* se continere potuerint, quin in *Ægyptum* profecti eorum spectarent fabricas quas ab historicis veluti humanis operibus superiores acceperant; fuit inter cæteros *Græciæ* architectos, *Satyrus*, quem alii cum *Dædalo* confundunt, qui *Plinio* teste, data opera in *Ægyptum* se contulerunt, ut juxta *Ægyptiorum* molimina fama supra æthera nota simile quid machinaretur in *Græcia*, etenim cum Labyrinthæam structuram exactiùs explorasset, in tantorum operum contemplatione animo ingenioque confusus, nequidem centesimam partem istius Labyrinthi quem in *Creta* & *Lemno* insula construere moliebatur, imitatus sit; uti in præcedentibus ex *Plinio* recensuimus, & *Plutarchus* quoque apud *Natalem Comitem* hoc pacto sive historiam sive fabulam exponit; Theseus, inquit, *ante* Pirithos *societatem adhuc adolescens in* Cretam *cum iis navigare voluit & unus ex iis, qui quotannis pro morte* Androgei *ad* Minoëm *Regem* Cretæ *tributi nomine mittebantur, quos dicebant in Labyrinthum inclusos à* Minotauro *vorari; fabulantur* Minotaurum *corpus totum habuisse hominis, at caput bovis, hic erat in Labyrintho loco amplissimo & inextricabili viarum plurimarum ambage, qui factus fuerat ad Ægyptiaci illius Labyrinthi formam ad Crocodilopolim* extructi. De *Ariadna* vero *Minoïs* filia & *Minotauro* fabulam, si quis exactius quidpiam nosse desiderat is adeat *Natalem Comitem* aliosque mythologos, quia omnia quam diffusissimè descripserunt, nos ob nefandas quæ in iis occurrunt obscœnitates ea consulto omittenda censuimus. Hujus verò Labyrinthi plerique auctores architectum faciunt *Dædalum*, *Plinius* potiori voce auctorem facit paulo ante citatum *Satyrum* qui in *Creta* & *Lemno* extructurus Labyrinthum data opera in *Ægyptum* profectus est, ut ex admirabili labyrinthæi molis structura similem construeret, sive molis vastitatem, sive ingenii vim spectes, prorsus imparem. Certe ex variis relatione dignis accepi, in *Creta* in spatioso campo ejus etiamnum vestigia spectari ad multa millia passuum. Unde peringeniosus P. *Christophorus Grumbergerus* Societ. nostræ excellens mathematicus, P. *Clavii* in re mathematica olim socius & calculator, dato, diametrum ejus 336 passuum fuisse, ejus capacitatem gyrorumque anfractus atque tempus in iis percurrendis insumptum, demonstrandi occasionem sumpsit. Præsupponimus autem *Satyrum* Plinianum hujus Labyrinthi architectum in eo extruendo non confuso & tumultuario labore usum fuisse, sed sibi figuram rotundam seu omnium capacissimam selegisse, atque ingeniosa inventione primo murorum ambitus va-

C. VII. rioſque flexus & reflexus cum ſumma proportione primo in prototypo quodam expreſſiſſe, quem & dictus Pater *Grumbergerus* meliori modo, quo fieri potuit & debuit, hâc præſenti ichnographia exhibendum cenſuit. Unde partim ex ejus ambitibus Cyclicis, partim ex rectis tramitibus ingreſſurus ad centrum fabricæ filo *Ariadnæ* ductus, 5. horarum ſpatio ob inextricabiles errores pertingere vix potuiſſe oſtendit, qui verò Labyrinthum ſub quadrata forma ſtatuunt, illi adytum tam difficilem reddunt, ut ſine fili ductu facile exitum non reperiant. Vide figuram Labyrinthi Ægyptiaci mediam ſub quadrata figura poſitam, Cap. IV. inſertam: ſi quis verò petat, quam grandem glumum & quot paſſuum eſſe oportuerit, dico, ſi quis omnes ambitus circulares & directos tramites in paſſus reſolverit, inveniet is 4500 & amplius paſſus, quæ 4 milliaria Italica & 500 paſſus efficiunt, filum itaque 4500 paſſuum eſſe debebat, quod chordarum aut filorum conglomeratione glomum tam grandem efficiebat, ut vix ab homine aut jumento portari poſſet. Quemadmodum verò in Ægyptiaco noſtro Labyrintho præter eum qui centro totius fabricæ circumdabatur (quem & *Satyrus* ſive *Dædalus* in *Creta* unice imitatus fuerat) tot Labyrinthi erant, quot Præfecturas ſeu Nomos eum continuiſſe ſupra oſtendimus, omnia verò ſimul connexa unum Labyrinthum conficerent, ita quoque adeo inextricabilibus anfractibus multiplici aularum, porticuum, aliorumque ſimilium gurguſtionum tortuoſitate implicabatur, ut ſi filo *Ariadnæo* uti vellent, ne quidem ad redeundum unde venerant ſe evolvere per integrum menſem potuerint; & ne centeni quidem homines aut jumenta chordarum ſeu filorum glomos portare ſufficerent, quo ſine ſubſidio *Ariadnæ* ab inextricabilibus anfractibus exitus nunquam ſperari poterat. Sed quæres quomodo ſacerdotes Labyrinthi præſides ſine errore labyrinthæas tricas vitare potuerint, dico hos haud dubiè ſimili ichnographica ſupra exhibita delineatione uſos fuiſſe atque in omnibus flexuris, ſigna 4 mundi partium inciſa numeris aut quibuſlibet aliis notis impreſſa fuiſſe, atque hoc ichnographiæ modulo, quo eundum, quæ viæ tenendæ, tum ad Nomorum centra ubi ſepulchra Regum, tum ad centrum totius Labyrinthi, ubi mauſolea regum una cum Theſauris eorum condita erant, cognoſcerent. Sed hæc de labyrinthæis miraculis ad lectoris curioſitatem dicta ſufficiunt. Sect. III.

CAPUT VIII.

Tropologia Epilogiſtica Labyrinthi.

C. VIII. VEteres ſapientes per Labyrinthum nil aliud videntur ſignificare voluiſſe, niſi perplexam eſſe multiſque difficultatibus implicatam vitam hominum, cum ex aliis aliæ ſemper graviores oriantur; è quibus nemo ſe, niſi per ſingularem prudentiam & fortitudinem explicare poteſt; verum ea non duntaxat in privatam vitam, ſed in ambitionem hominum cadunt, quæ omnia mirificis difficultatibus & erroribus ſunt implexa; verùm quia difficilius eſt voluptatum quàm difficultatum certamen, ideo *Theſeus* tot horrificis monſtris trucidatis, tot laboribus exantlatis, tot periculis involutus fuit ut voluptatibus & effrenato quodam libidinis œſtro percitus, tandem fortia geſta infelici fine concluſerit. Sed ut hæc paulo exactius pon-

C. VIII. ponderentur, quid aliud Labyrinthus exprimit; nisi mundum in quo vita mortalium æstuat, dolore suspirat, & anxie inquirit ea, quæ ipsi æternæ ruinę causa sunt. Sunt autem tria potissimum, quæ vitam mortalium inextricabilibus erroribus involvunt; quorum primum est in magnatibus ambitio; in *Penelopes* procis Philomania, in omnibus invidia vindictę socia, quibus infelicissimi mortales in labyrinthæis hujusmodi meatibus exagitati de tricis innumeris in tricas inevitabiles, sine spe remedii, involvuntur & implicantur, donec tandem *Minotauro* devorandi, miserando fine cedant, & si ambitionis vitium penitius expendamus, videmus huic deditos verè in labyrinthæis erroribus vitam miserabilem consumere, utique periculo tanto majori quo grandiori solio eminuerint, dum enim regna regnis jungere, novos principatus erigere, supremam mundi curam prætendunt; ô quot curis, vigiliis, solicitudinibusque insudandum est; quot tricis nugisque se implicant; quot periculis sese exponunt, quo terrore percelluntur, ne incauti in os *Minotauri* tandem incurrant, unde spem inter & metum; perpetuum fluctuantes, quanto plus in tramitibus sibi constitutis provehuntur, tanto majoribus erroribus involutos se reperiunt, sine ulla spe conceptam molem ad desideratum finem perducendi, unde plerumque rabie ex adversæ fortunæ jactu dementati, invidiæ œstro perciti paulatim contabescentes, idem iis quod *Theseo* contingat. Hisce erroribus jactantur omnes ii qui post tot fortium gestorum spécimina, tot devictos populos, post *Sect.* III. tot monstra domita tandem intra effrænatæ libidinis labyrinthæas tortuositates, aberrantes veri *Penelopes* proci mente vacui, in aperto lumine cæcitate perculsi & idolo venereo perpetuò intenti mentem funestent, adeo ut meretricio porcorum instar luto incrustati, nihil aliud agitent, non sua nec se ipsos phanatico quodam morbo catenis ignorantiæ & turpitudinis arctè constricti curare videantur. Atque his quidem cum nulla evadendi spes affulgeat, quid aliud restat, nisi, ut *Minoi ταυρομόρφῳ* in cibum destinentur. Hujusmodi Labyrintho se committunt omnes ii, qui divitiarum opumque Thesauris plus æquo inhiant, omnes invidiæ & vindictæ furori dediti juxta illud,

Auri sacra fames quid non mortalia cogis
Pectora.

In quibus omnibus invidia, vindicta, cæteræque potentiores animi perturbationes æquo *Marte* concertant, sed enim quis tandem à labyrinthæis hisce erroribus liber & immunis statuendus est? nullus alius nisi quem funis *Ariadnæ* duxerit, quem ego nil aliud esse dixerim, quàm hominem rectum, justum, prudentem, nec non timore DEI perculsum, rerum humanarum contemptorem, qui in solo DEO spem suam collocatam habet; hic enim recto intentionis filo in hac ærumnosa mortalium vita munitus, liber & sine impedimento sese evolvere, DEO duce, poterit. Sed hæc de Labyrinthis dicta sufficiunt.

CA-

CAPUT IX.

De Græcorum *superbis fabricis monumentisque, quas ad imitationem* Ægyptiorum *nullo non tempore olim in* Græcia *moliti sunt.*

1. *Templum* Dianæ Ephesiæ.

INter cæteras fabricas, quarum veteres scriptores mentionem fecerunt, occurrit 1. Templum *Dianæ Ephesiæ*, inter septem mundi miracula adnumeratum, in quo à tota *Asia* ducentis & viginti annis laboratum fuisse *Plinius* tradit. In paluſtri solo constitutum fuit, ne terræ motu concuteretur, & ne in lubrico & instabili tantæ molis fundamenta locarentur, architectus *Ctesiphon* ante calcatis ea substraverat carbonibus, deinde velleribus lanæ. Templi longitudo dicitur fuisse 425 pedum, latitudo 220, columnæ in eo 127. à singulis Regibus factæ, ex quibus 36 erant cælatæ; & quamvis in eo statuarum, peridromidum, peristyliorum magna fuerit rerum varietas, veruntamen ad sublimem architectonicen *Ægyptiorum*, ipso *Herodoto* teste, non pertigerunt. Quantum verò ex auctoribus colligere potuimus, ejus structuram æri inciſam passim obviam consulant.

2. Artemisiæ Cariæ *Reginæ Mausoleum.*

Artemisia Regina *Cariæ Mausolo* marito defuncto sepulchrum erexit, inter orbis miracula annumeratum, cujus altitudo 25 cubitis in sublime ferebatur; triginta sex columnis cingebatur, patebat ab Austro, & Borea 63 pedes, toto ambitu continebat pedes 411. Ipsum ab ortu cælavit *Scopas*, à Borea *Briax*, à meridie *Timotheus*; ab occasu *Leocares*. Regina opere nondum absoluto fatis concessit. Artifices tamen non recesserunt, nisi eo consummato. Ab hoc sepulchro omnia Regum Imperatorumque monumenta tanquam preciosa Mausolea vocantur, ita *Plin.* de quo *Propertius* l. 3.

Nec Mausolei dives fortuna sepulchri
Mortis ab extrema conditione vacat.

3. *Colossus Rhodius.*

Cares Lindius *Lysippi* discipulus, architectus, quæ in *Ægypto* viderat, stupenda statuarum prodigia, earum majestatem imitaturus, constituit similem in *Rhodo* tanquam loco peropportuno erigere, quem & *Colossum Solis* appellandum censuit, *Apollini* dicatum. Fuit is altus 70 cubitis, id est 210 palmis, qui post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratus etiam jacens miraculo fuit, pauci pollicem ejus amplexabantur, majores erant digiti, quàm pleræque statuæ; vasti specus de fractis membris in eo hiabant, spectabantur in eo magnæ molis saxa; ad portum Rhodiorum erectus naves intra crura transeuntes admittebat; Suldanus *Ægypti* occupata *Rhodo* ex ære hujus statuæ nongentos camelos onerasse traditur; sumptus in eo facti, duodecim annorum tempore 300 talentis constitisse feruntur, ubi nota haud dubiè errorem magnum irrepsisse, dum alii uti *Plinii* interpretes interpretantur: quem enim Colossum Solis *Plinius* 70 cubitorum altum fuisse tradit, *Volaterranus* septingentorum altum facit cubitorum, & contra quem auctores dicunt, ex ære hujus statuæ Soldanum *Ægypti* 900 camelos, *Volaterranus* 90 dicit onerasse: hoc enim pacto res credibilior fiet, cum aliàs altitudinem Colossi juxta *Volaterranum* fuisse oportuisset

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO · PUEBLA ·

2100 palmorum, quæ fere ; milliaris adæquant, quod à nemine concedetur nisi ab imperito, ne dicam stolido homine: convenientius itaque non 900, sed 90 camelos eo oneratos dicemus, ut proinde errorem in numeris contigisse certum sit. Dicendum igitur, altitudinem 70 cubit. & 90 came-

Cap. IX. los eo ære oneratos fuiſſe. Varii præterea Coloſſi à variis fuerunt erecti, de quibus vide *Plinium*, in Ægyptio Labyrintho jam demonſtratum fuit, non unum Coloſſum, ſed tot quod perinſtylia Labyrinthi columnas habebant, quæ omnes deorum ſtatuæ regumque fuerunt immenſæ altitudinis, & quod mirum dictu ſingula ex uno lapide Thebaico exſculpta. Erat autem una inter cæteras *Herodoto* teſte, cujus vel ſolus pes longitudinem habebat ſeptem cubitorum, id eſt 21 pedum; cui juxta proportionem humani corporis altitudo congruebat 147 pedum; quæ ſanè omnes hujuſmodi Coloſſorum moles quæ factæ fuerunt unquam, longè ſuperabat. Erexit & in Capitolio *Lucullus* ex *Apollonia* tractum 30 cubitorum, & conſtabat ſeſtertiis 150. *Lyſippus* magiſter *Caretis*, *Tarenti* alium coloſſum erexit 40 cubitorum; & ne *Neronem* prætream, aureum is erexit Coloſſum in monte Palatino, de quo mira narrant Rom. rerum ſcriptores, quos conſule. Sed qui *Ægyptios* mirabilium operum magnitudine ſuperavit invenio neminem; & vel inde patet quod nonnulla eorum monumenta in hunc uſque diem à 4000 annis durarent, cæteris omnibus quæ à Græcis & Romanis exſtructa fuerunt, ne veſtigio quidem relicto, deſtructis. Fuit & apud *Romanos* theatrum, quod *M. Æmilius Scaurus* in ſua ædilitate extruxit 360 columnis conſpicuum, cujus pars ſcenæ erat ex marmore, media è vitro, (quod ego nil aliud fuiſſe crediderim quàm ex ſpeculari materia compoſitum) columna ima 48 pedum; erant inter columnas ſigna ærea 300 numero, cavea capiebat hominum 70 millia. Ita *Plinius*. Innumera hoc loco, de memorandis *Romanorum* monumentis adducere poſſem, verùm cum ea paſſim tum apud *Plinium*, *Lipſium* alioſque occurrant, ea conſultò taceo. Mirum tamen ex tam illuſtribus monumentis in hunc uſque diem à 1700 annis nihil remanſiſſe, ne veſtigium quidem, unde liberè aſſeverare auſim, nullum eorum cum *Ægyptiis* comparari potuiſſe, cum plura eorum in hunc uſque diem incorrupta, etiam mille & amplius annis ante *Romam* condita, perſeverare experiamur. *Sect.* III.

CAPUT X.

Utrum in hunc uſque diem Nembrodææ *Turris adhuc veſtigia reperiantur.*

Cap. X. QUoties mecum penitiùs rerum humanarum inconſtantiam, & inevitabilem temporis omnia conſumentis edacitatem conſidero; toties in mentem venit, primævorum à ſæculo hominum inanis, fallax & irrita in tot ac tantis, quæ vel ipſam humanam fidem longè ſuperarent, monumentis erigendis, cura, & ſollicitudo. Arbitrabantur illi, quæ condiderant, æternùm perſtitura, totum mundum ad tam inſolita urbium, turrium, fabricarumque miracula cum admiratione contemplanda confluxurum; ſed errabant, necdum ad humanarum rerum caducitatem aſſuefacti. Primi *Aſſyriorum* Reges, *Nembrod*, *Ninus*, *Semiramis*, in rerum mirabilium patrandarum cogitatione toti erant. Cognati eorum in *Ægypto* ex eadem Chuſia familia æmuli *Babyloniorum* in *Ægyptum* appulſi, in erigendis obeliſcis, pyramidibus, labyrinthis, modum neſciebant. Hos *Græci* & *Romani* ſecuti, quęnam in circis, hippodromis, amphitheatris, thermis, aquæductibus erigendis

Viciſſitudo & inconſtantia rerum humanarum.

Cap. X. gendis opera præſtiterint, illa in hunc uſque diem vel in ipſis ruinis ſemiſepulta admiramur. Nihil itaque ſtabile, nihil firmum & ſolidum nobis temporis fallax & incerta promittit conditio. Sed ut ad inſtitutum noſtrum revertamur; ſi quis itaque quærat, ubinam tam ſumptuoſa & pænè incredibilia *Babyloniorum* opera ſint, num veſtigia adhuc nonnulla ſuperſint, illi nihil aliud reſponſi loco dare poſſum, niſi illud Senecæ, *Iſta ſi quæras, non invenis; ſi invenis, quaſi illa nunquam fuiſſent, comperis.* Et primævus quidem *Babyloniæ* ſitus & conſtitutio nos latere non poteſt: quonam verò in loco illa præcisè conſtituta fuerit, meritò dubitamus; atque de iis magna inter geographos, hiſtoricoſque eſt concertatio: quod idem de civitate *Babel*, aliiſque intelligi velim. Verum enim vero cum ad hujus veritatis cognitionem, niſi ex relatione eorum, qui dicta loca, ſingulari curioſitate impulſi, luſtrarunt, atque ſumma diligentia examinata poſteritati concrediderunt, pervenire nequeamus, ex iis ſelectiora quædam depromemus. *Diodorus*, uti ſupra dictum eſt, ſuo adhuc tempore magnam *Turris*, civitatiſque partem perſtitiſſe refert, quod & *Herodotus* innuit, *Darium* enim & *Cyrum*, primos ait fuiſſe & *Turris* & civitatis deſtructores, quam poſtea *Nabuchodonoſor* Rex inſtauratam, regiam ſuam conſtituerit, quæ omnia fuſius apud *Joſephum Nicolaus Damaſcenus* deſcribit. Inter modernos, qui dictas *Babyloniæ* antiquitates ſumma diligentia deſcripſerunt, R. P. *Philippus*, Religioſus ex Ord. Reform. Diſcalceatorum, qui in *Itinerario*, quæ de *Babyloniæ* antiquitatibus obſervarat, pulchrè expoſuit omnia. *Strabo* deinde apertè dicit, omnia in Babyloniis campis adeò eſſe antiquitatum veterum, monumentorumque ruderibus conferta, ut vix paſſum conficias, ubi ea non tibi copioſis acervis occurrant, *Nini* videlicet & *Semiramidis* magnificentiæ quondam florentis veſtigia. Σύρους ὑπὸ Μήδων, οὐκ ἄλλους τινὰς τοὺς Σύρους λέγουσι, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Νίνῳ καλουμένους τὸ βασιλεῖον· ὧν ὁ μὲν Νῖνος τὴν Νίνον ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ κλίσας· ἡ δὲ τέτυγωνή, ἥπερ καὶ διεδέξατο τὸν ἄνδρα, Σεμίραμις· ἧς ἐστι κλίσμα ἡ Βαβυλών· ἔτι δὲ κατέσχον τῆς Ασίας· καὶ τὰ Σεμιράμιδος, χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἔργων, πολλὰ καὶ ἄλλα κατὰ πᾶσαν γῆν σχεδὸν δείκνυται, ὅσα τῆς ἠπείρου ταύτης ἐστὶ, τά τε χώματα, ἃ δὴ καλοῦσι Σεμιράμιδος, καὶ τείχη, καὶ ἐρυμάτων κατασκευαὶ, καὶ συρίγγων τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ ὑδρείων, καὶ κλιμάκων, καὶ διωρύχων ἐν ποταμοῖς, καὶ λίμναις, καὶ ὁδῶν, καὶ γεφύρων. Syros *autem à* Medis; *nullos alios* Syros *intelligunt, quàm eos qui* Babylone *ac* Nini *regiam conſtituerunt; quarum alteram* Ninum *urbem, ſive* Ninam Ninus *in* Atturia (ſic enim *Aſſyria* olim vocabatur; erat enim proprium *Aſſyriis & Chaldæis* literam S mutare in T, veluti hîc *Atturia* pro *Aſſyria*) *condidit; ejus verò uxor, poſtquam duxiſſet virum, regnumque adminiſtraſſet*, Babylonem *exſtruxit. Hi enim* Aſiæ *dominati ſunt. Præterea opera* Semiramidis *adhuc multa, quæ apud* Babylonem *ſunt, per univerſam continentem ſparſim oſtenduntur: uti aggeres, qui* Semiramidis *dicuntur, & mœnia, & munitionum fabricæ, tuborumque in iis, & aquæductûs, & ſcalæ, & foſſæ in fluminibus, & lacubus, & viæ & pontes.* Multa hîc alia ex *Ammiano, Dionyſio*, cæteriſque geographis, qui hujuſmodi antiquitatum Babylonicarum mentionem fecerunt, adducere poſſem, quæ brevitatis cauſa omitto. Neque dubium eſt quin tempore veterum *Græcorum, Romanorumque* hiſtoricorum ex iiſdem ruderibus plures adhuc reliquiæ extiterint. Nam ut

Sect. III.

Varia Semiramidis *in fabricis veſtigia conſpiciuntur.*

R. P. Philippus *ex Ord. Carm. diſcalceat. Babylonis obſervator.*

Strabo.

Cap. X. chronologi asserunt, post *Sardanapalum*, *Darium* & *Cyrum Persarum Chaldæorum*que Reges, hujusmodi fabricarum primos devastatores fuisse, & *Babylonem* vastissimo exercitu occupasse, & *Niniven* evertisse, reliquaque monumenta devastasse. De hoc itaque nullum dubium esse potest. Quæritur itaque, num moderno tempore tam sumptuosarum stupendarumque fabricarum reliquiæ adhuc supersint. Varios sanè, qui suscepto in *Babylonem* itinere, varia de hujusmodi fabricis observarunt, evolvi; verùm neminem hac in parte, qui majori fide & certitudine, reconditiorique eruditione hęc magnis etiam adhibitis sumptibus observârit, me reperisse memini, quam Ill^mum & celeberrimum virum *Petrum de Valle*, quocum uti magna mihi *Romæ* necessitudo intercessit, ita quoque partim ab eo oretenus, partim ex ejus doctissima itinerum à se confectorum perioche, quæ hîc adducam, me didicisse glorior. Consentit hisce quasi omnibus Rev. P. *Philippus de S. Trinitate*, Generalis Ordinis Discalceatorum Minister in suo *Itinerario*, quod in *Indiam*, & hinc *Romam* peregit. Postquam enim de *Assyriæ* & *Chaldææ* situ, natura & proprietate, frequentibusque ruderum occurrentium acervis dixit: Caput, *inquit*, *Chaldææ*, seu „ metropolis est *Bagadat*, ex amœnitate „ hortorum, queis circumdatur, sic dicta; atque eadem est, quæ nova *Babylonia* fabricata ex ruinis antiquæ, & „ fuit urbs, antequam à *Persis* destruere„ tur, vastissima, super littora utriusque „ fluminis *Euphratis* & *Tigris* extructa, „ hodie ab ea parte, quà *Euphratem* respi„ cit, prorsus vastata; altera verò pars su„ perstes etiamnum, magnitudinem ob„ tinet similem *urbi Bononiensi*, propter „ palmarum varietatem, hortorumque „ multitudinem amœnissima, restaurata „ posteris temporibus à Regibus *Persiæ*, „ quà turribus, quà muris fortissimis, ex lateribus coctis extructis munita. Iti- Sect. III.
nere postea unius diei infra eandem ur-«
bem antiquæ *Babylonis* infra *Tigrim* &«
Euphratem, coacervatorum ruderum«
multitudo spectatur, quæ sunt gran-«
ditatis, & magnificentiæ veteris *Ba-*«
bylonis luculentissima indicia. Refere-«
bant autem *Armeni* Christiani, duces«
nostri, locorum peritissimi, locum sat«
eminentem, 18 milliaribus à *Bagadat*«
remotum, quem dicebant ab omnibus«
teneri ruinas *Turris Babel*, quod no-«
stris videbatur valde verisimile ob in-«
gentem bituminis ibidem provenien-«
tis copiam, quo latomi, uti sacer tex-«
tus memorat, in *Turris* ædificatione u-«
tebantur, & videtur locus multarum«
decempedarum altitudinem adhuc ha-«
bere. Hæc dictus Discalceatorum Ge-«
neralis. Plura hic ex *Itinerario Benja-*«
mini Hebræi, *Persarum Arabum*que de-«
scriptionibus *Abulfede* & *Geographia*«
Nubiana adducere poteram, sed sufficiet omnium loco *Petrus de Valle*: cujus verba Italico idiomate hæc sunt.

Il giorno appresso, che erano 23 di Novemb. *parti la mattina pur al alba, un' hora e più inanzi mezzo giorno arrivammo alle ruine di* Babel, *sotto alle quali piantammo il padiglione per haver commodità di desinare, e trattenersi à vedere ogni cosa bene, quanto fosse bisognato. Girai poi le ruine de tutte le parti, sali in cima, caminai dentro, per tutto vidi, rividi, & in conclusione quel che trovai, è questo. In mezo di una grande e pianissima campagna, vicino circa à mezo miglio, al fiume* Eufrate, *che la passa in quel luogo quasi per Ponente, si rileva infin' hoggi sopra terra una gran mole di fabrica rouinata, tutta d'un massiccio, ò che fosse cosi da principio, come à me pare, ò che le rouine l'habbiano cagionato, eridottola, come si vede à guisa di un monte, di che però non appariſce molto segno. La sua forma è quadra, à punto da Torre, ò da piramide, rivolta giusto con le quattro faccie alli quattro angoli del mondo, mà se non m' inganno, ò non procede*

dalle

Petrus à Valle *curiosus scrutator rerum* Babylonicarum.

An hodie supersint rudera Babylonis *veteris.*

Petrus à Valle in Itinerario tomo 2.

Situs Turris Babel.

Cap. X. dalle rouine (che può esser facilmente) apparisce hora alquanto più lunga de Tramontana à Mezo giorno, che da Levante à Ponente. Il circuito attorno, misurato alla grossa, è mille e cento trenta quattro passi. Misura, sito, e forma di fabrica, che confronta per à punto con la piramide, che chiama Strabone Sepoltura di Belo, e che deve esser quella, che nelle sacre lettere è detta la Torre di Nembrotto, nella città di Babilonia, ò Babel, come in fin hoggi questo luogo si chiama.

Circuitus Turris.

E cosa da notare, che dal detto monte di rouine in poi, non si vede in quel luogo nè pur segno di altra cosa, che mostri esservi stata una città cosi grande, vedendosi solo in alcuni luoghi certi fondamenti in terra di mura rouinate, cinquanta ò sessanta passi dal monte lontani. Del resto il terreno attorno è tutto pianissimo, e pare impossibile, esservi stato corpo di fabrica notabile, non vedendosene in luogo alcuno reliquie sopra terra, fuor che il massicio è grande, è pur sapiamo quanto le fabriche di Babilonia fossero riguardevoli. Mà in somma, il tempo lungo fà, e guasta gran cose, bisogna anche considerare, che son circa à quattro milla anni, ò poco meno, che quella città fù fabricata, che in tanto à me maraviglio, come si veda, quel che si vede, tanto più che Diodoro Sicolo, il quale è pur antico, dice che al suo tempo era già ridotta à pochissimo. L' altezza sopra terra del monte, che dissi delle rouine, è dove più, è dove manco, mà sotto sopra sarà più di ogni alto palazzo di Napoli. La figura è difforme, come sogliono haver tutte le fabrice rouinate: dove si alza, dove si abbassa, dove scoscesa, dove piana, che si può salire, dove hà segni di torrenti per l'acqua delle pioggie che corre abbasso, e dentro ancora, di sopra dove concava, dove rilevata, in somma à guisa di un confuso monte.

Altitudo Turris.

Non si vede segno alcuno di scala per salire, ne di porta per entrare, onde si conferma, che le scale erano attorno di fuori, e come parti più deboli furon le prime ad esser rouinate, in modo che non ne apparisce più nè vestigio, nè segno. Dentro andando per di sopra, si trovano alcune grotte, mà tanto rouinate, che non si discerne, che cosa fossero, e di alcune stò anche in dubbio, se siano cose fatte con la fabrica, overo da poi da genti di campagna per ricovrarsivi, il che mi pare più verisimile.

Sect. III.

La materia di che è composta tutta la fabrica, è la più curiosa cosa, che vi sia, e da me fù con diligenza osservata, rompendola con picconi in diversi luoghi. Son tutti mattoni molto grandi, e grossi di terra cruda, seccati, come io credo al sole, à guisa della Tappie di Spagna, e son murati non con buona calce, mà pur con terraccia, e per più fortezza, trà mattone, e mattone, mescolate con quella terra, che serve di calce, vi sono come à solaio certe cannuccie palustri spezzate, overo paglie dure da fare stuoie. A luogo à luogo poi, vi sono mescolati in diverse parti, massimamente dove più importa per sostegno, molti mattoni della medesima grandezza, mà cotti, e sodi, e murati con buona calce, ò con bitume, però li crudi sono senza dubio assai più. Di tutti questi mattoni, cotti, e crudi, co'l bitume attaccato, e di quelle cannuccie, che hanno in mezzo, io hebbi gusto di pigliarne meco per mostrarli in Italia à gli antiquarii curiosi, che certo mi par che sia una bella antichità, facendosi mentione dell' uso in questo paese di fabricar con bitume in vece di calce, non solo da Giustino abbreviator di Trogo nelle fabriche di Semiramide, ma dalla sacra scrittura medesima nella fabrica à punto di questa stessa Torre e città l'edificio della quale la scrittura sacra à Nembrotto, & i profani à Belo attribuiscono: onde non male il Bellarmino nella sua Chronologia stampata gli anni à dietro, che io vidi la prima volta in mano di un Padre Giesuita in Constantinopoli, crede che Belo e Nembrotto sian tutto uno, e Strabone con Herodoto, e gli altri Ethnici, chiamò, come dissi di sopra, Sepoltura di Belo questa stessa piramide, che dagli scrittori sacri vien detta Torre di Babilonia, ò di Nembrotto: Hebbi gusto ancora di

Materia Turris.

Cap. X. *far ritrar* Babel *dal mio pittore in proſpettiva, e là proprio ne fece il diſegno da due parti, che erano le più belle vedute, e contengono tutti quattro i ſuoi lati, e ne farà poi quadri, con più diligenza. Che ſia quella* Babel *antica, e la* Torre *di* Nembrotto, *non c' è dubbio ſecondo me, perche oltro che il ſito lo dimoſtra, da' paeſi ancora hoggidì è conoſciuta per tale, & in Arabico chiamata volgarmente* Babel, *come da* Latini *è ſtata chiamata.* Hæc latine ſic ſonant:

„ Poſtridie, die nimirum 23 *Novem-*
„*bris*, profecti mane ſole oriente, una
„hora & amplius ante meridiem per-
„venimus ad rudera *Babylonis*, juxta
„quæ tentoria fiximus, ut commodè
„pranderemus, & moraremur ibi do-
„nec omnia diſpexiſſemus. Poſtea un-
„dique rudera circuivi, in faſtigium
„aſcendi, intravi, cuncta perſpexi, vidi,
„revidi, & tandem quæ obſervavi hæc
Situs Turris Babel. „ſunt. In medio magnæ planitiei, ad di-
„midium milliare diſtantis ab amne *Eu-*
„*phrate*, qui mediam interfluit in hoc
„loco ferme ad Occidentem, hodieque
„extat grandis moles fabricæ deſtructæ,
„tota in unam maſſam confuſa, ſive ab
„initio talis fuerit, ut mihi videtur, ſive
„lapſus ruderum eam redegerit in ſpe-
„ciem, quorum tamen vix ullum appa-
„ret veſtigium. Figura eſt quadrata, in
„apicem vergens inſtar turris ſive py-
„ramidis, quatuor hedris exactè ſpe-
„ctantibus ad quatuor mundi plagas,
„verum niſi fallor, vel niſi lapſus rude-
„rum ſitum mutaverit, (quod facile fieri
„potuit,) apparet hodie aliquanto lon-
„gior à Septentrione verſus Meridiem,
„quam ab Oriente ad Occidentem.
Circuitus Turris. „Ambitus eſt fermè mille, centum &
„triginta quatuor paſſuum. Dimenſio-
„ne, ſitu & formâ fabrica, quæ in api-
„cem vergens ſpeciem pyramidis præ-
„bet, convenit cum eâ, quam *Strabo* vo-
„cat *Sepulchrum Beli*, & quam ferunt eſſe
„eam quæ in ſacris literis dicitur *Turris*
„*Nimrodæa*, in civitate *Babyloniæ* ſive
„*Babel*, quomodo hodieque locus iſte
„vocatur.

Operæ pretium eſt notare, quod à *Sect.* III.
dicto monte ruderum in ulteriora, ne "
ullus quidem appareat veſtigium rei "
alicujus, quæ oſtendat in iſto loco ex- "
titiſſe tam magnam civitatem, & quod "
tantùm inveniantur in quibuſdam locis "
nonnulla in terrâ fundamenta muro- "
rum dilapſorum, quinquaginta vel ſe- "
xaginta paſſibus à monte diſſitis. Cæ- "
terum tellus circumcirca planiſſima "
eſt, & impoſſibile videtur, ibi fuiſſe "
molem aliquantæ magnitudinis, cum "
nullibi ejus ſupra terram inveniantur "
reliquiæ, niſi quod maſſa ſeu moles ſit "
ingens; cum tamen ſciamus quam ſpe- "
ctandæ fuerint fabricæ Babylonicæ. "
Verum temporis diuturnitas facit & "
deſtruit magnas res. Conſiderandum "
etiam eſt, quod circiter quatuor millia "
annorum, vel paulò minus effluxerunt "
à tempore, quo iſta civitas fuit exſtru- "
cta: mirumque mihi videtur, quâ ra- "
tione adhuc appareant quantula appa- "
rent, idque eo magis, quod *Diodorus Si-* "
culus, autor antiquus, jam olim ſuo tem- "
pore dixerit univerſam molem redu- "
ctam fuiſſe in minutias. Altitudo mon- "*Altitudo Turris.*
tis, quem dixi ruderum, ſupra terram "
hic major, ibi minor eſt; ſed media "
altitudinis æſtimatio ſuperat quæque "
altiſſima palatia Neapolitana. Figura "
eſt difformis, cujuſmodi ſolennis eſt "
omnibus ædificiis dirutis: hîc alta, ibi "
humilis: hîc aſpera vel gibboſa, ibi "
plana, ubi adſcendi poteſt, ibi alvei "
torrentium aquæ pluviæ delabentis; & "
in interioribus ſuperius hîc cava, ibi "
convexa: uno verbo dicam, ſimilis eſt "
monti confuſo. "

Nullum veſtigium apparet ſcalæ "
vel graduum ad aſcendendum, nec "
portæ ad intrandum, unde credibile eſt "
gradus extrorſum fuiſſe ſitos, & tan- "
quam partes debiliores primò fuiſſe "
collapſas, adeò ut nec vola nec veſti- "
gium eorum uſquam ſuperſit. Intro- "
euntibus ex parte ſuperiore occurrunt "
quædam cavernæ, ſed adeò dirutæ, ut "
dis- "

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO · PUEBLA ·

Prospectus Ruderum TURRIS BABEL, ex parte Septentrionali observatus per Petrum a'valle.

Prospectus Ruderum TURRIS
BABEL. ex parte Australi
observatore Petro a Valle.

Cap. X. diſcerni nequeat quid fuerint ; & de „quibuſdam mihi dubium eſt, fuerintne „factæ cum fabrica, an poſtea ab agre- „ſtibus excavatæ in refugium, quod mi- „hi veroſimilius videtur.

Materia Turris. „ Materia, ex quâ univerſa fabrica „compoſita eſt, omnium rerum quæ ibi „occurrunt, rariſſima eſt, quam ego di- „ligentiſſimè examinavi ligone variis in „locis confractam. Omnes ſunt lateres „grandiuſculi, & craſſi, terræ crudæ, ſic- „cati, ut credo, ad Solem, in modum „ceſpitum, quos *Hiſpani Tappias* vocant, „& cæmentati ſunt non bona calce, „terrâ molli tamen, & in majorem fir- „mitatem inter lateres ſingulos cum iſta „terra, quæ loco calcis fuit, commixtæ „ſunt quaſi per ſolaria quædam parvæ „cannæ paluſtres comminutæ, vel paleę „duræ, ex quibus fiunt ſtoreæ. Deinde „paſſim in variis locis mixti ſunt, maxi- „mè ubi majore firmamine opus eſt, la- „teres complures ejuſdem magnitudinis, „ſed cocti & ſolidi, & cæmentati bonâ „calce, vel bitumine, crudi tamen ſunt „procul dubio multo plures. Horum la- „terum coctorum & crudorum, cum bi- „tumine adhærente, & iſtarum parva- „rum cannarum inſertarum, mihi placu- „it mecum portare quaſdam particulas, „eaſdemque in *Italia* oſtendere Antiqua- „riis curioſis, quod revera mihi videtur „pulcrum antiquitatis monumentum, „modum in iſtis regionibus uſitatum „cæmentandi iſto bitumine loco calcis „memorante non ſolum *Juſtino* abbre- „viatore *Trogi* in fabricis *Semiramidis*, „ſed etiam ipſâ Sacra Scriptura in fabri- „ca ejuſdem *Turris* & civitatis, quarum „ſtructuram Scriptura Sacra *Nimrodo*, „profani verò ſcriptores *Belo* attribuunt: „unde non malè *Bellarminus* in ſua chro- „nologia impreſſa annis ſequentibus, „quam primò vidi in manibus cujuſdam „Patris Jeſuitæ *Conſtantinopoli*, credit „*Belum* & *Nimrodum* eſſe eundem, & *Strabo* cum *Herodoto*, aliiſque ethnicis, appellavit, ut ſupra dixi, eandem hanc pyramidem *Sepulchrum Beli*, quæ ſacris ſcriptoribus dicitur *Turris Babylonica*, vel *Nimrodæa*. Curavi quoque *Babel* à meo pictore delineari pictura ſciagraphica, & is ibidem fecit ejus delineationem ex duobus proſpectibus, qui pulcherrimum præbebant ſpectaculum, complectentibus omnes quatuor hedras, indeque poſtea delineaturus eſt quatuor majore cum diligentia. Quin hæc ſit illa antiqua *Babel*, & *Turris Nimrodæa*, nullum mihi dubium eſt, quia præter locum ſeu ſitum id demonſtrantem, traditio iſta hodieque in regionibus his viget, & arabicè vulgò appellatur *Babel*, prout & latinè vocatur. Hæc *Petrus à Valle*, qui & laterem unum bitumine adhuc paleiſque arundinaceis mixtum, tanquam ſingulare & antiquitatis primævæ maximum donum, muſeo meo inſerendum, ad perpetuam rei memoriam contulit.

Addam hoc loco aliam magni ponderis obſervationem, à *Benjamino Hebræo* in Itinerario ſuo de Civitate & *Turri Babel*, factam. Sic enim refert. *Hinc uno itinere* Babel *illa antiqua diſtat*, 30 *milliarium ſpacium complexa, jamque funditus everſa, in qua* Nabuchodonoſoris *regiæ ruinæ adhuc viſuntur hominibus inacceſſibiles propter varia & malefica ſerpentum draconumque ibidem ſtabulantium genera. Hinc ad* Hilan *milliaria* 5 *peraguntur*; *& hinc ad* Turrim 4. *quam diviſionis filii ædificare cœperunt, quæ eo lapidum genere conſtruebatur, quæ arabicè* Jagzar *dicitur. Fundamenti longitudo* 2 *fere milliaria continet, latitudo vero murorum* 240 *cubitorum eſt, ubi verò latiſſima eſt* 100 *cannas continet. Viæ ſunt in ſpirarum formam per totum ædificium productæ, quibus conſcenſis è ſupremo loco agri ſpectantur ad* 20 *milliaria in vaſtam regionis planitiem.* Hæc Benjamin.

Vixit Benjamin Tudelenſis Hebr. *anno* MCIII.

CA-

CAPUT XI.

De Urbibus tum à Nembrod, *tum à* Nino & Semiramide *ad littora* Tigris & Euphratis *extructis; eorumque vestigiis etiammum superstitibus.*

DE *Nembrod* sic refert sacra *Geneſis* historia *Cap.* X. *vers.* 10. ותהי ראשית ממלכתו בבל וארך ואכד וכלנה בארץ שנאר : *Et fuit principium regni* Nembrod *in* Babel & Arach & Achad & Calna *in terra* Sennaar. Cui Chaldaïca respondet: והוה ריש מלכותיה בבל וארך ואכד וכלנה בארעא דבבל Græca in nominibus nonnihil differt: καὶ ἐγένετο ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλὼν, καὶ ὀρὲχ, καὶ ἀρχὰδ, καὶ χαλάννη, ἐν τῇ γῇ σεννααρ. Hæc est itaque Tetrapolis, id est, quatuor urbes, quibus à se extructis, primus hominum post diluvium dominatus est Rex & Imperator *Nembrod*. Ubinam verò præter *Babylonem* loca illa extructa fuerint, cum sacra scriptura sileat, verisimile putem illa juxta mentem *Ariæ Montani*, vicina *Babyloni* ad *Euphratem* extructa fuisse; quamvis non inverisimile sit, ea quoque partim ad *Euphratem*, partim ad *Tigris* orientalem plagam posita; hæc enim propriè ad terram *Semaar* videtur pertinere. Sed cùm hæc sine constitutione loci intelligi nequeant, lector adeat topographiam suprapositam, ubi genuinum earum urbium situm reperiet. Refert *Diodorus* & *Semiramim* varias condidisse civitates; σεμίραμις, inquit, ἔκτισε καὶ ἄλλας πόλεις, ἀμφὶ τὸν ποταμὸν τόν τε διφράτην καὶ τὸν τίγριν, *in quibus emporia construxit eorum quæ ex* Media & Parætacene *omnique propinqua regione ferrentur*: quorum quidem nomina, etsi incognita hucusque permanserint, ex infinitis tamen ruderibus, quibus *Euphratis* & *Tigris* littora consita in hunc usque diem spectantur, successu temporum aliis aliisque ex earum ruinis instauratis urbibus, facilè cognosci possunt. Quæ omnia celeberrimus *Petrus à Valle*, & suprà allegatus *Philippus de S. Trinitate* in suis *Itinerariis* quàm curiosissimè observarunt: & in *Mesopotamia* monstrant in hunc usque diem *Orpha*, quæ fuit patria *Abrahami*, *Chaldæis Ur* dicta; *Mussal* ex ruderibus *Ninive* extructa urbs, cæteræque *Meredin*, *Diarbechin*, *Anna*, *Heth*, *Charres* morte *Crassi* celebris; *Arbela*, victoria *Alexandri Magni* contra *Darium* memorabilis, aliæque istiusmodi; *Edessa*, *Seleucia* & *Elemaida* urbes fama illustres. Sed de hisce recitantem audiamus *Petrum à Valle*, qui civitatem *Saleiman* aliam non fuisse dicit, nisi quam posteri *Thesiphontem* sive *Seleuciam* nominarunt. Hîc uti novimus ex *Daniele*, ab eo detectus fuit campus cum regio palatio *Nabuchodonosor*, ubi tres pueros Hebræos in fornacem ignis projici jussit, eò quod statuam suam adorare detrectassent. Hîc ostenditur *Lacus leonum* in quem *Daniel* projectus fuit: hîc *Ninives* situs genuinus ostenditur, & ejus innumera alia, quæ ex *Itinerario* nobis innotuerunt. Proinde verba ejus, tametsi longa, summopere tamen curiosa hîc subjungenda censuimus. Postquam enim de modernæ *Babyloniæ*, quæ *Bagdat* dicitur, situ & natura differuisset, tandem se ad rudera *Mesopotamiæ Babyloni* vicinæ, verumque & genuinum eorum situm, describenda accingit.

Civitatum Assyriæ Ur, Ninive, aliarumque vestigia.

Thesiphon olim, postea Seleucia.

Palatium Nabuchodonosor.

Lacus Leonum Danielis.

Con questi bravi adunque andammo innanzi, e più di un' hora prima di mezo giorno giungemmo al luogo destinato, che si chia-

Cap. XI. *chiama* Suleiman, *creduto ſcioccamente Santo da Machomettani, e par la ſantità detto mondo, che in una Meſchita in campagna preſſo à quel luogo è ſepolto. La prima coſa che facemmo, ſubito ſceſi in terra, fù di andare à drittura (ſenza curarci di vedere ſopra 'l fiume un caſtelletto moderno, diſhabitato, & abbandonato, come io credo, per le correrie degli* Arabi) *à veder le rouine di una gran fabrica, circa un miglio dentro terra, che gli* Ebrei *di hoggi idioti dicono, che ſia il tempio, nel quale* Nabuchodonoſor *faceva adorar la ſua ſtatua d' oro tanto nominata nelle ſacre ſcritture, e quanto al luogo potrebbe eſſere, poiche quella ſtatua dice il ſacro teſto, che fù eretta in un campo, non della città, mà della provincia di* Babilonia, *che fin colà poteva ben ſtenderſi, mà tuttavia à me parebbe ſtrano, che infin hoggi foſſe reſtato in piedi tanto una coſa tanto anticha, maſſimamente non eſſendo fabrica di pietra. Però i Mahomettani, à i quali, come à più dotti, io più credo, la chiamano* Aiuàn Keſra, *cioè Atrio de' Ceſari, fabricato ſecondo loro in* Teſifonte *da i Re di* Perſia *dell' ultima ſchiatta, che eſſi ancora ad imitatione de' noſtri Imperatori ſi conta, che facevano Ceſari chiamarſi. E mi dicono eſſer fabrica famoſa, tanto nelle hiſtorie, quanto nelle* Geografie Perſiane, *le quali un giorno io ancora procurarò di havere, e d' intendere. Da che ſi raccoglie manifeſtamente, che quivi era la città di* Teſifonte, *nelle guerre de' noſtri Imperatori co' i* Perſiani, *ò co' i* Parthi, *ſpeſſo nominata. Et io vi aggiungo di più, che per conſequenza, vi era anche* Seleucia, *perche* Strabone *dice chiaramente, che* Teſifonte *non era altro, che un borgo di* Seleucia, *fabricato da i Re* Parthi, *à fine di non dare incommodo à quella città con la numeroſa lor Corte, e con gli eſerciti* Scithici, *che ſi conducevano appreſſo, quando venivano à paſſarvi l' inverno, per eſſer quel paeſe caldo, come la ſtate la paſſavano ò in* Hircania, *ò in* Ecbatana, *mà che per queſta ſpeſſa reſidenza della corte loro,* Teſifonte *ancora era creſciuta poi in gran città. Il che ſe è vero, dunque* Seleucia *e* Teſifonte *erano amendue in un medeſimo luogo, il quale perciò molto bene dagli* Arabi *era chiamato* Medain, *cioè le due città, quaſi di amendue facendo una coſa ſola, e così à punto anche* Agathia, *parlando di quel gran* Coſroe, *che ammalato di deſperatione per una rotta ricevuta ivi preſſo, vi fù portato à braccia moribondo, pare che amendue* Seleucia, *e* Teſifonte *in una ſola coſa confonda.* Hæc latine ſic vertuntur: Sect. III.

Cum his ſagittariis itaque navigio vecti, pluſquam horâ unâ ante meridiem pervenimus ad locum deſtinatum, qui dicitur *Suleiman*, à Muhammedanis ſtolidè creditus ſanctus, propterque ſanctitatem appellatus mundus, qui in fano quodam eorum campeſtri, propè hunc locum ſepultus eſt. Simul ac verò in terram deſcendimus, ante omnia rectà ivimus (negligentes parvum caſtellum recentioris fabricæ ſitum ad flumen, ab habitatoribus deſertum, ut credo, propter latrocinia *Arabum*) viſum rudera magnæ fabricæ ſita ad diſtantiam unius circiter milliaris à flumine, quod *Judæi* hodierni idiotæ dicunt fuiſſe olim templum, in quo *Nabuchodonoſor* juſſit adorari ſtatuam ſuam auream tam famoſam in ſacris literis: & quod ad locum attinet, id verum eſſe poteſt, quia ſacer textus dicit hanc ſtatuam fuiſſe erectam in campo, non civitatis, ſed provinciæ Babylonicæ, quæ potuit eò uſque porrigi: mihi tamen mirum videtur, uſque in hodiernum diem tantum reliquum eſſe rei tam antiquæ, maximè cùm non ſit fabricata ex petra. Quamobrem potiùs credo Muhammedanis, ceu doctioribus, qui ædificium illud vocant *Aiuan Keſra*, id eſt *Atrium Cæſarum*, dicuntque extructum in loco antiquæ *Cteſiphontis* à Regibus *Perſiæ* poſtremæ progeniei, qui ſemet quoque Cæſares vocabant ad imitationem noſtrorum Im-

Cap. XI. peratorum. Dixeruntque mihi fabricam hanc esse celebrem, tam in historiis, quàm in *geographiis Persicis*, quas aliquando conabor adipisci & intelligere. Ex quibus manifestò colligitur, ibi fuisse civitatem *Ctesiphontem*, frequentem in historiis de bellis Imperatorum nostrorum cum *Persis*, vel cum *Parthis*. Ego verò amplius addo, quod consequenter ibi etiam fuerit *Seleucia*, quia *Strabo* disertè dicit, *Ctesiphontem* non fuisse nisi suburbium *Seleuciæ*, fabricatum à Regibus Parthicis, ne huic civitati cum numerosa sua familia graves essent, & cum agminibus Scythicis, quæ secum ducebant, cum eò in hyberna tenderent, quia regio illa calida est, quemadmodum ætatem transegerant vel in *Hyrcania*, vel in *Ecbatana*, sed *Ctesiphontem* tandem ob frequentem sedem familiæ illorum, ipsam crevisse in insignem civitatem. Quod si verum sit, utique & *Seleucia* & *Ctesiphon* sitæ fuerint in eodem loco, quam propterea *Arabes* rectissimè appellaverint *Medain*, id est, *Dipolim*, ex utraque quasi unam facientes civitatem. *Agathias* etiam, ubi agit de magno illo *Cosroë*, ex desperatione propter cladem sui exercitûs ibi acceptam, morbo occupato, illuc moribundum eundem manibus fuisse deportatum ait, adeoque & hinc liquet eum utramque civitatem, *Seleuciam* & *Ctesiphontem* in unam confundere. *Strabo* tamen *lib.* XVI. valde congruit obsertioni *Petri de Valle*. Sic enim dicit citato loco : πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς ἀσυρίας, νυνὶ δὲ σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ τίγρι λεγομένη· πλησίον δ' ἐστὶ κώμη κτησιφῶν λεγομένη μεγάλη· ταύτην δ' ἐποιοῦντο χειμάδιον οἱ τῶν παρθυαίων βασιλεῖς, φεισάμενοι τῶν σελευκείων, ἵνα μὴ καταξαθμοίωνται ὑπὸ τῶν σκυθικῶν φύλων καὶ στρατιωτικῶν. Pergit : *Hic pagus urbis potentia & magnitudine est, cùm Parthorum multitudinem & apparatum* Sect. III. *omnem recipiat, quinimo & necessaria ad vivendum illis suppeditet. Ibi* Parthorum *Reges in hyeme propter aëris temperiem degere solebant : æstate verò in* Hircania & Ecbatanis, (quæ hodie *Tauris* dicitur) *propter antiquam loci adhuc durantem famam.* Hæc ad *Vallæi* observationem confirmandam jungenda censui. Pergit porro *Petrus à Valle*.

Nel martirologio Romano ancora à 21 *di* Aprile *si fà memoria di un Santo* Simeone, *che fù Vescouo de amendue queste città* Seleucia *e* Tesifonte *insieme, onde il medesimo si viene à confermare.* Medain *poi degli* Arabi *in una* Geografia Persiana, *che è stimata frà di loro, & è di buon autore, per quanto intendo, viene à punto interpretata* Tesifonte, *perduto già forse affatto, co'l crescimento di* Tesifonte, *e'l nome & ogni memoria di* Seleucia. *E perche di queste due città tanto vicine, che facevano un sol corpo,* Seleucia *si attribuisce alla* Mesopotamia, *come nel* Epitome Geografica *anche è notato, m' imagino però, che stesse nella sponda destra, e più Occidentale del* Tigre, *e* Tesifonte *all' incontro nella sinistra all' Oriente, dove è l'* Aiuan Kesra, *la quale à i Re* Parthi, *che di là venivano, senza dubbio era la più commoda. Tutte queste cose sono andato io raccogliendo, e confrontando dalla veduta de i luoghi, da quello che hò inteso esserne scritto ne' libri buoni de' Mahomettani habitatori hoggidi del paese, e dalle note, che ho appresso di me di qualche cosa già da me letta, se confrontino poi con tutte le altre historie nostre, mi rimetto à chiarirlo meglio con più commodità, dove haurò libri, che quì non ne hò, nè la memoria de' già letti mi serve più che tanto, e per hora mi contentarò di referir solo quel che vidi.* id est :

In Martyrologio Romano etiam " die 21 *Aprilis*, celebratur memoria sancti cujusdam *Simeonis*, qui utriusque " civitatis *Seleuciæ & Ctesiphontis* simul episcopus fuit, unde idem confirmatur. "

Deinde "

Cap. XI. Deinde *Medain Arabum* in quadam *Geographia Perſica*, quæ inter eos magno in pretio eſt, & à præſtante viro conſcripta dicitur, ut audio, vertitur *Cteſiphon*, forte quia jam tum cum incremento *Cteſiphontis*, *Seleucia* penitus cum nomine omnem memoriam perdiderat. Et quia ex his duabus civitatibus tam vicinis, ut unum corpus conſtituerent, *Seleucia* attribuitur *Meſopotamiæ*, quomodo etiam in *Epitome Geographicâ* notatum eſt, iccircò arbitror, eam ſitam fuiſſe ad dextram & occidentalem partem *Tigris*, & *Cteſiphontem* è regione ſiniſtræ ad Orientem, ubi eſt *Aiuan Keſra*, quæ Regibus *Parthorum*, ex illâ parte venientibus, dubio procul commodior erat. Hæc omnia ego ipſe ſuis in locis conſpexi, & annotavi ea quæ audivi de eâ re ſcripta eſſe in bonis libris *Muhammedanorum* incolarum hodiernorum iſtius regionis, cumque iis contuli annotationes quaſcunque antehac à me obſervatas, quas ſemper penes me habeo. Cæterùm ſi conveniunt cum omnibus aliis hiſtoriis noſtris, ſpero me aliâ occaſione ea clariùs expoſiturum, quando ad manus habebo libros, quos hîc non habeo; neque verò memoria librorum jam lectorum huc multum facit, & propterea mihi nunc ſufficiet ea duntaxat referre quæ vidi. Pergit poſtea deſcribendo magnum illud templum adhuc *Cteſiphonte* ſuperſtes, etſi nonnihil ſucceſſu temporum labefactatum; & hodie vocatur à *Mahometanis* ديوان الكسرا *divan al cheſra*, id eſt, prima curia *Parthorum*, deinde & *Romanorum*. *Sect.* III.



L' Aiuan Keſra *adunque, come dicono i* Mahometani, *overo l' Arco di* Soliman Pac, *come più alla groſſa, per la vicinanza di una coſa all' altra, lo chiamano*

Cap. XI. *alcuni de' noſtri, è una fabrica grande fatta tutta di mattoni cotti, e buona calce, con muraglie groſsiſſime, e rivolta con la faccia all' Oriente, e la ſua facciata, che è lavorata d' alto à baſso con mille ſconpartimenti de i medeſimi mattoni, è lunga da cento e quattordici paſsi de' miei. Haveva come appariſce tre navi, all' uſo delle Chieſe noſtre, delle quali quella di mezo ſola reſta in piedi, & è lunga ſeſſanta due paſsi de' miei, e larga trenta tre, mà miſurai allo peggio, in quel modo che ſi poteva, per la diſugualità, & impacci del terreno ingombrato. Dinanzi in mezo non hà porta grande, come ſi uſa, mà tutta in nave di mezo, quanto è larga & alta, è aperta, di maniera che di fuori ſi vede tutta dentro fin' in cima, la qual coſa ha dato occaſione à i paeſani di chiamar queſta fabrica* l' Arco, *perche con la ſua gran volta, aperta dinanzi, rapreſenta à punto la figura di un grande, arco. In faccia dentro nella parte di dietro, vi è una piccola porta in mezo fatta pur ad arco, & dalle bande vicino alla facciata da piedi, vi ſono due altre porte piccole, che entravano nelle altre due navi minori, le quali ſono rouinate del tutto come anche è rouinata parte della volta, e del muro dietro. Mà non occorre che io mi affatichi in deſcriverla, il mio pittore la diſſegnò con diligenza tutta in proſpettiva, e nel quadro, che ne ſarà, la vedrà* V. S. *ritratta aſſai del naturale ;* id eſt:

„ *Aiuan Keſra* itaque, ut vocant *Mu-*
„*hammedani*, vel Arcus *Soliman Pàc*, ut
„vulgò malè quidam noſtrum appellant,
„propter harum rerum propinquitatem,
„eſt ingens fabrica tota exſtructa ex la-
„teribus coctis, & bona calce, cum craſ-
„ſiſſimis muris, frontiſpicio vergente ad
„Orientem, quod à faſtigio uſque ad
„fundamenta multiplici ornatu dicto-
„rum laterum conſpicuum, & centum
„ac quatuordecim paſſus meos longum
„eſt. Tres, ut apparebat, in eo fuerunt
„naves, (quo nomine vocantur cellę me-
„diæ,) non ſecus ac in templis noſtris,
„quarum media tantum ſuperſtes eſt, ac ſexaginta duos paſſus meos longa eſt, & ampla triginta tres. Menſuravi autem ſumma cura, quantum mihi licuit per obſtacula & gibboſitates ruderum humi ſitorum. In medio partis anterioris non eſt magna porta, qualis eſſe ſolet, ſed navis media, quantæcunque latitudinis & altitudinis ſit, aperta eſt, ita ut ab extra omnia intrò perſpiciantur uſque ad faſtigium : unde incolæ acceperunt rationem, ob quam hanc fabricam vocaverint *Arcum*, quia per ſuum magnum fornicem anteriùs apertum, ſpeciem præbet magni arcus. In poſtica parte interiore eſt parva porta in medio facta etiam arcuata, & à lateribus prope fundamentum aliæ duæ parvæ portæ ſunt, quà intratur in alias duas naves minores, quæ ſunt penitus collapſæ, prout etiam collapſa eſt pars fornicis & muri poſtici. Verùm nolui operam impendere in eâ deſcribenda, ſed pictor meus eam delineavit ſciagraphicè cum omni diligentiâ, & in figura quadrata, quam videbis hîc naturaliter depictam. Pergit Vallæus. Sect. III.

Vicino à queſta fabrica monſtrano un luogo pieno di rouine, che dicono pur gli Hebrei, *che foſſe il lago de i* Leoni, *ò luogo da tenerli le fiere, dove fù gittato* Daniele, *io le hò tutte per coſe poco fondate, & in ſomma, per le hiſtorie* Perſiane *ſappiamo certo eſſer quella la Città di* Teſifonte, *che come fù aſſai grande, e magnifica, non è miraviglia, che haveſſe molte fabriche notabili, che hoggi che ſono totalmente diſtrutte, è molto difficile à poter conoſcere che coſa ſi foſſero. Andammo poi più in là à veder la Meſchita di* Soliman Pàc, *che è fabrica di* Mori *fatta di mattoni antichi, con qualche garbo, ma piccola, e girando un pezzo per quelle campagne, oltra molte rouine, che trovammo ſparſe in quà & in là, di fabrica ſimile à quella di* Babel, *di mattoni crudi e cannuccie. Vedemmo ancora le rouine della muraglia della città, che ſi vede eſſer ſtata molto grande, e ſi cono-*

Cap. XI. *conoſcono ancora i muri ridotti come in monticelli di terra, & mattoni, che con continuato giro circondano un ſpatio molto grande di quelle campagne, tanto da quella banda del fiume, dove noi eravamo, che era la riva Orientale, quanto dall' altra, talche il fiume veniva à paſſare in mezo alla città, overo alle due città, ſecondo io diceva di ſopra, ſe pur all' hora non correva per altra ſtrada, come dicono alcuni paeſani, à i quali per eſſere ignoranti, io dò poca fede.*

E la città, comunque foſſe, chiara coſa è, che fù principale, e non ordinaria, perche così dimoſtrano le ſue rouine, e 'l ſito. Sopra 'l fiume, vi trovai anche muraglie di buoni mattoni cotti, murati con bitume in vece di calce, come ſi ſcrive, che foſſero quelli della mura di Semiramide (quod verum eſſe *Diodori* ſupra adducti verba confirmant) *de' quali mattoni pur co'l bitume attaccato, conforme al mio ſolito ne preſi, e li porto meco dentro una ſcatola molto ben ſervati con bombagia, coſa che più di quattro volte hà fatto veder diverſi di queſti paeſani ignoranti, che non ſanno che coſa ſiano le noſtre curioſità. Veduto che havemmo tutte queſte coſe, ritornammo in barca, e tirandola i barcaiuoli contro acqua con la corda, tornammo indietro verſo* Baghdad, *e quella ſera alloggiammo ſotto la medeſima villa* Kierd Haggì Curdì, *dove havevamo alloggiato la ſera precedente;* id eſt:

„ Proximè hanc fabricam monſtrant
„ locum plenum ruderum, quem dicunt
„ *Judæi* fuiſſe foſſam leonum, vel lo-
„ cum ad detinendas feras, in quem de-
„ jectus fuit *Daniel*; ego verò id minùs
„ veriſimile duco; & quia ex hiſtoriis
„ Perſicis certò ſcimus eam fuiſſe civita-
„ tem *Cteſiphontem*, quæ cùm fuerit val-
„ de magna & magnifica, non mirum
„ videri debet fuiſſe ibi multa ædificia
„ magni momenti, quæ ſiquidem ſunt o-
„ mnino deſtructa, difficillimum eſt di-
„ ſcernere quid fuerint. Deinde ulteriùs
„ progreſſi ſumus ad videndum fanum *Soliman Pàc*, quæ eſt fabrica *Maurorum Sect.* III.

facta ex antiquis lateribus, cum qua-“
dam pulchritudine, licet parva; & per-“
ambulantes hos campos, præter mul-“
ta rudera, quæ invenimus paſſim di-“
ſperſa, quorum fabrica non eſt diver-“
ſa à fabrica *Babel*, ex lateribus crudis“
& parvis cannis, vidimus etiam rude-“
ra mœnium civitatis, unde animad-“
vertere potuimus eam fuiſſe valde ma-“
gnam; & diſcernuntur adhuc muri red-“
acti tanquam in colliculos terreſtres,“
& lateres, qui continuo ambitu cir-“
cumdant ſpatium maximum horum“
camporum, tam ex hac parte amnis,“
ubi eramus, quæ erat ripa orientalis,“
quàm ex altera, ita ut amnis mediam“
civitatem interflueret, vel potiùs in-“
ter ambas civitates, uti ſuprà dixi, ni-“
ſi forte tum alio alveo fluxerit, ut in-“
colæ quidam dicunt, quibus tamen ob“
eorundem ignorantiam non multum“
fidei tribuo. “

Et manifeſtum eſt civitatem, qua-“
liſcunque fuit olim, præcipuam & non“
vulgarem fuiſſe, quia id demonſtrant“
ejus rudera & ſitus. Juxta amnem in-“
veni etiam muros ex bonis lateribus“
coctis, cæmentatis bono bitumine lo-“
co calcis, quales ſcribuntur fuiſſe in“
muris *Semiramidis* (*quod verum eſſe* Dio-“
dori *ſupra adducti verba confirmant*:) ex“
quibus lateribus cum bitumine tamen“
adhærente, pro more meo, quoſdam“
accepi, eoſque mecum portavi in ci-“
ſtâ optimè munitos goſſypio, quapro-“
pter ſæpiùs plurimi horum rudium in-“
colarum ridebant, ignorantes cauſam“
noſtræ curioſitatis. Ut hæc omnia vi-“
dimus, denuo aſcendimus in navigium,“
quo à nautis ope cordæ adverſo amne“
protracto, rediimus *Bagdadum*, & eo-“
dem veſpere pernoctabamus in eodem“
pago *Kierd Haggì Curdì*, ubi nocte prę-“
cedente fueramus commorati. Pergit“
Vallæus civitatem, quam *Hella* vocant,
quæ haud dubiè fuit una ex illis urbi-
bus, quas ad *Euphratis* littora *Semira-*

Cap. XI. *midem* ædificasse supra ostendimus; non ipsam, sed posterioribus seculis ex ruinis veterum urbium extructam; ubi & mentionem facit sepulchri *Ezechielis* Prophetæ, & fluminis *Chobar*. Sed audiamus ejus verba.

Dimorammo in Hella *tutto 'l giorno sequente per vederla bene, & in poche parole dirò à* V.S. *che è situata* Hella *sopra 'l* Eufrate, *la metà di quà, e la metà di là, e da una parte all' altra si passa per un ponte di barche, come quel di* Baghdad, *mà le barche, quando io le ho vedute, non erano più di venti quattro, se bene in tempo di acqua grossa, vene bisognava più. Le case, son pur come quelle di* Baghdad, *fabricate di buoni mattoni vecchii, ma bassissime, che non hanno se non il primo piano al terreno, e tutte hanno giardino con quantità d' alberi di varii frutti, e sopra tutto palme in tanta copia, e così alte, che sopravanzando di gran lunga, e ricoprendo, per dir così, co 'i rami tutte le case, quando si vede la città di lontano, non pare di veder una città, mà una folta selva di dattili, che certo in quelle pianure, e sopra quel fiume, è cosa assai vaga à vedere. E città honestamente grande, hà dentro un Castello piccolo, mà competentemente forte sopra 'l fiume, case assai buone, & alcuni di bella fabrica, fatti con architettura, mà troppo scuri.*

Vi risiede un Sangiacco, & è sottoposto al Bascia di Baghdad. *Frà i giardini vene sono alcuni galanti con agrumi, e simili galanterie, come uno, che io ne vidi, che è di certe donne, figliuole di un Bascia morto. Fabriche notabili non vi sono, ne reliquie di antichità, tutta via si può credere, che anche in tempi antichi tutto quel paese intorno all'* Eufrate, *e tanto vicino à* Babilonia, *fosse strettamente habitato e facilmente può essere che* Hella *dalle stesse rouine di* Babilonia *in quel luogo nascesse. E mi fù accennato in* Hella, *mà per la poca intelligenza, che io hò in fin' hora della lingua Arabica non l' intesi all'hora bene, e perciò non andai à vederlo, e quando dopo di esserne partito, l' ho saputo meglio, mi è dispiaciuto assai di non esservi andato, e non l' haver veduto, cioè, che vicino ad* Hella *meza giornata, per altra via diversa, da quelle che io feci, si vede infin' hoggi la sepoltura di* Ezechiel *Profeta, dove bene spesso vanno molti* Hebrei *per divotione, e stà à punto sopra quell' istesso fiume* Chobar, *ò* Chabor, *come dicono hoggi gli* Arabi *nominato dalla sacra scrittura nelle visioni di lui, il qual fiume nascendo nella* Mesopotamia *da una grande e famosa fontana chiamata* راس العين Ras-el-ain, *e cresciuto poi in lungo corso, finalmente verso queste parti viene à metter nel l'* Eufrate. *Era in vero questa cosa molto degna di vedersi, tanto per* Ezechiel, *che fù si gran Profeta, quanto perche nel Martirologio si dice, con l' autorità, come io credo di santo* Epifanio *che l' hà scritto, che* Ezechiel *fù sepellito nel sepolcro di* Sem *e di* Arphaxad, *progenitori di* Abrahamo, *che è una grande antichità, mà in somma la mia disgratia, ò trascuragine che fosse, mi privò di questo gusto. Veduto del resto che hebbi ogni cosa, e notato quanto mi parve ne' miei scartafacci la matina di* 25 *di* Novemb. *al tardi parti di* Hella, *e la sera andai à dormire nel medesimo luogo chiamato* Biz-serchàn, *dove havevamo pur' alloggiato nell' andare.* Hæc latinè sic sonant.

Totum diem sequentem morabamur in civitate *Hella*, ut eam probè perspiceremus, brevibusque tibi dicam, eam sitam esse ad *Euphratem*, mediam interfluentem, & ponte scapharum junctum, in modum pontis Bagdadensis; verùm scaphæ, quo tempore eas videbam, non superabant numerum viginti quatuor, utut flumine alto longè pluribus opus sit. Ædes similes sunt Bagdadensibus, extructæ ex bonis lateribus vetustis, sed humilimis, altitudine saltem æquantibus primum planum telluris, omnesque adjunctos habent hortos cum plurimis arboribus variorum fructuum, & inprimis palmarum tantâ copiâ, adeoque pro-

Cap. XI. procerarum, ut altitudine longè ſupe-
» rent, & quodammodo cooperiant cum
» ramis omnia tecta. Quando civitas
» procul adſpicitur, non præbet ſpeci-
» em civitatis, ſed denſiſſimi palmeti,
» quod ſane in his planis campis, & jux-
» ta hunc amnem jucundiſſimum præ-
» bet ſpectaculum. Civitas hæc utcun-
» que magna eſt, interiùs munita parvo
» caſtello, ſed ſatis valido ad amnem.
» Ædes omnino bonæ, & quædam pul-
» crè extructæ, ſecundum leges architec-
» turæ, ſed nimis obſcuræ.
» Sedem ibi ſuam habet quidam San-
» giaccus, eſtque ſubdita Baſſæ *Bagda-*
» *denſi*. Inter hortos quidam gaudent
» pomis citreis acidiſque auraïcis ac aliis
» deliciis, quorum unum vidi ſpectan-
» tem ad quaſdam fœminas, filias alicu-
» jus Baſſæ mortui. Ædificia alicujus
» momenti nulla ſunt, nec reliquiæ an-
» tiquitatis, tamen credibile eſt, olim
» omnem hanc regionem circa *Euphra-*
» *tem*, adeoque vicinam *Babyloniæ*, fuiſ-
» ſe populoſiſſimam, & facilè fieri po-
» tuit, ut *Hella* in hoc loco ex ipſis rude-
» ribus *Babyloniæ* ortum ſuum traxerit.
» Dictum quoque mihi fuit in civitate
» *Hella*, quod ad iter dimidiæ diei ab
» eadem civitate, ſed diversâ viâ ab eâ
» quam fueram ingreſſus, hodieque
» conſpiciatur ſepulchrum *Ezechielis*
» Prophetæ; ſed quia tum nondum ſatis
» peritus eram *linguæ Arabicæ*, utique id
» non ſatis intellexi, & propterea non ivi
» eò ad id videndum; deinde verò poſt-
» quam abieram, meliùs intellectâ re
» valde me pœnituit, quod non eò ive-
» rim & ſepulchrum dictum viderim.
» Quò frequentes vadunt plurimi *Judæi*
» devotionis cauſſâ, ſitumque eſt ad ri-
» pam ejuſdem fluminis *Chobar*, ſeu *Cha-*
» *bor*, ut vocant *Arabes* hodierni, quod
» nominatur à Sacra Scriptura in viſio-
» nibus hujus Prophetæ: qui amnis ori-
» tur in *Meſopotamia* ex grandi & famo-
» ſo fonte appellato راس العين *Ras-el-*
» *ain*, & poſtea longo tractu augetur,
tandemque circa hæc loca exoneratur in *Euphratem*. Hoc profectò omnino viſu dignum fuerat, tam propter *Ezechielem*, qui fuit tantus Propheta, quàm quia in Martyrologio dicitur, ex autoritate, ut credo, S. *Epiphanii*, qui id ſcripſit, quòd *Ezechiel* fuerit ſepultus in ſepulchro *Semi* & *Arphaxadi*, progenitorum *Abrahami*: quæ ſanè eſt inſignis antiquitas. Verùm ut dixi, ſeu infortunium meum, ſeu negligentia, me privarunt iſto aſpectu. Poſtquam omnia reliqua videram & notaveram, quæ digna viſa fuerant, mane die 25 *Novembris*, ſed aliquanto ſeriùs profectus ſum *Hellâ* & veſperi pernoctatum ivi in eundem locum appellatum *Bizſerchàn*, ubi etiam diverteramus cum illuc iremus. *Sect.* III.

Atque hæc ſunt quæ de priſcis *Babyloniæ* fabricis dicenda exiſtimavi; certè ſanè inde concludere poſſum, tanta & tam innumerabili hominum multitudine fuiſſe inhabitatam tum terram *Semaar*, tum *Meſopotamiam*, tum univerſam illam terram ad *Sinum* uſque *Perſicum*, ubi *Euphrates* magna aquarum mole in id ſeſe evolvit, ut vix paſſum progrediare, ubi non reſtent vetuſtorum temporum, urbiumque veſtigia. Totum itaque *Euphratis*, *Tigriſque* littus, excultum fuit urbibus, oppidis, turribus, vicis; ita ut vel univerſa *Babyloniæ* regio uſque ad *Sinum Perſicum* verſus Auſtrum, & verſus Boream in *Meſopotamiam* ſe extendens unica non immeritò civitas dici potuerit. Quod vel ex ore iſtius *Petri à Valle* curioſiſſimi exploratoris omnium me audiſſe memini: ſic enim dicit: *E ben vero, che è fabricata* Bagdad, *come tutte le altre terre vicine da i mattoni buoni, e vecchi dalla* Babilonia *antica, e dalle altre fabriche, ch' erano all' horá in queſti paeſe, nel quale, benche non ſi vedono veſtigie alcune reſtate in piedi di muraglia, ſe non quelle poche, che appreſſo racconterò, tuttavia ſotto terra in qual ſi voglia*

luogo

Cap. XI. *luogo che ſi cavi, per molte giornate intorno, ſi trova per tutto quantità grande di mattoni buoni & di muraglie antiche, donde e nata una favola, che ſi conta hoggidi fra* Mori *che queſto paeſe foſſe tanto habitato, che una volta eſſendoſi perduto in* Bagdad *un gallo, fù ritrovato in* Baſſora *città ſopra 'l mare nel* Seno Perſico, *lontana di* Bagdad *à* 12 *giornate, ſin dove dicono che foſſe andato ſaltando ſempre di tetto in tetto. Queſta continuata quantità di rouine ſotto terra in tutte le paeſe della provincia di* Babylonia, *tanto di quà, e di là, quanto in mezzo à i due fiumi, come anche un piccolo ramo o canale tirato dal'* Eufrate, *che appreſſo à* Bagadat *viene à metterſi nel* Tigre. id eſt:

„ Verum quidem eſt, *Bagdadum* fuiſ-
„ ſe extructum, ut & alias terras vicinas
„ ex lateribus bonis & vetuſtis *Babyloniæ*
„ veteris, & ex aliis fabricis, quæ tum
„ erant in iſtis regionibus, in quibus, ut
„ ut non appareant ulla veſtigia muro-
„ rum reliqua, niſi pauca illa, de qui-
bus poſtea agam, nihilominus ſub ter- *Sect.* III.
ra, ubicunque foditur, uſque ad mul- "
torum dierum itinera circumcirca, in- "
venitur ubique infignis copia laterum "
bonorum, & murorum antiquorum, "
unde nata eſt fabula, quæ hodie inter "
Mauros narratur, quod regio illa tam "
frequens fuerit habitatoribus, ut ali- "
quando amiſſus gallus in *Bagdado* de- "
nuò fuerit inventus in *Baſſora*, civita- "
te juxta littus maris *Sinûs Perſici*, ſitâ à "
Bagdado ad 12 dierum itinera: eouſque "
dicunt eum progreſſum ſemper ſaltan- "
do de tecto in tectum. Hæc continua "
quantitas ruderum ſub terra in omni- "
bus regionibus provinciæ *Babyloniæ*, & "
ultra, & citra, & in medio duorum illo- "
rum fluviorum, ut & parvus rivulus ſeu "
alveus derivatus ex *Euphrate*, qui pro- "
pè *Bagdadum* ſe evolvit in *Tigrim*. Sed
hiſce jam præmiſſis, jam ordine filio-
rum *Noë* geſta proſequamur.

CAPUT XII.

Genealogia *Noë*, *Japheth*, *Cham*, *Sem*, *filiorum*que.

De ortu Phaleg, *& diviſione linguarum & gentium.*

Ortus Phaleg & confuſio linguarum.

C. XII. Cæterum nonnullæ rationes demonſtrant quidem diviſionem linguarum accidiſſe multò poſt nativitatem *Phaleg* (quod & nos credimus) verùm non ideo conſequitur eam anno poſt diluvium trecenteſimo quadrageſimo contigiſſe, ut putant *Hebræi*, qui annus, ſecundum ipſos, fuit poſtremus vitæ *Phaleg*. Nam ſi verum eſt, quod aſſerunt *Euſebius in ſui Chronici initio*, & B. *Hieronymus in Oſeæ cap.* 2 & S. *Auguſtinus lib.* XVI. *de Civit. Dei cap.* 17. quos ſequuntur omnes penè alii doctores eccleſiaſtici, nimirum *Nembrod* fuiſſe illum, quem gentilitas appellavit *Belum*, eundemque regnaſſe annis ſexaginta quinque poſt conditam *Babylonem* & ei ſucceſſiſſe *Ninum*, in cujus regni anno 43, natus eſt *Abraham*. Procul dubio ſi prædictis annis 340 à diluvio, ad linguarum diviſionem elapſis, addantur anni 65 regni *Beli*, & 43 *Nini*, neceſſarium erit ponere, *Abrahamum* eſſe natum anno poſt diluvium 448, quod manifeſtè adverſaretur Scripturæ Sacræ, ex qua *Geneſ. cap.* XI. *verſ.* 10. uſque ad 27, ubi deſcribitur genealogia *Sem* filii *Noë*, à diluvio ad ortum *Abrahæ* juxta computum in hac adjuncta tabula expreſſum, colliguntur tantummodo anni 383. Si verò ſequamur eos, qui putant *Abraham* natum

Errores in computa temporum occurrente.

ARBOR GENEALOGIÆ NOËTICÆ

Lud
Aram
Ælam
Assur
Arphaxad
SEM.
Canaan
Misraim
Phuth
Chus
CHAM.
Javan
Madai
Magog
Gomer.
JAPHETH.
NOE.

C. XII. natum esse anno vitæ patris sui 60, & generationem *Cainan* minimè computandam censent, invenies à diluvio ad ortum *Abrahæ* longè minorem summam, nimirum annos duntaxat 293. Aliud huic simile absurdum ex priori opinione consequi necesse est. Nam si ponamus divisionem linguarum (quæ procul dubio facta est, quando *Babylon* ædificabatur) contigisse in ipso ortu *Phaleg*, qui ut colligitur loco *Genes.* proximè adducto, natus est anno post diluvium (præterita generatione *Cainan*) 102. quod pariter ex suprascriptis certum est, Scripturæ Sacræ plurimum adversari. Quocirca probare nullo modo possumus, id quod magnæ famæ auctor, vir alioqui in expendenda temporum præsertim antiquissimorum ratione accuratissimus *libr. in Genes.* XV. *num* 148, asserere non dubitavit, dicens, nullam afferri posse rationem, quæ necessariò concludat, vel etiam probabiliter demonstret divisionem linguarum non potuisse fieri, quando natus est *Phaleg*, qua in re fortassis, ut fit, memoriæ lapsu, videtur sibi non constare, quandoquidem ipse pluribus in locis & præsertim *libr.* XV. *in Genes. num.* 61. 67 & 148. & *lib.* XVI. *num.* 236. approbat, recipitque communem, quam citavimus, horum temporum historiam, asserentem *Nembrod* eundem esse cum eo, quem gentiles *Belum* dixerunt, & eundem à divisione linguarum regnasse 65 annis in *Babylone*, quæ fuit initium regni ejus, ut dicitur *Genes. cap.* X. *vers.* 10. Et *Abrahamum* natum esse anno 43 regni *Nini*, qui immediatè successerat dicto *Nembrod*. Ex quibus profectò (posità divisione linguarum in anno primo vitæ *Phaleg*) sequeretur ipsum *Abrahamum* natum esse 108 vitæ ipsius *Phaleg*, quod quàm falsum sit, dignosci potest ex *Genes. cap.* XI. *vers.* 16. usque ad 25; ubi ab ortu *Phaleg*, ad ortum *Tharæ* Patris *Abrahæ*, evidenter colliguntur anni plus quam centum viginti, siquidem ipse *Thare* natus est anno vitæ *Phaleg* 122, ut patet ex Tabula Chronologica. Quis igitur non videt, contra asserentes divisionem linguarum incidisse in ortum *Phaleg*, posse afferri argumentum valdè firmum, nimirum, quia hac posita sententia, necesse est probabiliorem ac magis receptam horum temporum chronologiam, à probatissimis auctoribus editam, funditus interire, & nullatenus posse cum sacro textu conciliari? Itaque relictis hisce duabus opinionibus, dicimus, quòd si vera est, ut credimus, nuper à nobis relata, & communi doctorum consensu firmata horum temporum historia de *Nembrod*, quod fuerit idem cum *Belo*, quemadmodum nos quoque infra comprobabimus, & quod regnaverit annis 65. & de *Abrahamo*, quod natus sit anno 43 *Nini*, qui immediatè post prædictum *Nembrod* regnasse dicitur, necessarium est fateri id, quod ab exordio hujus operis proposuimus: videlicet divisionem linguarum anno post diluvium 275 contigisse, qui annus in nostris tabulis cum anno vitæ *Phaleg* 144 contigit. Et hac posita opinione, *Torniello* teste, multa quæ ex aliis duabus sequi dicebamus, devitantur absurda, & horum temporum historia ab ethnicis, atque item ab ecclesiasticis scriptoribus tradita, ac probata optimè cum sacris annalibus congruere deprehendetur, ut quilibet in præsenti præcipuè tabula breviter, facilèque poterit experiri.

Vera sententia de ortu Phaleg. Torniellus.

Sit ergò positum divisionem linguarum & populorum factam sub medium vitæ *Phaleg*, id est 144 anno ipsius, diluvii autem 275, multis rationibus, quas passim hinc inde insertas reperies, confirmavimus, quibus positis de re ipsa dicendum est. Cum autem de constructione civitatis & *Turris*, quæ proxima causa fuit divisionis linguarum, in primo anno *Tharæ* di-

TABULA CHRONOGRAPHICA à diluvio usque ad tempora *Abrahæ*.	Ab orbe condito.	Anni Vitæ *Noë*.	A diluvio.	Regni *Nembrod*, sive *Beli*.	Regni *Nnii*.	Monarchiæ *Assyriorum*.	Regni *Semiramidis* super *Assyrios*.	Regni *Zameis* in *Ninive*.
Noe vinum bibens inebriatus est an.	1666	610	10					
Post annos 28	28	28	28					
Arphaxad genuit *Cainan* inch. an.	1694	638	38					
Post annos 30	30	30	30					
Cainan genuit *Sale* inch. an.	1724	668	68					
Post annos 30	30	30	30					
Sale genuit *Heber* inch. an.	1754	698	98					
Post annos 2	2	2	2					
Noë dicitur genuisse *Jonithun* an.	1756	700	100					
Post annos 32	32	32	32					
Heber genuit *Phaleg* inch. an.	1788	732	132					
Post annos 30	30	30	30					
Phaleg genuit *Rhen* inch. an.	1818	762	162					
Post annos 113	113	113	113					
Facta est linguarum, gentiumque divisio, an.	1931	875	275					
Regnat *Nembrod*, qui & *Belus* in *Babylone*, an.	1932	876	276					
Post annos 24	24	24	24					
Noe fertur misisse *Jonithun* in *Ethan*, an.	1956	900	300					
Post annos 40	40	40	40					
Arphaxad & *Nembrod*, qui & *Belus*, mortui sunt in fine an.	1996	940	340	66				
Ninus regnat in *Babylone* inch. an.	1997	941	341		1			
Post annos 9	9	9	9		9			
Noe moritur sub finem, an.	2006	950	350		10			
Post annos 10	10		10		10			
Ninus Monarchiam inchoat *Assyriorum*, an.	2016		360		20	1		
Moritur *Phaleg* sub finem an.	2026		370		30	11		
Moritur *Nachor Thare* pater sub fin. an.	2027		371		31	12		
Post annos 12	12		12		12	12		
Abraham nascitur inch. an.	2039		383		43	24		
Post annos 9	9		9		9	9		
Ninus Assyriorum Rex moritur sub fin. an.	2048		392		52	33		
Semiramis regnat in *Ninive*, & *Sarai* nascitur in *Chaldæa* inch. an.	2049		393			34	1	
Post annos 41	41		41			41	41	
Semiramis Assyriorum Regina decessit.	2090		434			75	42	
Regnat *Zameis* in *Assyria* inch. an.	2091		435			76		1
Jupiter à nonnullis creditur natus.	2092		436			77		2
Post annos 13	13		13			13		13
Chodorlahomor subegit *Sodomitas*.	2105		449			90		15
Post annos 3	3		3			3		3

C. XII. ctum fuerit, reſtat ut ex confuſione ipſa & hominum diſperſione in univerſas terras, qui eſt ejuſdem confuſionis effectus, dicamus.

Juſta pœna confuſionis linguarum, à Deo injecta.

Et primùm quàm juſta fuit hæc pœna architectis iſtis inflicta, & quàm conſentanea divinæ bonitati ac ſapientiæ. Quæ enim à parente pœna ſuavior exſpectari poſſit in liberos minus dictis ſuis audientes, quam ſine cædibus, ſine mutilatione & plagis, ſine iracunda diſſipatione laborioſi operis, atque ideò ſine objurgatione & querela adigere ad obtemperandum, novaſque colonias deducendas, quæ coloniæ eſſent, ſi volentes abibant; aut varia exilia ac deportationes, ſi inviti. Quod ſi hæc eorum culpa vanitas fuit, non enim ſatis probabilia narrant, qui hanc ſubſtructionis inſaniam à culpa purgare moliuntur, ut videre eſt apud *Toſtatum*. Sciebant enim jam pridem ſibi à communi parente *Noë* divinitùs impetratum, ut in deſtinatas ſibi provincias proficiſcerentur. Itaque in mora erant, & in culpa, quæ ex diuturna iſta civitatis & turris DEO non grata molitione creſcebat. Si ergo hæc culpa vanitas fuit, nonne ſapienter opus vanitatis & inops ſolidæ gloriæ, præter DEI voluntatem ſuſceptum, infirmitate ſua, DEO non ſuſtentante contabeſcit. Si ſuperbæ mentis elatio? nonne confuſione expianda fuit, ne ſuperbè unquam glorioſi iſti jactare poſſent opus, quod imperfectum irriſi, confuſique reliquiſſent. *Quoniam dominatio imperantis in lingua eſt*, inquit Auguſtinus, *ibi damnata eſt ſuperbia, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret* DEO *jubenti. Si odium* DEI *hanc arcem erigebat adverſus* DEUM, *nonne exarmandi erant inimici, nonne ex ipſa arce exigendi, & impia conjuratio animorum, juſta linguarum diſſenſione caſtiganda?* Unde Claudius Marius Victor:

Ut quod peccarunt concordis crimine mentis Sect. III.
Confuſæ dammet melior diſcordia linguæ.

Vide *Proſper. Aquit. de Vocat. gentium.*

Quomodo facta linguarum confuſio.

Sed age, quæ fuit iſta linguarum confuſio? quomodo facta? quàm multiplex? Nam *Philo in libro de confuſione linguarum*, dum hiſtoriam ſuo more in tropologiam conatur vertere, negat confuſionem ullam contigiſſe linguarum, ſed diviſionem. Nam *Hebræa*, quæ jam erat, in ſua puritate & integritate perſtitit, aliæ quæ tum primum natæ ſunt, confuſæ non fuerunt, antequam eſſent. An in linguis confuſio non fuit, ſed in hominibus propter repentinam exorientium linguarum varietatem, ut *Pererio* placet? An confuſio linguarum ſive permixtio idiomatum fuit, dum in eodem opere diverſarum familiarum homines verſarentur, & mutatis repentè linguis, unus ſermo vel dialogus efficeretur, in quo *Hebræa, Græca, Latina, Germanica, Polonica* vocabula mixta, confuſaque reperirentur, quorum nonnulla ſinguli intelligerent, nemo univerſa? Sicque fieret, *ut nemo intelligeret vocem proximi ſui*, id eſt, alter alterum intelligere non poſſet, ut *Lyrano* quoque videtur. An non etiam diviſio linguarum rectè dicitur, quandoquidem pro ratione diverſarum linguarum à ſe invicem diviſi ſunt homines, qui lingua utebantur?

Quomodo facta ſit, explicat *Toſtatus cap.* II. *Geneſ.* ex quo *Pererius*. Dico breviter inductam primùm divinitus in omnibus familiis oblivionem nativæ linguæ, id eſt, *Hebraicæ* præterquam in *Heber & Phaleg*, in quibus illa inviolata permanſit, tum inſertam infuſamque novam linguam omnibus familiis, prout olim infuſa fuerat *Adamo*, & uxori ejus, adeò ut illam non minus haberent in promptu, quàm ſi eam cum nutricis lacte didiciſſent. Miniſterio

C. XII. porrò Angelorum id factum fuiſſe ſcribit *Origenes*, eorum ſcilicet, qui illorum populorum rectores futuri erant, ad quos illa DEI dirigatur oratio: *Venite deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum.* Non tamen ait, Ite, deſcendite & confundite, ut præſens intelligatur angelis operantibus, tanquam præcipuus operans, ut obſervavit *Cajetanus*. S. quoque *Epiphanius* hanc linguarum multiplicationem divinę inſpirationi ſemel iterumque attribuit. Nec ſanè humanâ induſtria fieri potuiſſe, quodlibet integrum idioma, ex iis etiam, quæ de *Adami* lingua ſupra cum *Abulenſi* diximus, facilè intelligi poteſt. Sed audi Claud. Marium hanc rem eleganti carmine concinentem:

Claudius Marius.

Dixit & intentos operi, molemque levantes
Mentibus attonitis ſubjecta oblivio primum
Intrat, & ignotæ ſubit imperfectio linguæ,
Increpitant operis, ſtudio ceſſante, magiſtri
Cunctantes ſocios, ſed vocem nemo remittit
Non intellectis, quod ſi quis tentat, inane
Sibilat, aut rupti fremitu ſermonis anhelat.
Sic vanum prava ſuſceptum mente laborem
Deſtituit fruſtrata manus; jam nemo propinquum,
Nemo patrem ſequitur, quem quiſque intelligit, addit
Agglomeratque ſibi, ſociumque adjungere curat.
Dumque perit diviſa hujus cognatio gentis,
Gentem lingua facit, ſparguntur claſſibus æquis,
Diductaſque petunt vario ſub ſidere terras:

Ita *Marius* Poëta, in cujus carmine illud non ſatis probabile, ignotæ linguę imperfectionem ſubiiſſe, perfectam quippe infuſam ab eo, cujus perfecta ſunt opera, credibilius eſt, neque enim eam humana induſtria paulatim compararunt. Nec enim item, quod ait, *Gentem lingua facit*; & quod eodem redit; *Nemo propinquum, nemo patrem ſequitur.* Communis enim ſententia eſt linguas ſecundum familias à Domino fuiſſe diſtributas, non ex linguis familias. Idque docet Moſes cum agit de filiis *Japheth*. *Ab his*, inquit, *diviſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unusquiſque ſecundum linguam ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis*, quaſi dicat, non ſolum ſecundum linguas, ſed etiam ſecundum familias. Ita etiam de filiis *Cham* ait. *Hi ſunt filii* Cham *in cognationibus & linguis, & generationibus, terriſque & gentibus ſuis.* Eodem denique modo filios *Sem* ſecundum cognationes & linguas, & non tantùm ſecundum linguas diſtribuit. Quod ſi nemo patrem ſequeretur, quomodo poſſet ulla familia coaleſcere? quanquam facile eſt explicare Poëtam: *Nemo patrem ſequitur*, quatenus ſcilicet patrem, ſed quatenus ejuſdem linguæ ſocietate conjunctum. Quod porro dictum eſt, *Confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unuſquiſque vocem proximi ſui*: abſurdum eſſet de ſingulis interpretari; quaſi quiſque linguam hujuſmodi loqueretur, quam nemo omnium præter ipſum intelligeret. Id enim eſſet non ſeptuaginta duas linguas, ſed quinquaginta millia linguarum introducere, idque valuiſſet non ad multiplicandos hominum cœtus, & civitates, ſed ad omnes à ſe invicem diſtrahendos. Mens ergo *Moſis* eſt, factum eſſe, ut unusquiſque non intelligat omnes, ut ante ſolebat, ſed alii alios intelligant, puta qui ſunt ejuſdem familiæ; alios non intelligant, qui fuerint diverſæ. Per familias ergò diſtinctæ ſunt linguæ, ut inter eos maneret ſocietas inter quos linguæ communicatio ſervata eſſet.

Deciſio litis.

Sequitur ut aliquid de numero linguarum dicamus. Quem ſcriptura nus-

Numerus linguarum.

quam

C. XII. quam prodit, ſed eum D. *Auguſtinus*, S. *Epiphanius*, aliique SS. Patres ex numero familiarum *Noë* à *Moſe* commemoratarum colligunt. Sic autem dicit Auguſtinus: *Ex familia* Japheth, *quindecim. Ex progenie* Cham, *unam & triginta. Ex ſtirpe* Sem, *viginti ſeptem. In ſumma igitur*, inquit, *omnes progeniti de tribus filiis* Noë *fiunt ſeptuaginta tres*, vel potius, quod poſtea demonſtrabitur, ſeptuaginta duas gentes tunc fuiſſe colligitur, non homines. Quod ſe demonſtraturum promittit, exequitur cap. 11. ſequenti, ubi, *unam tantum fuiſſe linguam* Heberis & Phaleg, *licet omittantur qui gentium & linguarum principes non fuerunt, propter tempus inſigni eventu notatum. Quia in diebus ejus terra diviſa eſt.* Priore autem illo loco ſubdit. *Propterea ergo multorum filii non ſunt commemorati, quia gentibus aliis naſcendo acceſſerunt, ipſi autem gentes facere nequiverunt. Nam qua alia de cauſa, cùm filii* Japheth *octo numerentur, ex duobus eorum tantùm filii nati commemorantur? Et cùm filii* Cham *quatuor nominentur, ex tribus tantùm qui nati ſunt, adjiciuntur. Et cum filii* Sem *nominentur ſex, duorum tantùm poſteritas adtexitur; numquid cæteri ſine filiis remanſerunt? Abſit hoc credere, ſed gentes propter quas commemorari digni eſſent, non utique fecerunt, quia ſicut naſcebantur, aliis gentibus addebantur.* Ita D. Auguſtinus.

Difficile eſt 72 linguas præciſe ponere.

Eundem numerum agnoſcit *Euſebius lib. I. Chronol. Græcæ*, ubi enumeratis omnibus provinciis filiorum *Noë*, ὁμοῦ, inquit, ἔθνη (οϛ') ἐδεδομήκοντα δύο. Et Epiphanius, *Ergo illi*, inquit, Turrim & Babylonem *ædificant. Sed divino numini de inſana illa molitione diſplicuit, ideoque diſſipatis illorum linguis, ſeptuaginta duas ex una fecit, pro hominum numero, qui illo tempore repertus eſt, unde & Meropes à vocis diviſione nuncupati.*

Cave putes non fuiſſe tunc niſi duos & ſeptuaginta viros, ſed tot numeroſarum familiarum principes, quos paulo ante ἀρχηγέτας & κεφαλαίους *Sect.* III. appellarat.

Idemque repetit *hæreſi* 39, ubi de genere *Cham* ponit duces 32, de ſtirpe *Sem* quindecim, de *Japheth* viginti quinque, ubi totus numerus idem eſt, partiales non iidem. Nec item exiſtimes unam linguam, materiam & quaſi ſemen fuiſſe, ex qua corrupta ſeptuaginta duæ naſcerentur. Nam *Hebræa*, ut diximus, integra manſit, aliæ novæ natæ ſunt; ſed perinde eſt, ac ſi diceret, pro una natas eſſe ſeptuaginta duas. Vide etian. *Chron. Alexandrinum* Græco-latin. quod cum *Epiphanio* ſentit.

Addam & *Proſperum Aquitanicum*, qui etiam eleganter cauſam hujus confuſionis & multiplicationis linguarum depingit. *Jam verò*, inquit, *procurrente humanæ propagationis augmento, cùm ipſa mortalium numeroſitas de ſuis multiplicationibus ſuperbiret, & ſecundum elationis ſuæ altitudinem cœlo cuperet molem immodicæ conſtructionis inſerere, quàm mirabilis ad cohibendam hanc inſolentiam fuit divinæ cenſura juſtitiæ! quæ omnem illorum populorum loquelam, notis ſibi invicem ſignificationibus conſonantem, ſeptuaginta, & duarum linguarum varietate confudit, ut & inter diſſonas voces operantium pereunte concordia, inſanæ molitionis machina ſolveretur, & habitando orbi terrarum incolas malæ congregationis opportuna fieret diſperſio. Denique in eundem numerum plerique omnes antiqui conſentiunt.* Vide *Pererium*, qui in hanc ſententiam etiam *Hieronymum*, *Arnobium*, & *Origenem* citat, quibus *Beda de ſex ætat. Marianus Scotus*, aliique addi poſſunt, præſertim *Chronicon Alexandrinum*, quia eas omnes enumerat. Proſper Aquitanicus.

Cæterum contra hunc numerum dubia movet *Pererius* partim ex diſpari perſonarum numero, qui in græcis, latiniſque codicibus reperitur. *Græci* enim *Latinos* tribus perſonis, ſive familiis excedunt, & addendo *Canaan*, Pererius,

C. XII. etiam quatuor. Partim quia non videntur plures Patres seorsim à filiis numerandi, quasi diversas ab iis linguas habuerint, quoniam patres non potuerunt habere familias, nisi per filios. Quod si patres seorsim à filiis numerentur, quasi linguas suas seorsim ac familias habuerint, prædicto numero addendi erunt *Sem*, *Cham* & *Japheth*, imò & ipse *Noë*, & sic numerus linguarum ad sex & septuaginta excrescet. Partim denique quia aliquorum filiorum *Sem*, *Cham* & *Japheth* nulli filii sive posteri recensentur. In progenie *Japheth* quinque; in *Cham* duo; in *Sem* quatuor omittuntur, de quibus nihil certi dici possit, unicamque singuli gentem, an nullam, ac plures produxerint, & cum gentibus linguas distinctas. Et sic numerus hic multum semper variabitur, & incertus reddetur.

Defenditur 72 linguarum numerus.

Nihilominus septuaginta duarum linguarum numerus retinendus videtur, qui non leve habet in *Mosis* narratione fundamentum, cùm in singulis familiis trium filiorum *Noë*, semper linguæ cum familiis distinctæ reperiantur, familias autem tam multi antiqui, recentioresque Doctores septuaginta duas agnoverint, & hæ objectiones facilè solvi posse videntur. Dicemus enim diversum quidem reperiri numerum in hebraicis, græcisque libris; sed eorum qui adduntur à *Græcis* neque linguas, neque familias fuisse diversas, propterea que à *Mose* hoc loco prætermissos. Secundæ objectioni satisfieri potest, si dixerimus, patres quidem non potuisse habere familias, nisi per filios, potuisse tamen habere per alios ab iis, qui in textu decimi cap. recensentur, & per eos diversas constituere familias.

Tertiæ non improbabiliter respondetur, quatuor istos quasi segregatos à cæteris, & eximios, non habuisse singulares linguas, sed præter communem, quam retinuerunt, etiam iis linguis donatos fuisse, quæ in familiis à se ortis reperiebantur, ut singulis monita salutis dare possent, & ad quam liberet familiam se transferre. Quod sentit etiam *Torniellus*. Ad postremum dicimus eos, quibus filii non attribuuntur, singulas duntaxat feciisse familias, quibus singulæ datæ sunt linguæ, ideoque postremorum peculiarem distinctionem necessariam non fuisse. Quæ mens est D. *Augustini*, cujus verba paulò ante retulimus. Sect. III.

Hac ergo linguarum confusione & hominum perturbatione inducta:

Non cœptæ assurgunt turres, non arma juventus
Exercet, portusve aut propugnacula bello
Tuta parant, pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes, æquataque machina cælo.

Nominatim autem *Turrim*, non solùm ab Architectis relictam, sed divinitus etiam disjectam plerique antiqui prodidere. *Josephus* ex *Sibylla* refert deos *Turrim* procellis immissis subvertisse, & suam cuique linguam dedisse; verùm libro tertio Sibyllinorum versuum hæc leguntur inter alia:

Flatibus aut venti magnam sublime ferentes
Turrim jecerunt, & litem conciliarunt
Inter eos, urbemque ideo Babylona *vocarunt.*
Sed postquam cecidit Turris, *linguæque fuerunt*
Vocibus inter se diversis, terra deinceps
Tota replebatur divisis regibus. &c.

Quot scilicet coloniis *Nembrodo* auspice, ut dicetur, in sequentibus, *Epiphanius* quoque *initio Panarii* ait, DEUM non solùm hominum divisisse linguas, unde & *Meropes* dicti fuerint, sed *Turrim* etiam ventorum impetu evertisse. Epiphanius.

Abydenus, qui res *Medorum* & *Assyrias* scripsit, apud *Eusebium* de præparatione hæc habet. *Primos homines ferunt è terra natos, robore & magnitudine confisos, diis* Abydenus.

C. XII. *diis affuiſſe, quâ ſuper eos diruta* Turris *cecidit.* Et infra apud eundem hæc ex Eupolemone. *Civitas*, inquit, Babylon *ab iis condita primùm fuerat, qui à diluvio evaſerunt, quos omnes gigantes fuiſſe conſtat, ſparſos per univerſam terram, poſtquam* Turris *quam ædificabant, divinitus concuſſa decidit.* Et hinc fortè Tertullianus contra Praxean: *Filius itaque eſt, qui ab initio judicavit*, Turrim *ſuperbiſſimam elidens, linguaſque diſperdens.*

Tertullianus.

Verùm hæc parùm firma ſunt, hoc ipſo quod à *Moſe* non confirmantur; unus aliquis eorum, quos retuli, eam everſionem, ut videbatur, admodum juſtam atque probabilem excogitavit, quem reliqui poſtea ſunt ſecuti. Cùm tamen hæc niſi à *Moſe* ſcire non potuiſſent. In cujus ſcriptis obſcurè tantum ſignificatur eos ab opere deſtitiſſe, impedimento linguarum injecto. *Cœperunt*, inquiebat Dominus, *hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant*; nimirum niſi impediero, ſicut & fecit.

Cur Nembrod *in* Babylone *reſtitit.*

Quòd ſi quæras, cur *Nembrod*, qui poſt diſperſas reliquas gentes *Babylone* ſubſtitit, cum popularibus ſuis, intermiſſum opus non redintegravit? Reſpondeo cum *Pererio*, aut opus fuiſſe majus, quàm ut à tam paucis hominibus perfici poſſet, aut potius homines præſentis prodigii magnitudine atque inſolentia deterritos, auſos non fuiſſe opus imperfectum abſolvere, ne divinitùs graviori aliqua pœna mulctarentur. Vacaſſe autem ædificationem per annos ferè centum, videlicet uſque ad *Semiramidem*, quæ inchoatam civitatem *Babel* incredibili magnificentia ac magnitudine abſolvit. *Turrim* verò illam nequaquam altius extulit, ſed aliam mirificè ornatam, in templo, quod *Belo* conſecrabat, incluſit, ut ex *Herodoti Clio* paulo ante retulimus. Cùm itaque templum *Beli* in ipſa urbe *Babel* à *Semiramide* exſtructum fuerit, certè *Turrim Babel* utpote à *Babylone* remotam, in ea urbe exſtructam fuiſſe, ex iis quæ in præcedentibus dixi, patet eſſe quàm falſiſſimum.

Sect. III.

Diſperſio gentium.

Sequitur ut de diſperſione mortalium in varias terras agamus, quas non temerè aditas aut uſurpatas, ſed ex ſortibus divina voluntate diſtributas, ex primo anno *Phaleg* intelligitur. Hoc autem tempore inducta confuſione linguarum, quò quemque ſors & DEUS tulit, eam terram familiarum principes cum ſuis occuparunt, ut ait *Joſephus*: *Japheth Europam*, & quæ illi ex *Aſia* adjecta ſunt; *Cham Africam* & *Syriam*; *Sem* reliquam *Aſiam*, juxta generalem diſtributionem, quam eodem loco ex *Joſepho* retulimus. Quod hoc loco exactiùs ex ſcriptura intelligetur. Spinoſam porro in barbaris vocabulis diſputationem, & magna ex parte corruptis, utilitas, DEO favente, compenſabit. Multa enim ſcripturæ loca præſertim apud Prophetas, hinc nonnullam lucem accipere poſſunt, cui ut ſerviamus, ordinem familiarum à *Moſe* poſitum, ipſorumque principum ab eo nominatorum ſequemur.

CAPUT XIII.

Quando cœperit regnum Nembrod, *& diviſio gentium.*

C. XIII. AB anno diviſionum linguarum, ac diſceſſionum gentium de terra *Semaar*, anno inquam ab orbe condito 1931, & poſt diluvium 276 circiter inſequente, credimus auſpicandos eſſe annos regni *Nembrod* in *Babylone*, & urbibus proximis, ſuper gentem linguæ ſuæ, quæ ſola illi remanſerat, ac deinde etiam ſuper alias finitimas à ſe occupatas, ut in præcedenti-

C.XIII. dentibus comprobavimus. Porrò iſte *Nembrod*, qui idem cum *Belo*, ut loco proximè citato docuimus, regnavit in *Babylone* annis ſexaginta quinque, ut tradunt *Euſebius in Chronico*, & B. *Auguſtinus lib.* XVI. de *Civit. Dei cap.* 17, & alii. Quis autem vir fuerit iſte *Nembrod*, ſive *Bel*, ſatis paſſim in præcedentibus ſuis locis à nobis dictum fuit.

Per idem quoque tempus, credibile eſt, cæterarum quoque linguarum principes regnare cœpiſſe (non tamen tyrannicè ut *Nembrod*) in gente ſua, & in ſingulis regionibus, ad quas primò incolendas pervenerunt. Puto autem eas non admodum à *Babylonia* fuiſſe remotas, rationabile namque eſt credere priùs proximiores, quàm remotiores à priſcis illis gentibus terras fuiſſe cultas. Quanquam non multo poſt, ad declinandam nimis moleſtam ipſius *Nembrod* tyrannidem, qui non contentus imperare *Babyloniis*, alias quoque finitimas gentes infeſtare, ac ſibi violenter ſubjugare nitebatur, plurimos longiùs receſſiſſe credimus. Quare, quemadmodum poſtea in primitiva Eccleſia, prima illa perſecutio quæ facta eſt *Hieroſolymis* adverſus *Chriſti* fideles, in cauſa fuit, ut ipſi ad fidem latiùs propagandam diſpergerentur in varias orbis provincias, quibus deinde ſcripſit B. Petrus primam ſuam epiſtolam, nimirum, *Dilectis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ*: ita priſcis illis temporibus divina providentia factum eſt, ut tyrannica invaſio ipſius *Nembrod*, divinæ ordinationi deſerviret, ad populis replendas etiam alias terrarum regiones, à prioribus illis valde admodum remotas. In quibus deinceps varia regna ſurrexiſſe, dubitandum non eſt, præcipuè verò apud *Ægyptios*, & item apud *Sicyonios* in *Græcia*, de quibus aliquid ſuis locis ex *Euſebio* tangemus. Nam de regno *Italiæ*, quod *Jo. Lucidus in ſuis tabulis*, ponit cœpiſſe viginti quatuor annis ante *Nembrod* primum Regem *Babylonis*, adeò irrationabile eſt, ut figmento ſimile videatur. De cunctis autem priſcorum illorum temporum regnis, ſicut nullum aliud tempore præceſſit regnum *Babylonis*, ita nullum illo majus fuit. Nam non multo poſt, nempe temporibus *Nini*, qui ſedem ejus tranſtulit in *Aſſyriam*, uſque adeò excrevit, ut Monarchiæ *Aſſyriorum* nomen acceperit. Quare nos aliqua quidem certiora quorundam Ethnicorum regnorum initia ſuis locis commemorare non negligemus; veruntamen ſucceſſivam Regum ſeriem, tantummodo hujus, & aliarum monarchiarum, quarum Scriptura Sacra meminit, hic adnotabimus.

Sect. III.

Nembrod *Tyrannus.*

Ab hoc quoque circiter tempore, uti ſentit *Torniellus*, & non prius, ſed potius aliquanto poſt, oportet inchoatas eſſe dynaſtias, ſeu potentatus *Ægyptiorum*, certum eſt enim ex ſupradictis, & irrefragabili ipſiusmet Sacræ Scripturæ teſtimonio, ante diviſionem linguarum gentes non eſſe diviſas, ſed poſt, neque ullas alias orbis regiones, præter *Armeniam* & *Babyloniam*, & loca ad Orientem illis proxima, ab hominibus poſt diluvium fuiſſe inhabitatas, niſi ut diximus, poſt diviſionem linguarum. Quod verò nos in *Oedipo Tom.* I. etiam mentionem dynaſtiarum *Ægyptiorum* amplam fecerimus, etiam ante diluvium, id non factum eſt, quod ita ſentiremus, ſed ſecundum *Ægyptiorum*, *Arabum* & *Manethonis* opinionem, ubi & mentem meam de dynaſtiis fuſius apertam reperiet Lector. Quamobrem benè *Jo. Lucidus lib.* V. *de emendatione temporum cap.* 1. & *in ſuis tabulis* primam *Ægyptiorum* dynaſtiam inchoat ab initio regni *Nembrod* & *Chaldæorum*. Unde neceſſarium videtur aſſerere, ſexdecim illas priores dynaſtias, quas *Euſebius in Chronico* ponit præceſſiſſe ortum *Abrahæ*, aut fuiſſe multò

Ægyptiaci regni initium.

Regnorum variorum origo.

pau-

Nimbrod Filius Chus, Filii Cham. ipse cœpit esse potens in Terra, robustus Venator coram Domino. Genes. 10.

C. XIII. pauciores, aut admodum breves. Etenim hinc ad nativitatem *Abrahæ* computantur tantummodo anni centum ſeptem, ut patet in tabulis, nimirum ſexaginta quinque regni ipſius *Nembrod*, ſeu *Beli*, qui fuit primus Rex *Chaldæorum*, & quadraginta duo regni *Nini*, qui immediatè ſucceſſit *Belo*; natum enim eſſe *Abrahamum* anno quadrageſimo tertio regni ipſius *Nini*. Unde ſequitur non potuiſſe ſingulas dynaſtias ſeptem annos expleviſſe. Nam uti jam paulò ante ex *Torniello* tradidimus, ſi dynaſtiæ *Ægyptiorum* in tempus ædificationis *Turris* inciderunt, quomodo textus S. Scripturæ verificabitur? Cùm id temporis totum genus humanum in terra *Semaar*, & vicinis *Meſopotamiæ* locis congregatum fuerit? Aut quomodo *Cham*, *Chus* & *Nembrod*, qui *Turris* fabricæ omnes præſentes fuerunt, necdum tranſmigrationem orſi, *Ægypti* dynaſtias inſtituere & adminiſtrare potuerint, cùm nullus tunc temporis vivens homo extra *Babyloniam* ſive *Aſſyriam* reperiri potuerit, quis eſt, qui capere poſſit? Dicere igitur cogemur illas poſt *Chami* in *Ægyptum*, quæ eum ſorte contingebat, adventum, per filium *Meſraim*, primum inſtitutas fuiſſe. Sed de hiſce quàm fuſiſſimè actum vide in I. *Tom. Oedipi Ægyptiaci lib.* I. ubi per totum omnia amplè proſecuti ſumus. *Sect.* III. *Ante diviſionem & confuſionem linguarum Ægyptus non fuit habitata.*

CAPUT XIV.

De Progenie Chus, *& utrum fuerit verè colore nigro imbutus.*

C. XIV. VErùm quia *Chus* primus *Æthiops*, ſive niger fuiſſe creditur, ſaltem poſt diluvium, nam antea an fuerint *Æthiopes* incertum eſt, libet hoc loco inquirere, num univerſa progenies ejus nigra fuerit, vel ſaltem omnes, qui poſtea nigri nati ſunt, ab ipſo prodierint? Et primum quidem certum eſt probari non poſſe, cùm potius appareat oppoſitum; conſtat enim *Nembrod* filium *Chus* habitaſſe cum proſapia ſua in terra *Sennaar*, hoc eſt, in *Babylonia*, ſeu *Chaldæa*, ubi nuſquam legimus incolas fuiſſe nigros. Quod ſi verum eſt, etiam conſequitur, illam cutis nigredinem non ſemper neceſſariò ex propagatione generari, ita ut niger vir non poſſit non niſi nigrum filium gignere, cùm jam dictum ſit nigredinem *Chus* non fuiſſe in omnes ejus poſteros diffuſam. An verò omnes nigri ab ipſo *Chus* originem duxerint non facile eſt definire, quoniam videtur eſſe communis opinio, atrum illum cutis colorem potius ex loci ariditate, & ſolis aduſtione, quàm ex aliqua alia cauſa produci; communiter namque videmus in aridiſſimis, calidiſſimiſque terrarum plagis nigros, aut ſaltem ſubnigros homines reperiri; contra verò, in humidioribus frigidioribuſque, admodum albos. Sed huic opinioni officere videntur, quæ refert *Abrahamus Ortelius*, in tabulæ quartæ ſui theatri commentariolo, nempe in calidioribus quibuſdam locis, ſub eodem parallelo, atque ſub eadem cœli conſtitutione, alibi naſci homines albos, ut in *America*; alicubi ſubfuſci coloris, ut in *Abyſſinorum* regionibus, alicubi nigerrimos, uti in regno *Congo*, *Guinea*, cæteriſque nonnullis *Africæ* regionibus, uti *Monomotapa*, *Sofala*, & qui ad flumen *Cuama* habitant. In *Abyſſinorum* tamen regno non omnes nigri, ſed ſubfuſci coloris, non obſtante meditullio *Africæ* ſub æquinoctiali conſtituto & immenſis caloribus æſtuante, naſcuntur. Rurſus in *Indiæ Orientalis Malabarico* *Non omnes ſub zona torrida nati nigri coloris ſunt.*

C.XIV. regno nigri quoque, uti *Calecuthi* celebri emporio. Cur verò in *America* nigerrimi coloni non naſcantur, etiamſi calidis & ſiccis, etiamſi æquatori ſubjectis regionibus, mirum cuipiam videri poſſit. Conſtat demum eos qui incolunt Auſtrales *Cretæ*, *Siciliæ*, *Hiſpaniæ*que partes, candidi eſſe coloris, cùm tamen certum ſit eoſdem non minus ab æquinoctiali diſtare, in noſtro hoc hemiſphærio Arctico, quàm in Antarctico diſtet ab eodem Æquatore extremum illud *Africæ* promontorium, quod *Caput Bonæ ſpei* dicitur, cujus habitatores eſſe nigerrimos teſtantur *Luſitani*, qui in ſuis ad *Indias Orientales* navigationibus frequenter admodum per illas oras pertranſire coguntur, uti paulò ante de incolis *Monomotapæ* diximus.

Ex quibus omnibus tria ſatis probabiliter colligi poſſe videntur. Primò ſolis propinquitatem ſeu aduſtionem, terræque ariditatem ſimul concurrentes eſſe quidem cauſas valde appoſitas ad conſervandam, vel etiam augendam cutis nigredinem, præſertim in facie, aliiſque partibus minimè opertis, ut quotidie fieri videmus in ruſticis, aliiſque, qui æſtivo tempore ſub radiis ſolaribus commorari diutius ſolent; veruntamen non ſufficere ad producendos homines naturaliter nigros, alioqui in omnibus calidiſſimis, ſicciſſimiſque regionibus naſcerentur homines nigri, quod non ita eſſe probant ſuperius narrata. Unde certiſſimum puto, quemadmodum etiam *Torniellus* hoc loco ſentit in corporibus humanis originem nigredinis non propriè à regionum qualitate, ſed ex alia cauſa provenire, nimirum primariò à ſtirpe, ſeu generatione & ſanguine parentum: cui ego junxerim naturalem alicujus loci conſtitutionem unà cum reſpectu ad ſolem.

Nigredo in Chus naturalis. Secundò probabile admodum eſſe, quod naturalis humanorum corporum nigredo primò omnium apparuit & à nativitate ingenita ſit in ipſo *Chus*, tametſi is in terra *Semaar*, vel potius in *Armenia* natus credatur, quæ nimiam ſolis uſtionem non patitur. Et hoc ex divina diſpoſitione factum credimus, non quidem in pœnam paternæ impietatis, & avitæ maledictionis, quandoquidem ex ſupradictis apparet ipſum *Chus* multò antè fuiſſe genitum, quàm pater ejus *Cham* in præmium ſuæ impietatis Noëticam maledictionem in filio *Canaan* accepiſſet, ſed aliqua alia de cauſa ſoli DEO cognita. Quod ſi propinquiores cauſas nigredinis *Chus* indagare velimus, dicere poſſumus id contingere potuiſſe vel ex vehementi quadam & fixa matris imaginatione cujuſdam rei nigerrimæ in ipſo conceptionis tempore occaſionaliter excitata, ad ſimilitudinem ejus, quod in gregibus *Jacob* accidiſſe legimus *Geneſ. cap.* XXX. *verſ.* 37. *Lycoſthenes* ſanè in ſuo *de Prodigiis libro*, fœminæ cujuſdam meminit, quæ uterum gerens dum in pictura trium Regum, quam cubiculo ſuo affixam tenebat, *Gaſparem* ex tribus nigerrimum, anxiè quàm ſæpiſſimè vehementi imaginationis vi conſiderans, oculos denteſque in nigerrimo vultu miraretur, mox depoſito utero infantem genuiſſe *Æthiopi* ſimillimum. Sic accidere potuiſſe dico ex repentino quodam ac vehementiſſimo appetitu materno rei nigerrimæ, quem adimplere non valuit, quando ipſum *Chus* geſtabat in utero, ut videmus contingere in mulieribus, quæ maculoſos fœtus pariunt, quodammodò exprimentes in ipſa macula colorem rei concupitæ, quam *Græci* κίτταν, *Picam Latini*, *Itali la voglia*, dicunt, de qua in *Arte magnetica*, de magnetiſmo imaginationis mulie-bris fusè & curiosè actum vide. Nam ſi levior cauſa in aliqua cutis parte, v. g. nigram atque indebitam efficere poteſt, quemadmodum ipſa docet experientia, utique videtur hujuſcemodi

Nigredo in Chus cauſari potuit ex imaginatione matris in ipſo conceptionis tempore.

Sect. III.

C. XIV. cemodi vehementissima causa, tanquam multò magis humores commovere atque alterare valens, totam prolis cutem, eodem colore quemadmodum naturaliter inficere potuisse. Neque incongruum videri debet, quod procedentibus postea temporibus ex *Chus* nigro, & uxore ejus alba procreati sint filii alii nigri, alii albi, quidam verò subfusci, quandoquidem videmus filios aliquando magis assimilari patri, aliquando matri, & interdum, veluti ex æquo, utrique. Tertiò demum credibile esse, quod de filiis *Chus*, qui erant nigri aut subfusci, postea plures delegerint sibi ad habitandum regiones valdè calidas & siccas, tanquam ipsorum naturæ magis accommodatas, & quandocunque (ut aliis quoque nationibus sæpius contigisse certissimum est) de propriis sedibus pulsi sunt, ad alias non valde dissimilis temperamenti commigrarint. Atque hinc factum esse puto, quòd, tametsi omnes *Æthiopes* à *Chus* originem traxisse credantur, non tamen in eadem orbis plaga, sed in diversis hodie, calidis nimirum & siccis, nigro colore imbuti reperiantur. Utrum autem, quod diximus accidisse ipsi *Chus*, postea unquam alicui alteri contigerit, ut scilicet ex utroque parente albo niger aliquis sit genitus, neque negare, neque affirmare audemus: nam licet, quod semel accidit, aliàs etiam, nî DEUS prohibeat, accidere posse videatur, veruntamen quod id de facto acciderit, incompertum habemus. Si verò id aliàs contigisset, certum esset, quod non omnes *Æthiopes* de posteritate *Chus* descendisse affirmari possit.

Altera causa.

Genealogia filiorum Chus.

Sed jam ad filios ipsius *Chus* deveniamus, de quibus *Torniellus* in suis *Annalibus* ita ratiocinatur, quem nos uti scriptorem fide dignum sequemur. *Saba* primus inter filios *Chus* recensitus, & alter *Saba*, qui Hebraicè potiùs *Schaba* dicitur filius *Regmæ*, nomen originem que dedere *Sabæis*, gentibus *Felicis Arabiæ* propter thus, quod inde ubique deferri solet communiter admodum notis. Hi inter *Sinum Persicum* & *Arabicum*, quod *Mare Rubrum* vocant, hoc, est, *Arabiam* incoluerunt; quamquam *Schabæi* sive *Sabæi*, qui ex *Schaba* filio *Regma* descenderunt, magis ad Orientem & prope *Sinum Persicum*: *Sabæi* verò, qui ex *Saba* filio *Chus*, magis ad Occidentem, & ad *Mare Rubrum* seu *Arabicum* inhabitasse credantur. De *Sabæorum* divitiis & odoribus vide *Pomponium Melam lib.* III. *cap.* 8. & *Strabonem lib.* XVI. quamvis id quoque satis conjicii possit, ex auro, aromatibus ac gemmis pretiosissimis, quas attulit Regina *Saba Salomoni*, ut habetur 3 *Reg. cap.* X. *vers.* 10. & 2. *Paralipom. c.* IX. *v.* 9.

Sect. III.

Hevila alter filius *Chus*, *Hevilæos* protulit, quos in confinio *Ismaëlitarum* & *Amalecitarum* prius habitasse colligimus, ex *Gen. cap.* XXV. *vers.* 18. Ubi dicitur *Ismaëlitas* percussisse *Amalecitas* ab *Hevila*, donec venias ad *Sur*. Oportebat autem de *Hevilæis* postea plurimos transisse in *Getuliam*, quæ erat *Africæ* interioris regio, eremo cohærens, si verum est, quod ajunt *Josephus* & Beatus *Hieronymus*, nimirum *Hevilæos* esse *Getulos*.

Hevila alter.

De *Sabatha* tertio filio *Chus* exîsse ajunt *Sabathæos*, quos putant *Arabiam Felicem* primùm insedisse. Siquidem illius regionis metropolis *Ptolemæo* teste, *Geographiæ lib.* VI. *cap.* 7. *Sabatha* dicta est: deinde transisse creduntur in *Africam*, ac prope *Meroen* clarissimam *Nili* insulam inhabitasse, propterea que à *Josepho* & B. *Hieronymo* dici *Astabaros*.

Sabatha 3.

Regma quoque, quartus filius *Chus* *Regmæos* genuit, qui pariter in *Arabia Felici* habitasse censentur cum *Sabathæis* & *Sabæis*, cujus rei signum est, quod *Ezechiæ cap.* XXVII. *vers.* 22. inter negotiatores *Tyri* afferentes aromata, lapides pretiosos & aurum, junguntur *Saba* & *Regma*, id est, *Sabæi* & *Regmæi*.

Regma 4. fil. Chus.

Saba 1. *filius* Chus.

C.XIV. Quidam putant *Regmæos* poſtea eam regionem incoluiſſe, quæ *Carmania* dicta eſt. Sanè de *Dadan* altero filio *Regmæ* (nam de primo nomine *Saba* ſeu *Schaba* jam dictum eſt) ajunt deſcendiſſe *Dedanæos*, quos fuiſſe finitimos *Idumæis*, conjici poteſt ex *Jerem. cap.* XLIX. *verſ.* 8. & *Ezech. cap.* XXV. *verſ.* 13. ubi progredientes contra *Idumæam*, videntur eandem cladem communem facere *Dedanæis*. Et *Ezech. cap.* XXVII. *verſ.* 15. filii *Dedan* appellantur negotiatores *Tyri*, & inter alias nationes non longè à *Tyro* diſtantes, collocari videntur. Quare quidam putârunt eos fuiſſe primos cultores illius *Syriæ* regionis, quam *Ptolemæus libr.* V. ſuæ *Geographiæ cap.* 15. *Palmirinam* vocat. *Joſephus* & B. *Hieron. Dadanæos* dicunt eſſe *Æthiopes* occidentales, quod ut verum ſit, oportet ipſos poſterioribus temporibus de *Aſia* trajecto *Mari Rubro*, tranſiſſe in *Africam*, atque ad occidentalem perveniſſe *Æthiopiam*. Sect. III.

Qui autem fuerint *Sabathachæi* ex *Sabathaca* quinto filio *Chus* progeniti, & ubi habitaverint, incertum eſt, quoniam ut ait B. *Hieronymus*, *Regma* & *Sabathacha*, paulatim antiqua vocabula perdidere, & quæ nunc pro veteribus habeant, ignoratur. Sabathaca 5. *filius* Chus.

CAPUT XV.

De regno Nembrod *& impietate ejus, & cur* Belus *vocatus ſit.*

C. XV. Nembrod *ſextus filius* Chus.

CÆterùm de *Nembrod* ſexto filio *Chus* & *Chami* nepote Scriptura Sacra ſeorſum loquitur ut ait S. *Auguſt. libr.* XVI. *de Civit. Dei, cap.* 3. vel quia poſt prænominatos filios ac nepotes ipſius *Chus* genitus fuerit aut (quod credibilius eſt) propter ejus eminentiam ſupra cæteros. Nam & de ipſo dicitur: *Ipſe cæpit eſſe potens in terra*: & poſt pauca: *Fuit autem principium regni ejus* Babylon & Arach & Achad & Callanne, *in terra* Sennaar: Geneſ. cap. X. verſ. 10. Ex quibus verbis tria videntur poſſe colligi ad hiſtoriam noſtram pertinentia. Primum eſt annos regni *Nembrod* numerari debere ab ædificatione *Babylonis* jam aliquatenus expedita, nimirum poſt diviſionem linguarum ac diſceſſionem gentium in varias terræ regiones, tunc enim ceſſaverunt ædificare civitatem, inquit *Geneſ. cap.* XI. *verſ.* 8. Quare oportet ipſum *Nembrod* tunc aut paulo poſt regnare cœpiſſe in *Babylone*. Alterum eſt Scripturam Sacram, cum dicit, *Babylon* & alias memoratas urbes terræ *Sennaar* fuiſſe principium regni ejus, tacitè indicare, ipſum poſtea etiam regnaſſe ſuper plures alias urbes: ita enim textus habent. Tertium eſt, Scripturam Sacram cum de nullius alio regno ante meminerit, quodammodo inſinuare ipſum *Nembrod* fuiſſe primum qui regnare cœperit. Nam, ut *Hebræus* textus habet. ראשית ממלכתו בבל וארך ואכד וכלנה. *Et fuit initium regni ejus inter* Babel & Arach & Achad, & Chalanne. Cum itaque dico regnum ejus; utique *Nembrod* Regem ejus fuiſſe quis negarit? Tametſi poſt diluvium credibile ſit, ſingulos illos Principes, qui fuerunt veluti capita variarum nationum & linguarum, regnaſſe in urbibus à ſe conditis eodem tempore, quo regnabat in terra *Sennaar* ipſe *Nembrod*. Verùm ſi loquamur de Rege, non quaſi de naturali Principe, ſed ut etiam communiter accipitur, pro Tyranno, qui per vim occupando alienas urbes, nil aliud curat, niſi per fas nefaſque ſuum augere imperium, procul dubio dicere poſſumus *Nembrod* primum fuiſſe

Nembrod *primus tyrannicam vitam profeſſus eſt.*

C. XV. iſſe Regem tyrannum, qui ſic regnaverit in hoc mundo, ſaltem poſt diluvium. Ipſe enim cum eſſet potens, cœpit potentiam ſuam in ſubjiciendis ſibi populis, etiam ad ſe nihil pertinentibus exercere. Et primò quidem dominium arripuit ſuper eos, qui ſecum in terra *Semaar* remanſerant: nimirum in *Babylone*, & in aliis tribus civitatibus paulo ante commemoratis, *Achad*, *Arach* & *Chalanne*. pro quibus interpretatur B. *Hieronymus*, *Edeſſam*, *Niſibim* & *Seleuciam* vel certe *Cteſiphontem*, de qua ſupra. Deinde his non contentus, finitimas nationes invaſit, ac ſubegit: poſtremò etiam remotiores populos, puta *Perſas* & fortè item *Aſſyrios*, ita ut non ſolùm ſuper plurimas urbes, ſed ſuper varias quoque provincias ac linguas, ipſe magnus Rex ſeu tyrannus evaſerit. *Rectè igitur* (inquit S. Iſidorus lib. VII. Etymologiarum) *appellatus eſt* Nembrod, *qui interpretatur tyrannus, quia prior omnium ipſe inſuetam arripuit in populis tyrannidem.* Et hoc idem priùs etiam aſſeruerat B. *Hieron. in traditionibus Hebraicis in Geneſ.* Oportet itaque ipſum *Nembrod* non ſolum fuiſſe robuſtum viribus, ſed etiam ingenio audacem, ac dominandi cupidiſſimum, & conſequenter, ut eſſe ſolent hujuſmodi homines, virum crudeliſſimum, ſanguinarium, impium atque rapacem, ut ex typo corporis ejus hîc appoſito ſat patet. Hinc eſt quod poſtea ipſius imitatores, qui omnia divina humanaque jura pervertere ac violare non verentur, regnandi gratia, ex illius nomine, tyranni, non Reges nuncupari cœperunt. Quod inſuper *Nembrod* fuerit idololatra & gentes ſibi ſubditas ad idololatriam, ne à ſe deficerent, adegerit, affirmat *Hugo de S. Victore in ſuis annotationibus in Geneſ.* ubi ait. *Nembrod* mole corporis & viribus alios ſuperans, dominium cœpit exercere per violentiam, & induxit homines ad idololatriam, ut ignem ac Solem, qui igneus eſt, quaſi *Deum* colerent, quem errorem poſtea *Perſæ* & *Chaldæi* ſecuti ſunt. Itaque DEO & homini injuriam fecit. DEO, qui ei debitum cultum ademit; homini verò, quia eum dominio injuſto oppreſſit, & in errorem decipiendo induxit. *Iſidorus* item *lib.* XIV. *Etymologiarum* ſcribit eundem *Nembrod* abiiſſe in *Perſidem*, ibique *Perſas* ignem colere docuiſſe, *Nam omnes* (inquit) *in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum lingua* אש id eſt, DEUS *dicitur.* Sed & *Perſas* eum *Mythram* vocaſſe, id eſt Lapidem ignitum, ſive Solem, in I. *Tom. Oedipi, cap. de Mythra* Perſarum *deaſtro, ejuſque ſacrificiis* fusè docuimus. Ex quibus omnibus dignoſci poteſt, quàm procul à veritate aberraverint *Annius* & ejus aſſeclæ, dicentes, *Nembrod* magis ſtuduiſſe paci, religionique deorum, quàm opulentiæ, ideoque tranſlatum à diis, ſubitò non comparuiſſe. Sed hanc impoſturam Anniana alibi refutavimus.

Sect. III.

Mores Nembrod.

Idololatriam primus induxit in orbem.

Quæri hoc loco poteſt, num iſte *Nembrod* ſit ille primus Rex, quem *Belum*, ſeu *Bel* ethnici appellarunt; an quem gentilitas vocat *Ninum?* vel fuerit diverſus ab iſtis? Certè *Beroſus* ille ab *Annio* confictus, tradit *Nembrod* fuiſſe illum, quem *Saturnum* prophani dixere ſcriptores, eundemque extitiſſe patrem *Beli*, avumque *Nini*, perperam. At *Gerardus Mercator in* ſua *Chronologia* affirmat *Nembrod* fuiſſe *Ninum*, refellitque predictam *Beroſi Amniani* ſententiam, dicens eam nullo modo poſſe ſubſiſtere; cum ipſe falſiſſimam amplexus ſit: nimirum opinionem omnino ſingularem, & omnibus ferè præcipuis ſcriptoribus contrariam. Vide *Pererium* qui *lib.* XV. *Commentariorum* ſuorum *in Geneſ. num.* 64. ejus argumenta optimè diſſolvit. Nam ad id, quod ait *Mercator* ea quæ de *Nembrod* eccleſiaſtici ſcribunt auctores, & *Joſephus*; nimirum quod fuerit vir valde bellicoſus, at impius & primus qui per vim regnare cœperit,

Nembrod Bel dictus.

C.XV. & urbes expugnare, ac ſibi ſubditas facere, & hujuſmodi alia, prorſus cum his, quæ de *Nino* habentur in gentilium hiſtoriis, convenire: reſponderi poteſt hæc multò magis congruere cum his quæ de *Belo* iidem auctores prodiderunt. Sententiamque *Mercatori* contrariam comprobat auctoritate B. *Hieron. ſuper cap.* II. *Oſeæ*, & *Euſebii in Chronico.* Quorum duo poſteriores apertè aſſerunt, *Belum* fuiſſe primum Regem *Aſſyriorum* in *Babylone*; & plerique Rabbini *Nembrod* vocant נִמְרוֹת שְׁמוֹ בַּעַל וְהוּא אַב נִינוֹס שֶׁבָּנָה נִינְוֵה: Nembrod Bel, *patrem* Nini, *qui ædificavit* Ninive. His adde quod idem *Euſebius lib.*IX. *de præparatione euangelica c.*4. non procul ab initio, refert ex *Alexandro Hiſtorico* & *Eupolemo*, primum in *Babylone Belum* regnaſſe. Ergo idem fuit *Belus* cum *Nembrod*, quem vel ipſa Scriptura Sacra primò omnium regnaſſe in *Babylonia* teſtatur. Cum igitur in hac veritate, tum ſacri, tum eccleſiaſtici, tum etiam prophani, antiquiſſimique ſcriptores convenire videantur, libenter nos quoque eandem ſequi, amplectique debemus ſententiam, præſertim cùm jam in *Obeliſco Pamphilio*, *Saturnum* & *Belum* & *Nembrod*, unum & eundem eſſe oſtenderimus. Unde fit conſequens, *Nembrod* à *Belo* non fuiſſe diverſum. Cur autem *Nembrod* à gentilibus dictus ſit בַּעַל *Bel*, non penitus exploratum videtur. Forſan ab impuro coitu, quo ſine diſcrimine utebatur. Vide *Guidonem Fabricium in Dictionario Syro-Chaldaico ad vocem* בַּעַל. Nam etſi non ſit improbabile, ut quidam putarunt, ipſum fuiſſe binominem, ac primò quidem quando natus eſt vocatum fuiſſe *Nembrod* ob corporis robur, poſtea verò ex quo factus vir, cœpit exercere tyrannidem, & ob profuſam libidinem dici cœpiſſe בעל *Bel.* Hinc mihi probabilius videtur, ei primò nomen *Nembrod* à proprio patre fuiſſe impoſitum, qui prophetiæ dono (quod interdum etiam malis conceſſum conſtat) futura proſpiciens, nominaverit filium ſuum *Nembrod*, eò quod tunc prævidiſſet, ab eo tyrannidem in mundo eſſe introducendam, quemadmodum de quibuſdam aliis hujuſmodi priſcorum patrum prædictionibus non ſemel dictum eſt. Nam ut rectè *Baal Hatturim* dicit, *Et fuit* Nimrod *vocatus* Baal, *eò quod ipſe primò inſtituiſſet cultum deorum quos* בעלים Baalim *vocant.* Quicquid ſit: quod verò à ſuæ linguæ gentibus *Bel* ei poſtea inditum fuit, quod apud *Syros*, *Hebræos* & reliquos orientales, *Bel*, dominum, id eſt, in omnia dominium ſonet. An ideo primum ejus nomen, *Nembrod*, apud *Hebræos* tantum; *Belis* autem vocabulum in univerſa etiam gentilitate deinceps diffuſum eſt? Certè, quemadmodum ipſi nomen à *Bel* impoſitum fuit, ſic apud *Syros Baltis* nomen *Veneri* impoſitum fuit, quod Amoris eſſet domina, ut *in Genealogia Deorum.* I. *Tom. Oedipi* expoſitum fuit. Quod verò juxta nonnullos ei à *Babel* civitate ab eo condita nomen *Bel* impoſitum ſit, neutiquam approbare poſſum, cùm urbis *Babel* etymon à confuſione linguarum inditum fuiſſe unanimi interpretum opinione conſtet. Sed ne inutilibus ratiociniis tempus teramus, ſufficiat nobis annos regni ejus ab ædificata *Babylone*, ſeu à diviſione linguarum eſſe auſpicandos; hæc enim duo eodem circiter tempore accidiſſe ex ſacra *Geneſi* ſatis apertè colligi poteſt. Videlicet à diluvio anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, annos regni *Nembrod* ſive *Belis* dinumerare incipiemus. De Regno & Imperio *Nini* vide in *Arca Noë* à nobis edita.

Sect.III.

בַּעַל

Cur Bel *dictus.*

CA-

CAPUT XVI.

De Coloniis filiorum Sem, Elam & Assur.

REdeamus nunc ad id, unde digressi sumus, nimirum ad filios *Sem*, & ad regiones à singulis primò cultas ac denominatas. Primus, qui inter ipsos in sacris libris denominatur, fuit *Helam*, à quo postea prodierunt ac denominati sunt populi, quos prophani scriptores *Elimæos*, ecclesiastici autem vocant *Elamitas*, quorum etiam fit mentio *Actorum cap.* II. *vers.* 9. Hos ajunt incoluisse eam *Persidis* partem, quæ magis vergit ad meridiem. Iidem, *Abrahæ* temporibus, Regem habebant nomine *Codorlahomor* sub quo, usque ad Sodomiticam regionem excurrentes, eam sibi subditam tenuerunt annis duodecim, ut habetur *Genes. cap.* XIV. *vers.* 4. Ab *Elamitis* postmodum exisse *Persas*, qui mox erecta monarchia, universam illam regionem, ex ipsorum nomine, ob equorum, qui in ea generabantur, præstantiam, *Persidem* appellarunt; tradit *Josephus* I. *Antiquit. cap.* 7. & ab aliis omnibus penè historicis jam receptum est; & ex *Daniel. cap.* VIII. *vers.* 2. etiam non obscurè colligi potest; ubi legimus *Susan* castrum (quod deinde fuit sedes Regum *Persicorum*, ut patet in exordio *libri Hester*) fuisse in regione *Helam*.

Ab Elam *primo filio* Semi Elamitæ, *hodieque dicuntur* Persæ.

פרש *Paras, id est* Equus, Persia *dicta fuit.*

סוס. Sus *equus: hinc* Susan *urbs dicta fuit.*

Alter filius *Sem* fuit *Assur*, à quo postea *Assyriorum* populi propagati sunt, & eorum regio *Assyria*, nunc corrupto vocabulo *Azimia* dicta est, *Asiæ majoris* provincia, quæ olim hisce terminis continebatur; à Septentrione *Armeniæ majoris* parte; ab Occasu *Mesopotamiæ* finibus, medio *Tygride fluvio*, cincta erat: à Meridie *Susianam* habebat; & ab Oriente *Mediam*, ut docet *Ptolemæus suæ Geographiæ lib.* VI. *cap.* 1. Et distabat, uti *Torniellus* vult, *Assyria* ab *Jerusalem*, versus Aquilonem, quinque gradibus, unde valde diversa erat à provincia *Syriæ*, quæ nunc italicè *Soria* appellatur, & inter alias partiales provincias, etiam *Hierosolymiticam* continebat regionem, sicut *Italia Lombardiam*. Utrum autem prædictus *Assur* idem fuerit cum illo, de quo dicitur *Genes. cap.* X. *vers.* 11. De terra illa (id est de *Sennaar*, quæ est *Babylon*) egressus est *Assur*, qui ædificavit *Ninivem*; apud multos controversum est, nobis tamen videtur absolutè responderi posse, fuisse diversum. Nam certum est omnium consensu *Ninivem* à *Nino* fuisse conditam & denominatam. Sanè *Ninus*, quem loco citato Scriptura Sacra, ob causas inferius dicendas vocat *Assur*, fuit filius *Beli*, id est ipsius *Nembrod*, qui regnaverat in terra *Semaar*, & consequenter erat non de stirpe *Sem*, sed de progenie *Cham*, neque habitabat cum posteris *Sem* in *Assyria*, sed cum posteris *Cham* in terra *Sennaar*: ideoque signanter dicit Scriptura, conditorem *Ninive* exivisse de terra *Sennaar*, id est de propria provincia, quæ familiæ *Nembrod* obtigerat tempore divisionis linguarum, & transisse in *Assyriam*, ibique ædificasse *Ninivem* (constat enim *Ninivem* in *Assyria* extitisse.) Alioqui ineptè videretur dici de *Assur* filio *Sem*, quod esset egressus de terra *Semaar*. Nam, ut rectè *Torniellus* sentit, siquidem ea non fuerat patria ejus propria, sed communis omnibus, & ab ea, non ipse solùm, sed & omnes alii cæterarum urbium conditores exierant, excepta sola familia *Nembrod*, quæ ibidem remanserat, & propterea tanquam quid singulare notatum fuit de *Nino*, quod non, ut cæteri de familia sua, remanserit in terra *Semaar*, sed inde exiens ædificaverit *Ninivem*, hoc est

Assur *filius* Semi *secundus.*

Num Assur, *egressus de* Babylonia *idem sit cum* Assur *filio* Sem.

C.XVI. est mortuo patre *Belo* in *Babylone*, ipse subactis *Assyriis*, transtulerit ibi sedem regni sui, in civitate à se ædificata, ac denominata *Ninive*. Dicitur autem *Ninus Assur*, vel quia, sicuti dictum est de patre suo, qui *Nembrod* & *Belus* appellabatur, ipse quoque erat binominis, ut videntur sensisse B. *Hieronymus*, & S. *Cyrillus* super loco *Genes. citato*; vel quia post devictos *Assyrios*, *Assur* nuncupari voluit, quemadmodum *Scipio* subactis *Afris*, *Africanus* dici cœpit; vel denique, quia constat Scripturam Sacram appellatione *Assur*, significare consuevisse Regem *Assyriorum*, quocunque alio nomine is vocetur. Ita legimus in Psal. LXXXII. *vers.* 9. *Etenim* Assur *venit cum illis*. Et Esaiæ cap X. vers. 5. *Væ* Assur *virga furoris mei* & *Oseæ cap.* V. *vers.* 13. Et abiit *Ephraim* ad *Assur*, hoc est, ut peteret auxilium à Rege *Assyriorum*, & alibi non semel. Atque hoc pacto potest intelligi, quod dictum est. De terra illa egressus est *Assur*, qui ædificavit *Ninivem*, id est ille Rex *Assyriorum*, qui condidit *Ninivem*, ut qui proprio nomine vocabatur *Ninus*. Quamvis etiam non incongruè dici possit, *Assur* filium *Sem* ob impiam progeniem *Chami*, & tyrannidem *Nembrod*, discessisse ex terra *Semaar*, ubi tunc omnes filii *Noë* congregati erant, & in *Mesopotamiæ* vicina regione ad flumen *Euphratem*, vel ut aliqui volunt verius ad *Tigrim*, tum amœnitate, tum ubertate loci invitatum, civitatem qualemcunque tandem ædificasse; quam post multos annos *Ninus* post mortem patris *Nembrod*, veluti ab *Assur* filio *Sem*, aliis coloniis instituendis occupato, derelictam, subjugata sibi *Assyria*, in amplissimam formam & magnificentissimam redactam, sedem imperii sui constituerit, ab eo *Assur*, id est *Assyriorum* Rex & Imperator nominatus.

Cur Ninus fuerit dictus Assur.

Arphaxad tertius filius Semi.

Tertius filius *Semi* fuit *Arphaxad*, à *Sem* duobus post diluvium annis genitus, à quo *Josephus* & B. *Hieronymus*, ille *in Antiquitatibus*, hic *in Hebraicis locis*, asserunt prodiisse *Chaldæos*. Quod si verum est, oportet olim *Chaldæam* fuisse distinctam à *Babylonia*, quam diximus obtigisse filiis *Nembrod*, posterioribus autem temporibus *Babyloniam* in *Chaldæa* extitisse perhibent. *Torniellus* & *Pererius* putant de *Arphaxad* descendisse eos, qui postea *Susii* dicti sunt: unde *Susiana Provincia* nomen accepit, quæ inter *Chaldæam* & *Persidem* posita dicitur. Quinam verò de *Cainan* filio *Arphaxad*, & de *Sale* filio *Cainan*, populi prodierint, ignotum est. De *Heber* autem filio *Sale* descendisse *Hebræos* per lineam *Phaleg*, satis apertè colligitur ex *Gen. cap.* XI. *vers.* 17. usque ad finem capitis. Et infra probabimus ipsos *Hebræos* ab ipso *Heber* fuisse denominatos. Porrò *Hebræos* usque ad *Abrahami* tempora habitasse in *Chaldæa*, colligi potest ex *Genes. cap.* XV. *vers.* 7. & clarius habetur *Judith cap.* V. *vers.* 6. & 7. Et præterea certum est, quod *Thare*, qui fuit quintus de posteris dicti *Heber*, venit cum filio suo *Abrahamo* & *Loth* filio alterius filii sui *Aran* in *Mesopotamiæ* urbem nomine *Haran*, sive *Charam*, *Gen. cap.* XII. *vers.* 5. Ubi non multò post venit etiam *Nachor*, alter *Abrahæ* frater, à quo postea denominata est illa urbs *Nachor*, ad quam deinde post multos annos *Abraham* misit servum suum, ut ibi acciperet uxorem filio suo *Isaac*, quemadmodum patet legenti *cap. Genes.* XXIV. & XXIX. Ibidem namque ipse *Nachor* genuerat de *Melcha* uxore sua octo filios, & de *Roma* concubina sua quatuor, quorum nomina recensentur *Genes. cap.* XXII. *vers.* 20. Inter quos nominatur *Camuel* pater *Syrorum*. Unde apparet filios *Nachor* habitatoribus repleviisse non solùm partem *Mesopotamiæ*, sed etiam *Syriæ*. *Abraham* autem de dicta urbe *Haran*, cum *Loth* nepote suo, venit habitavitque in terra *Chanaan*

Sect. III.

Ab Arphaxad Susiani descendunt.

Populi qui ex Abrahæ semine prodierunt.

C.XVI. *naan* ipſe, & poſtea filius ejus *Iſaac*, & nepos *Jacob*, qui licet deinde cum filiis ſuis profectus ſit in *Ægyptum*, inde tamen poſt multa tempora redierunt poſteri ejus in terram *Chanaan*, ubi deinceps ſub nomine populi *Iſraëlitici* & *Judaïci*, diu admodum floruerunt, ut videre eſt in *libris Joſue, Judicum* & *Regum*. De *Heber* quoque per eandem lineam *Phaleg*, ſuccedentibus temporibus propagati ſunt *Pelaſgi Græciæ* populi, & alii populi, nimirum ex duobus filiis memorati *Loth*, *Moab* ſcilicet & *Ammon*, *Moabitæ* & *Ammonitæ*. Et de *Iſmaële* filio *Abrahæ* ex *Agar* ancilla, *Iſmaëlitæ* & *Agareni*. Item de *Madian* pariter filio *Abrahæ*, & aliis ex *Cetura* genitis *Madianitæ*, aliique plures, qui breviter recenſentur initio *capit*. XXV. *Geneſ*. & 1. *Paralipom. cap*. I. *verſ*. 29. *uſque ad* 34. De *Eſau* quoque, qui & *Edom*, fratre dicti *Jacob* prodiere *Idumæi*. Et de *Amalech* filio *Eliphaz* filii *Eſau*, *Amalecitæ*, & de aliis filiis *Eſau*, alii populi, ut colligi poteſt ex *Gen. cap*. XXXVI. *verſ*. 15. uſque ad finem capitis, quæ cuncta ſumma confuſione intricata ſunt. Nam non multo poſt, ſicuti primas linguas, ita etiam hujuſmodi regionum diſtributiones, confundi cœptas eſſe certiſſimum eſt. Etenim inordinata regnandi ac dominandi cupido, quæ primò, ut diximus, excelluit in *Nembrod*, deinde ad poſteros ſuos, nec non & ad alios, per cuncta ferè ſæcula pertranſiit, innumeras bellorum cauſas excitavit, & multos populos de propriis ſedibus pulſos, ad alias commigrare coëgit, & colonias tranſmittere docuit, urbes deſtruere, alias ædificare, regna transferre, linguas miſcere, & paulatim inuſitatas introducere conſuetudines, provinciarum terminos immutare, atque regionibus ipſis, nec non & civitatibus ac locis nova nomina imponere, & ut uno verbo dicam, omnia confundere, ita ut brevi primæ illius diſtributionis terrarum, pauca admodum veſtigia remanſerint. Et enim certum eſt terram *Sennaar* mox *Babyloniam* fuiſſe nuncupatam, & *Babylonis* Reges regni ſedem in *Aſſyrios* tranſtuliſſe, ac deinceps multo tempore appellari voluiſſe *Aſſyrios*, & terram à *Chananæis*, qui erant de ſtirpe *Cham*, vi occupatam ac diu poſſeſſam, tandem ad *Hebræos*, qui de *Sem* deſcenderant, rediiſſe, ac mutato ſæpius nomine aliquando terram *Iſraël*, *Judæam*, *Palæſtinam*, *terram ſanctam* eſſe vocatam. Item terram *Cham Ægypti* nomen accepiſſe. Poſterioribus verò temporibus univerſas penè Auſtrales *Aſiæ* regiones, quæ prius à filiis *Sem* cultæ, habitatoribuſque repletæ fuerant, ab *Alexandro Magno*, *Græciſque* qui de *Japheth* prodierant, fuiſſe occupatas ac poſſeſſas, græcamque in eis linguam eſſe introductam. Et idem ferè factum fuiſſe per oras *Africæ* Aquilonares, præſertim verò in tota *Ægypto*, quam tamen à filiis *Cham* primò inhabitatam eſſe, jam ſupra oſtendimus. E converſo autem in *Peloponneſo*, quæ *Græciæ* pars eſt, nunc italicè *Morea* vulgò nuncupata, ad quam olim primò incolendam diximus perveniſſe filios, ſeu poſteros *Japheth*, conſtat mox floruiſſe *Lacedæmonios*, qui & *Spartiatæ* ſive *Spartani* dicuntur, & à *Lycurgo* pariter *Spartiata*, leges acceperunt, ut videre eſt in ejuſdem *Lycurgi vita apud Plutarchum*. Hos enim de *Abrahami* ſemine, & conſequenter de *Sem* prodiiſſe, apertè traditur 1 *Machab. cap*. XII. *verſ*. 21. & apud *Joſephum lib*. XII. *Antiquit. cap*. 5. & *lib*. XIII. *cap*. 9. appellantur cognati, ſeu de cognatione *Judæorum*. Sed nimis longum eſſet, innumeras ejuſmodi alias, nominum, populorum, linguarum, regnorum ac provinciarum, urbiumque mutationes proſequi. Conferat prudens lector veterum libros, tabulaſque geographorum & priſcorum hiſtorias, cum modernis ac recentioribus, & inveniet non ſolùm nomina urbium &

Sect. III. *Succeſſu temporum, magna regnorum, populorum, urbium nominumque corruptorum mutatio.*

C.XVI. provinciarum ac regnorum; ſed etiam ipſorum terminos, & interdum ſitus quoque prorſus fuiſſe immutatos. Et quandoque de pluribus parvis regnis provinciiſque facta eſſe pauciora & ampliora; quandoque verò è contrario magna regna, ingenteſque provincias in plures parvas eſſe diviſas, ita ut (quantum ad hoc ſpectat) tota penè terrarum facies videatur variata, & ſuccedentibus temporibus aſſiduè variari. Sect. III.

CAPUT XVII.

Utrum & quomodo poſt confuſionem linguarum, lingua hebræa in domo Heber *permanſerit.*

C.XVII. EX eo autem quod *Heber* & *Phaleg* primam linguam retinuiſſe credantur, deducunt etiam nonnulli, ipſos non fuiſſe ipſius ædificationis participes; alioqui, inquiunt, eadem & ipſa pœna mutationis linguæ plecti debuiſſent. Sed hîc advertere oportet, quod *Heber* & *Phaleg*, tametſi retenta priori lingua videantur & ipſi quoquo modo puniti in hoc, quod alia idiomata, ut creditur, non intelligerent, id tamen eis pœnam non intulit, ſicut cæteris, quoniam divina illa in ædificantes animadverſio, non propriè in ipſa linguarum mutatione poſita fuit, (quod enim quis uno magis, quàm altero loquatur idiomate, nullam adfert pœnam) ſed in eo, quòd cum cæteros intelligere non poſſent, in ſuſcepto ædificandi conſilio & executione perſiſtere non valerent, quod memoratis *Heber* & *Phaleg*, ne dum moleſtiam ullam, quin magnam adferre poterat conſolationem. Exultabant enim videntes cœlitùs impeditam, quam ipſi graviter averſabantur ædificationem, & jam tandem impleri (vellent, nollent) divinam juſſionem, de gentium habitatione varias per orbis partes diſſeminanda, quod ipſi, & ſanctus omnium tunc parens *Noë*, tantopere exoptaverant, præſertim cùm illa ſermonum diſcretio ipſis inſuper, ad vitanda, declinandaque impiorum conſortia, admodum commoda eſſet. Et hæc communiter creditur eſſe cauſa, cur prima illa omnium antiquiſſima pariter ac nobiliſſima locutio in *Heber* transfuſa fuerit. Unde etiam colligit S. *Auguſtin. lib.* XVI. *de civit. Dei, cap.* 11. quod tametſi evidenter in ſacro eloquio expreſſum non ſit, non obſcurè tamen elici poteſt, fuiſſe aliquod pium genus hominum, quando ab impiis *Babylonia* condebatur. Quamquam & alia adferri poſſit cauſa, cur potius in *Heber* per lineam *Phaleg*, propagandi erant patriarchæ & prophetæ, & gens à DEO electa in populum ſibi peculiarem, de quo naſciturus erat *Chriſtus* ſecundum carnem, ut eadem prima omnium lingua eſſet illa, quam deinceps patriarcharum & prophetarum non ſolùm in ſermonibus ſuis, verùm etiam in ſacris litteris, cuſtodiret auctoritas, quemadmodum tradit S. *Auguſtin.* loco proximè *citato*. Cujus rei ſignum eſt, quod lingua illa, non in omni progenie ipſius *Heber* diffuſa eſt, ſed in ea ſolum, quæ linea recta deſcendit ad *Abraham*, cui repromiſſiones de *Chriſto* venturo faciendæ erant. Nec ipſe *Abraham* potuit eandem linguam in omnes filios ac poſteros ſuos tranſmittere, ſed tantùm in *Iſaac* & *Jacob*, & eos, qui de ipſo poſtea deſcenderunt, duodecim patriachas, ex quibus duodecim tribus *Iſraël* ortæ ſunt, quæ populum DEI electum conſtituerunt. Neque obſtat, quòd *Abraham* in *Chaldæa* natus ſit, ibique ultra ſeptuageſimum vitæ annum manſerit, ac deinde in terra *Chanaan* habitaverit, quia nihilominus potuit linguam à majoribus ſuis acceptam, in

Hebræa lingua ab Heber ad Abraham, ex cujus ſemine Chriſtus naſci debebat, continuata ſerie propagata fuit.

CXVII. in domo saltem sua retinere, sicuti nunc faciunt *Hebræi* ubique terrarum degentes, & aliæ quoque nationes extra proprias regiones habitantes.

Advertendum tamen est, uti benè notat ut supra *Abulensis, linguam Hebraicam* antiquitus fuisse multo, quàm nunc sit, perfectiorem atque uberiorem. Nam ex quo *Hebræi* in captivitatem ducti sunt, exterisque linguis admisti, propriæ quodammodò usum amiserunt, vel saltem magna ex parte adulterarunt. Unde post reditum de *Babylonia*, necessarium fuit constituere, qui populo verba legis, quæ Hebræo sermone puro atque incorrupto tradita fuerat, interpretarentur. Quare non mirum est, si tempore Salvatoris *Hebraica lingua* valde mista erat & vocabulis *Syriacis* atque *Chaldaicis* referta, ut aliàs ex ipsomet *Euangelio* patet. Et hodie de puris & antiquis, penè illa tantum remanserint, quæ in legis codice servata sunt. Quo fit ut vera ac legitima *Hebraica lingua* hodie admodum inops, & manca esse videatur, quippe quæ non nisi ex sacris legalibus libris addisci possit. Credimus item cum B. *August. libr.* XVIII. *de Civit. Dei, cap.* 39. non vocabula solùm, sed etiam literas, & characteres *Hebraicos* ante divisionem linguarum, communiter apud omnes fuisse in usu, & pariter cum idiomate per ipsum *Heber* & posteros ejus, successivè ad populum *Israëliticum* perveniisse. Quare non est recipiendus *Philo Judæus*, eo quod inventionem *literarum Hebraïcarum Abrahamo* tribuit. Neque item probari debet, quod *Eupolemus* & *Artapanus* apud *Eusebium lib.* IX. *de præparatione euangelica, cap.* 4. circa medium relati scripserunt, nempe *Mosem* literarum inventorem fuisse, easque primum *Judæis* tradidisse, à quibus vicini *Phœnices* acceperunt, & à *Phœnicibus Græci*, subaudi per *Cadmum*, quin & *Ægyptiis* quoque eundem *Mosem* literas dedisse ac propterea ab ipsis *Mercurium* appellatum, ac pro DEO habitum. Hæc enim & si quæ hujusmodi alia ab ethnicis scriptoribus tradita inveniantur, omnino rejicienda sunt tanquam falsa. Et omnino tenendum est *Hebraicas literas* ab ipso penè mundi initio fuisse inventas, non ab alio ut arbitror, quàm ab ipso *Adamo* omnium sapientissimo. Quod autem prisci illi literarum characteres, posterioribus postea temporibus ab *Esdra* eruditissimo scriba nonnihil fuerint immutati; ac deinde post multa quoque alia tempora à quibusdam Rabbinis, addita eisdem fuerint puncta, & notulæ illæ, quibus hodie vocalium vice utuntur *Judæi*, ad majorem legentium facilitatem; de hisce & similibus in 3. *libro* quam uberrime disceptabitur. Atque hæc de familiarum transmigratione sufficiant. Quibus quidem propositis nihil restat, nisi ut jam magnum illud linguarum idiomatumque argumentum ex sua confusione in ordinem redigamus. Sect. III.

ATHANASII KIRCHERI è SOCIET. JESU

TURRIS BABEL,

LIBER TERTIUS,

SIVE

PRODROMUS IN ATLANTEM POLYGLOSSUM,

QUO

Per prælusiones quasdam, de varietate linguarum & idiomatum disparatissima genera, quæ unà cum idololatriâ in orbem terrarum occasione primævæ confusionis irrepserunt, potissimum agitur.

PRÆFATIUNCULA.

NOsse te velim, lector, nos sacræ Geneſis historiæ *de* Turri Babylonicâ *argumentum ob infinitam penè explicandarum rerum multitudinem & varietatem in tres tomos digeßisse, quorum primus pariter in tres libros distinctus est. Primus & secundus continent solummodo* Turris *fabricam, aliarumque rerum à posteris* Nembrod *tum in* Babylonia & Assyria, *tum in* Ægypto *gestarum exegesim. In libro vero tertio hujus primi tomi, quem* Prodromum in Atlantem Polyglossum *inscripsimus, per prælusiones quasdam* παλεγομψίας *de primâ linguarum origine, primævorumque idiomatum fontibus, eorumque ortu, declinatione & interitu totali dicendum censuimus, uti sequitur.*

PRÆLUSIO I.

Prælusio I.

COnstat ex *præcedenti libro*, ante *Turris* exstructionem terram fuisse labii unius, eundemque sermonem, eandemque linguam omnibus; ex linguæ verò hujus unitate, justo DEI judicio de hujusmodi primævorum hominum superbia DEO se vindicante, confusionem esse natam, juxta sacri textus verba: *Venite & confundamus ibi linguam eorum.* Justa profectò, & digna tam impiæ eorum hominum superbiæ, atque ad obediendum contumaciæ, hæc pœna fuit, convenienſque culpæ supplicium; nam uti rectè Divus Augustinus: *quemadmodum imperantis dominatio in lingua est, ita quoque ibidem superbia damnata est, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret* DEO *jubenti.* Hoc pacto

D. Augustinus.

Præludio I.

cto illa conſpiratio diſſoluta fuit, cum quiſque ab eo, quem non intelligeret, abſcederet, nec ſe, niſi cum quo loqui poterat, aggregaret, & per linguas diviſio gentium exorta, diſperſionem in univerſam terræ faciem effecit, ſicuti DEO placuit, qui hoc modis occultis, nobiſque incomprehenſis operatus eſt. Quis enim ſibi imaginari poterit, ex adeò repentino caſu hominum conſternationem, & inexſpectatum rei eventum. Haud dubiè erant, qui dum ſermonem proximi non intelligerent, ſe illudi putantes, non verbis, ſed verberibus pugniſque reſponderent; ex rixis enim ortis, dum pro bitumine lateres, lateres pro cæmento, ſcalas pro lintribus, inſtrumenta ferrea pro fœno & paleis, carnes pro caſeo, caſeum pro fructibus porrigerent, in indignationem verſi, quà fuſtibus, quà utenſilibus inſtrumentis egregiè ſibi capita pertunderent, ut proinde hac prodigioſa oborta confuſione, ſacrilegos hominum, nefandoſque auſus, DEUS juſtè compeſcuerit; ut qui contra DEI voluntatem ædificium illud extruere conarentur, illi confuſione linguæ, à cœpti operis molimine deſiſtere cogerentur.

Jurgia & rixæ in linguarum confuſione.

Cauſæ mutationis linguarum.

Cauſæ verò, de quibus ſermo variatur, multæ ſunt. Diviſionis quidem univerſalis, ut una lingua toti mortalium generi communis par annos MDCC. & ampliùs à primordio rerum ad extructionem *Babylonis* ſcinderetur in tot ſermones diſcretos, auctor eſt DEUS, ut hiſtoriæ probatæ monſtrant, & ratio facilè deprehendit. Nulla enim cauſa idonea apparet in functionibus, & in tôto ingenio hominis, ob quam voluerunt homines poſt inundationem reparari per tres filios *Noë*, deditâ operâ ſermonem uſitatum, & ſeculis aliquot inter ipſos probatum, totque nominibus utilem & neceſſarium mutare, factoque ſchiſmate graviſſimo ſeſe privare vitæ commercio. Deinde ſi maximè voluiſſent, plurimi ex illis mutare ſermonem tot ſeculis confirmatum, & rationi, atque adeò naturæ ipſi maximè conſentaneum, non potuiſſent tamen conſentire, vel in præformata quædam jam idiomata, puta, ut *Nembrod* & *Babylonici* caperent ex illa veluti ſortitione linguarum, *Chaldaicam*, *Ion* cum ſua prole *Ionicam* dialectum, *Chanaan Punicam* linguam, itemque alii aliam. Nam 72 patriarchæ omnium gentium, & populorum, filii aut nepotes, aut pronepotes *Noë* enumerantur. Eſt enim cernere ſtudium, & acrem contentionem in populis imperioſis dilatandi ſuam linguam unà cum potentia & legibus, & rurſum in alienas linguas in arctum contrahendi, aut penitus abolendi, ſi fieri poſſit. Angeli autem mali non potuerunt ſua vi eam viciſſitudinem rebus humanis adeoque animis invehere, ut tot tamque diſſonis vocibus hactenùs cohabitantes, & membra unius populi, ac civitatis, mentem ſuam exprimerent. Boni quidem angeli nec potuerunt, nec voluerunt ſine juſſu, atque imperio DEI, hominibus cladem illam inferre: de cæteris autem naturis, tam præditis animâ, quàm expertibus, quid attinet dicere, quæ nullum habent acceſſum ad mentem hominis, niſi quatenùs forma earum per ſenſus accipitur? Conditor igitur, atque rerum opifex, & architectus vel nutu ſimplici, vel angelorum operâ, ut *Origeni* viſum eſt, effecit ſermonis humani varietatem, utque hiſtoria ſacra loquitur, confudit labium ædificantium *Babylonem*. Oportet autem, magnam fuiſſe cauſam, ob quam DEUS ſapientiſſimus, idemque optimus, qui omnia verbo ſuæ potentiæ produxit, & formavit, ut eſſent perfecta, poſt annos MDCC, aliquid mutare voluerit in opere longè præſtantiſſimo, in homine condito ad imaginem, & ſimilitudinem DEI parentis omnium.

Solus Deus auctor fuit hujus confuſionis, non homines.

Cacodæmones non poterant variare unam linguam in tot alias.

Præludium I.

omnium. Audiamus igitur, quid in campis *Sennaar* inter se loquantur ore uno mutuum exhortantes ad ingens opus aggrediendum, & perficiendum collatis viribus, & omnibus facultatibus: *Venite* inquiunt, *agite, faciamus nobis civitatem*, & Turrim, *cujus culmen attingat cœlum, & celebre reddamus nostrum nomen, antequam dividamur in universam terram.* At quid Dominus DEUS dixerat in rerum primordio? quæ fuit ipsius voluntas? quod consilium? quod imperium? *Crescite*, ait, *& multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terram.* Et post diluvium eadem repetit, renovatque Dominus *Genesis* IX. *Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.* At postquam *Chanaan* minimus natu ex filiis *Noë*, summâ contumeliâ parentem affecisset, *Sem* autem & *Japheth* dedecus illius operuissent, cœlesti afflatu excitatus *Noë*, reparator humani generis sententiam divinam tulit in filios, & præsaga mente, fata eis sua præcinuit ad hunc modum: *Maledictus* Chanaan, *servus servorum erit fratribus suis. Benedictus Dominus* DEUS Sem: *sit* Chanaan *servus ejus. Dilatet* DEUS Japheth, *& habitet in tabernaculis* Sem: *sitque* Chanaan *servus ejus.* Huic fato, & decreto Numinis præpotentis reluctantur Babylonicæ molis conditores, suas rationes, consilia, voluntates, opem, & omnem operam conjungentes adversus perfectissimam, & supremam rationem divinæ voluntatis, ac verbi. Sed nequicquam repugnant consilio Domini exercituum, qui omnia inspicit, omnia exaudit, omnia judicat, omnia justissimis modis gubernat. Quid enim in historia Beati Mosis sequitur? *Descendit Dominus, ut videret civitatem,* & Turrim, *quam ædificabant filii* Adam, *& dixit: Ecce, unus est populus, & unum est labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universam terram, & cessaverunt ædificare civitatem; & idcircò vocatum est nomen ejus* Babel, *quia ibi dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum*; DEUS ergò justissimus & æquissimus judex orbis universi, nefando sceleri non unius hominis, sed plurimorum, sed omnium hominum, paucis exceptis pœnam gravem quidem illam, sed maximè dignam inflixit, & immanem præsumptionem, injustam, superbam, audacissimam conspirationem edomuit, modum interim clementiæ adhibens in vindicta maximi sceleris. Non enim fulmine dejicit insanam juxta & impiè meditatam extructionem: non terræ hiatu absorberi jubet: non terræmotu evertit: non materiam lapidis & bituminis præripuit: non mutavit illius rei naturam; sed tantùm rationi, cujus vis amplissima est, quaque homines admiranda opera perficiunt, etiam maria, & aërem superantes, & in orbes cœlestes penetrantes, vincula, & impedimenta injecit, ut facultas percipiendi & dijudicandi res cujusque generis, eaque communis, & unica inter omnes populos, diverso tamen modo, alii præstantior, alii verò imbecillior integra remanserit, relictus sit etiam sermo, quo mens, & cogitationes, & voluntas exprimuntur vicissim, & percipiuntur. Cæterùm sermo fusus, & derivatus est in multiplices formas loquendi, & singulares dialectos, ut voces eædem variè compositæ non idem omnibus significent. Ita quidem *Babylonici* ædificatores coacti sunt opus inchoatum adversante DEO, siniſtroque auspicio, deserere: & sempiterna justæ damnationis nota impressa est hominibus

Maledictio Noe *in* Chanaan *filium* Cham *radix confusionis linguarum.*

Maxima Dei *clementia in hujusmodi punitione.*

Prælusio I.

nibus in ea parte, quâ cæteras animantes longè antecellunt, quâ res suas omnes perficiunt, quâ ad cognitionem spiritualis naturæ pertinent. In quo judicio insigniter conspicitur divina tum potentia, tum sapientia, tum bonitas & justitia. Quia eripiendo facultatem hominibus, conjungendi rationes, consilia, judicia, & voluntates suas, DEUS summam rationem adhibuit, ut simul homines mulctaverit pœnâ gravi, quam meriti fuerunt, & opus manibus suis rectissimè formatum non destruxerit, aut transformaverit, sed in minima portione hominis, vim Numinis sui insuperabilem declaraverit, & remedium, atque mitigationem, & solatium pœnæ concesserit. Quantum enim sit boni positum in linguæ communione, docet experientia: quum nihil sit efficacius ad conciliandos homines comitate, & affabilitate. Rursum videmus silentio dirimi amicitias, quæ sempiternæ fore existimabantur. In veteri quoque proverbio perspicitur, quod memorat *Amyclas* tacendo periisse. Et alio proverbio dicuntur homines obsurdescere in aliena lingua. Oratores etiam divini metum hostilem exaggerant, minitantes hostem, cum quo non sit commercium sermonis, sapienter omninò Apostolus *Paulus* pronunciavit in Epistola priori ad Corinthios, *Si per linguam non significantem sermonem edideritis, quomodo intelligetur, quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes. Tam multa genera vocum sunt in mundo, & nihil horum est mutum. Itaque si nesciero vim vocis, ero ei, qui loquitur, barbarus; & qui loquitur, in me barbarus.* Non prætereundum est silentio etiam Aurelii Augustini judicium, quod profert c. 7. lib. XIX. de civitate Dei, de sociali vita loquens: *Post civitatem, vel urbem sequitur orbis terræ, in quo tertium agrum ponunt societatis humanæ, incipientes à domo, atque inde ad urbem, deinde ad orbem terræ progrediendo venientes. In quo primùm linguarum diversitas hominem alienat ab homine: nam si duo sibimet invicem fiant obviam, neque præterire, sed simul esse aliquâ necessitate cogantur, quorum neuter nôrit linguam alterius, facilius sibi animalia muta etiam diversi generis, quàm illi, cùm sint homines ambo, sociantur. Quando enim, quæ sentiunt, inter se communicare non possunt, propter solam linguarum diversitatem; nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturæ, ita ut libentiùs homo sit cum cane suo, quàm cum homine alieno.* Cui adstipulatur Plinius de vocis usu loquens: *Tanta*, inquit, *loquendi varietas est, ut externus alieno non sit hominis vice.* Cæterùm ea pœna divinæ justitiæ ita est irrogata, ut animus retinuerit suas facultates, & potentias omnes, intelligendi vim, rationem, memoriam, voluntatem, relicta sit etiam facultas derivandi rationem, & foras emittendi: relicta sunt organa vocis, & sermonis pulmo, latera & musculi, arteria, palatum, guttur, lingua, dentes, labia, & spiritus. In spiritu autem formando, & velut in articulos distinguendo varietas vocum, & discrepantia significationum inflicta est. Cui rei Dominus remedium concessit, ut unus plures discat linguas, duce & magistrâ ratione, quam nova subinde gratia, inexhaustus fons omnium bonorum rigat, & perfundit, ut medio sermone interprete adhibito rursùs jungantur, qui Babylonicâ istâ confusione longissimè separati fuerant; idque commodiùs etiam fit beneficio scripturæ, non tam invento humano, quàm munere divino. Qua ratione *Moses* fons omnis sapientiæ & scripta prophetarum hebraicorum, non per solos LXX interpretes pervenerunt ad *Græcos*, sed multo tempore antea per alios interpretes divina scripta pervenerunt tum ad *Græcos*, tum ad alias nationes etiam barbaras, hodieque libri sacrosancti leguntur in

omnium

Sapientia & clementia Dei in confusione linguarum.

Linguæ idiomatumque utilitas.

S. Aug. l. de civ. Dei.

Alienantur ab invicem homines ignorantia linguarum.

Mira Dei providentia in reconciliandis hominibus ex diversitate linguarum.

Prælu-sio I.

omnium propè nationum linguis. Quod munus diviniſſimum velle impedire, quid aliud eſt, quàm odiſſe divinas dotes, & perſequi, & bellum gerere cum DEO pluſquàm Babylonicum, & Gygantæum? Etenim *Meſſias* expectatio univerſarum gentium veniens in mundum, nt reſtitueret omnia, omniaque reconciliaret, *Judæos*, *Græcos*, *Romanos*, *Scythas*, alioſque populos inter ſe, & cum DEO Patre univerſos ſpiritus ſacri vinculo glutinaret; utque gentes junctas in unum populum ſanctum, in unum regnum, civitatem, domum contraheret, ſuo ſibi cruore linguam Græcæ gentis, & Romanæ, quæ ſapientiâ, & imperio alias præcelluerunt, cum lingua veteri *Hebræorum* in ara crucis litans pro univerſo mundo conſecravit. Quando impoſito titulo, & cauſæ inſcriptione in caput Domini *Jeſu Nazareni* declaratum eſt, illum ipſum eſſe omnium gentium promiſſum, & exſpectatum ſervatorem, atque monarcham, & ſummum, æternum, ſanctiſſimum, optimum, maximumque pontificem; de quo Sophonias luculento vaticinio præmonuit dicens; *Expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum, quia judicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna, & effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei; in igne enim zeli mei devorabitur omnis terra: quia tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes nomen Domini, & ſerviant ei humero uno.* Porrò Dominus *Chriſtus* pollicetur *Marc.* XVI. credentibus in nomen ipſius, ut loquantur linguis novis; ejuſque rei fidem implevit ampliſſimè Spiritu ſancto miſſo in diſcipulorum cœtum. Namque legatos miſſurus ad Reges & populos omnium linguarum & nationum, qui non *Babylonas* conderent, aut caperent ſibi regnorum & imperiorum ſedes, aut aliquid molirentur, aut machinarentur adverſus ſcientiam DEI: ſed pertraherent orbem totum in conſenſionem religionis catholicæ, utque conderent civitatem viventis, verique DEI, cujus fundamentum, & caput, & lapis angularis, & princeps, eſt ipſe *Chriſtus* Dominus gloriæ, inſtruxit eos ad eam rem percommodè: non malleis, trullâ, perpendiculo, ſecuri, ſerrâ; non gladio, pilo, ſariſſa, æneo tormento, ſed Spiritu ſancto, ſed rerum divinarum cognitione, ſed vitæ ſanctimonia, ſed omnigenis virtutibus, ſed linguarum peritiâ. Itaque dictu mirabile, & ſtupendum jure merito videri debet; antea rudes & illiteratos homines, quique in vernaculo ſermone propemodum infantes erant, ſubitò loquutos omnium populorum, & gentium ſermone, apud quos facturi erant euangelii præconium; initioque facto *Hieroſolymis*, urbe ſita in Monte *Sion*, ut *Eſaias*, & *Michæas* prædixerunt, II. & IV. *Chriſtum* annunciant DEI Filium, & Verbum, & Sapientiam, & Potentiam, & Juſtitiam veniſſe in terras, conceptum è Spiritu ſancto, natum ex virgine de domo *David*, mortuum in cruce, & reſurrexiſſe, & aſcendiſſe in cœlos, unde venturus ſit judex vivorum & mortuorum, quemque Iſraëlitica eccleſia audivit concionantem in monte *Sinai*, totus mundus velut in compendium contractus in *Hieroſolyma*, jam carne verâ hominis indutum audit concionantem in monte *Sion* per apoſtolos, ut in illa multitudine, quæ ex orbe univerſo confluxerat, quiſque audiret legatos *Chriſti* patrio ipſorum, & vernaculo ſermone diſſerentes.

Chriſtus per titulum crucis, reduxit per varias linguas, populos in unitatem, die pentecoſtes miſſo Spiritu ſancto ſuper apoſtolos.

Popoſcerunt quidem prima eccleſiæ Chriſtianæ tempora opus illud admiratione & ſtupore confertum; quod abundè convincit linguarum notitiam, organum eſſe tum utile, tum neceſſarium Chriſtianæ Reipublicæ conſervandæ & amplificandæ, & donum eſſe minimè leve otioſumque divinæ munificentiæ. Quod Apoſtolus *Paulus in Epi-*

Linguarum varietatis emolumentum.

Præluſio I.

Epiſt. 1. ad Corinthios docet: Eccleſia verò in ſolenni precatione confitetur ad hunc modum orans: *Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris ignem in eis accende. Qui per diverſitatem linguarum cunctarum gentes in unitatem fidei congregâſti.* Quod primò ac præcipuè ſanctis votis petendum eſt à cœleſti parente, à quo proficiſcitur, quicquid jure cenſetur titulo boni, & non contemnenda eſt doctrina, & inſtitutio, ſed adjungendum ſtudium acre, diligenſque exercitatio, quæ tria ſi conveniant, & conſpirent, ingenium vel mediocre, & natura non prorsùs diſtorta, deinde ars, & præceptio, præterea uſus, & exercitatio perficietur in linguarum cognitione, quantum nemo credat ante experimenta. Quod univerſum ſolidè referendum eſt ad ſuum auctorem, qui donavit ingenium, animum, occaſionem, vires tolerandi laborem, & omnia, ut uno verbo dicam. Unde jure nihil vindicare nobis liceat, quàm rectum uſum, ſi ſtudeamus, ut filius *Mariæ* Virginis, & DEI vivi, in quo habitat omnis plenitudo ſapientiæ, & divinitatis corporaliter voce clariſſimâ prædicetur ubique gentium, & cognitus apprehendatur ſincera fide, & ſanctitate, omnibuſque officiis Chriſtianæ charitatis exprimatur, ut ſapientia & vera cognitio rerum invulgetur, ut valeant bonæ leges, ut vigeat juſtitia, ut conſtet inter homines alma ſanctaque pax, & humanitas. Quænam iſta eſt dementia? quis furor? ferro, & innumeris propè inſtrumentis ad perniciem generis humani excogitatis, ſi verum dicere oportet, à Satana & malo genio agitatis hominibus, mutuò ſe perdere, idque ob res leviculas plerumque? Habemus rationem effectricem operum verè humanorum & cœleſtium; habemus ſermonem quo res, atque rationes moderatè inter nos pertractemus, habemus linguam, organum excellens, ſi ad finem ſuum aptetur; habemus calamum, ſtylum, chartam, quæ linguæ & ſermonis vicem impleant. Illis conferamus mutuam ſapientiam DEI, & accipiamus oblatam candidè: *Chriſtus* enim ſuffecerit omnibus abundè. Omnes ditare, omnes beare, omnes reges, & pontifices, denique omnes cohæredes, & conſortes regni ſui æterni, & filios DEI efficere poteſt, & ut ab eo accipiamus, unicè in votis habet. Perſpectâ itaque tantæ confuſionis causâ, nil reſtat, niſi ut jam in hoc libro, de origine tranſmigrationis gentium, de primatu linguarum, & deinde de linguarum, & idiomatum multitudine, & varietate, atque de characterum, variorumque alphabetorum origine, & ſcriptionis inventione, ea, quâ par eſt, ἀκριβείᾳ agamus. DEUS adſit auſibus noſtris, cujus proprium eſt, linguas infantium facere diſertas.

SECTIO I.

De inclinatione, corruptione, & interitu linguarum.

CAPUT I.

De occasionibus, & multiplici causarum serie, quâ linguæ variorum regnorum florentes, tandem omnimodæ corruptionis, oblivionisque damnum passæ sunt.

EA est rerum humanarum inconstans fortunæ rota, ut nihil sub sole stabile, nihil solidum, & firmum permittat, quin versatilis, cui innititur, sphæræ lubricitate, jam ex alto in imum, modò ex imo in summum, paulò post ex dextro in sinistrum, & ex sinistro in dextrum, susque deque verset omnia, ut proinde aptè huic instabilitati rerum quadrare videatur illud Poëtæ:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.

Quod & in linguarum varietate, & interitu, maximè ex ingenti seculorum vicissitudine completum, ut olim factum cum admiratione legimus, & præsenti tempore, adhuc fieri spectamus: cujus rei causas demonstrare aggredior; quarum

Causæ corruptionis linguarum.

1. Prima est, diversarum gentium, populorumque commixtio; unde una gens ab altera, hæc etiam ab illa, dum mutuos loquendi modos sibi communicant, ex duabus mediam quandam linguam resultare necesse est; hæc verò cum aliis nationum confiniis commercia exercens, in alias, & alias cum tempore linguas degenerat.

2. Altera causa mutationis linguarum est, imperiorum, monarchiarumque mutatio; quâ factum est, ut quilibet monarcha desideret suam vernaculam linguam ubique vigere ex omnibus in unam reductam, ne varietate linguarum quam sibi quælibet natio peculiarem habebat, sub occultis idiomatum machinis in rebelliones motæ, magnum monarchico statui damnum, unitatis vinculo destructo, inferrent.

3. Tertia causa est, calamitates publicæ regnorum, quibus sæpè bello, peste, fame integræ nationes ita destruuntur, ut non nisi paucæ mortalium reliquiæ supersesse comperiantur; atque hisce conjunctæ aliæ confines nationes, linguas novas reciprocâ loquendi varietate fundent.

4. Quarta est, varia in differentia regna, coloniarum introductio, quo fit, ut nativa lingua differentibus populis communicata, adeò ingentem mutationem acquirat, ut pristinæ linguæ dialectum vix agnoscas: talis est *Boëmorum* lingua, quæ unà cum colonia ex *Illyrico* traducta, ex commistione linguæ *Germanicæ*, & *Polonicæ* eam mutationem passa fuit, ut nec *Dalmata*, nec *Polonus* eam prorsùs intelligat; talis est lingua *Græca*, quæ in nonnullis *Calabriæ* oppidis hodiè adhuc in usu est, sed ita transformata, ut *Græcam* dialectum non nisi ex paucis verbis intelligas; talis est quorundam in *Andaluzia* & *Melitensi insula*, lingua *Arabica*, quarum illa *Latinis*, *Arabicisque*, hæc *Italicis*, *Arabicisque* commixta vocabulis, non exiguam corruptionem passa est.

Quin-

Cap. I. Quinta cauſa eſt, cœli ſolique incertis nationibus conſtitutio, quæ ex organorum alteratione, uti diverſam linguæ alicujus pronunciationem ſortiuntur, ita quoque ex differenti pronunciatione novam linguam condere videntur; cujuſmodi in ſequentibus varia exempla producemus. Atque hæ ſunt cauſæ univerſales, quibus hucuſque primævæ linguæ, corruptionis damnum paſſæ ſunt. Sed hæc omnia fuſiùs deducemus.

Quintuplex linguarum univerſalium genus. Quintuplex linguæ genus apud chronographos legimus, quas & non immeritò autogenas dicere poſſumus, & ſemper poſt Babylonicæ confuſionis tempus hucuſque illibatæ manſerunt; videlicet *Hebræa, Græca, Latina, Teutonica, Illyrica*; ex quibus, quæcunque linguæ in univerſa *Europa*, *Aſia* & *Africa*, exceptis omninò barbaris idiomatis, de quibus poſtea, veluti ex equo Trojano prodeuntes, mundum linguarum dialectorumque varietate replerunt.

Hebræa. Prima itaque lingua, quæ in domo *Heber* ſemper manſit, ſucceſſu temporum primò in *Chaldaicam* deflexit; ſecundò in *Arabicam*, ſeu *Madianiticam*; tertiò in *Samaritanam*; quartò in *Æthiopicam*; quintò in *Syriacam*, veluti ex *Græca* & *Hebræa* mixtam declinavit; quantum verò deflexerit, ſuo loco dicetur.

Græca. Secunda fuit *Græca*, quam nepotes *Phaleg* à confuſione linguarum ſecum in *Græciam* detulerunt; unde & poſteri à *Phalechi* familia *Pelaſgi*, & *lingua Pelaſga* nomen ſuum ſortiti ſunt, uti fusè *in Latii* deſcriptione oſtendimus, & in *Hetruriæ* deſcriptione porrò oſtendemus; quæ iterum varias decurſu ſeculorum dialectos, *Atticam*, *Ionicam*, *Æolicam*, *Phrygiam*, aliaſque diverſas pro conſtitutione populorum, tot linguas, quot gentes, in *Græcia* fuerunt, pepererunt.

Latina. Porrò *Latina* ἀυτόχθων, ſive ex primogenitis una, ex ruditate ſua ad perfectionem perducta, tandem ex adventu *Gothorum*, *Alanorum*, *Vandalorum* ingentem corruptionem paſſa, quaternas alias peperit, *Italicam*, *Gallicam*, *Hiſpanicam*, *Luſitanicam*, & ex hiſce alias, ex *Italicæ* & *Latinæ* commiſtione, inſulares, *Sardam* & *Siculam*; tot autem vel unius *Italicæ* linguæ idiomate differentes dialecti tandem exurrexere, quot provinciæ in *Italia* conſtituuntur; quod idem me in *Galliæ* & *Hiſpaniæ* provinciis obſervâſſe memini. *Sect.* I.

Teutonica. *Teutonica* lingua, quemadmodum probatiſſimi auctores referunt, à *Tuiſcone Japhethi* filio, *Noë* pronepote nomen ſuum obtinuit; quæ ex ruditate in perfectionem ſummam, imperatorum curâ reducta, tandem varias filias, videlicet *Belgicam*, *Danicam*, *Suecicam*, *Anglicam*, *Scoticam* peperit, quæ duæ poſteriores occaſione *Saxonum* natæ ſunt, qui pulſis *Pictonibus* univerſæ inſulæ ſe indigenas fecerunt, unde & *Anglo-Saxones* poſtea dicti fuerunt. Qualis verò *Saxonica* lingua, qualis modò *Anglica* ſit, in ſequentibus aperiemus.

Illyrica. Reſtat *Illyrica* lingua vetuſtiſſima, quæ ramos ſuos in *Poloniam*, *Litvaniam*, *Moſcoviam*, *Tartariam* uſque in ultimos Orientis terminos, innumerabili linguarum fœtu traduxit; ex hac enim poſtea *Turcica*, *Bulgarica*, *Boſnica*, *Tartarica* nata maximam *Tartariæ* magnæ portionem replevit. Ita tamen illæ corruptæ ſunt, ut vix ullum primitivę veſtigium retineant.

Indicæ linguæ. Ad *Indicas* porrò linguas quod attinet, prorſus barbaras, & quæ nullam ad dictas jam linguas affinitatem habent, illarum pariter ingens multitudo & diverſitas reperitur; uti ſunt, *Malaica*, *Commorina*, *Brachmanica*, *Peguana*, *Tunchinenſis*, *Tibettana*, *Inſularum Philippinarum*, *Japonica*, *Chinica*, ex qua ferè omnes originem ſuam traxerunt, uti ex

Cap. I. Lexicis & Grammaticis eorum in ſequentibus patebit. In *Americæ* verò *Indiæ* occiduæ regionibus, tanta eſt diverſitas idiomatum, ut noſtri patres, ea ad quingenta facilè diverſiſſima idiomata reduci poſſe tradiderint; inter illas tamen præcipuæ ſunt *Mexicana*, *Peruana*, *Braſilica*, *Magellanica*, *Chilenſis* & ſeptentrionalis *Americæ* populorum variæ linguæ, de quibus pluribus in ſequentibus.

Americanæ.

Africanæ. In *Africa* denique, tametſi *Abyſſina*, & *Arabica lingua* potiſſimùm dominentur, habet tamen & ipſa immenſam idiomatum varietatem, quæ nullam ad invicem affinitatem obtinent; uti *Quineana*, *Congana*, *Angolana*, & eorum populorum, qui meridianam plagam *Africæ* poſſident, uti ſunt *Monomotapæ*, *Cafrariæ*, & quæ ad flumen *Cuama* & littus *Sinus Perſici* inhabitant; quæ ſi ad calculum reducere velimus omnia linguarum neophytarum genera, non ut ſacri textus interpretes putant, ad *Sect.* I. ſeptuaginta duas, ſed vel ad mille ſeptuaginta facilè reduci poſſunt. Quæ omnes, qualeſcunque tandem fuerint, corruptionem & ultimam ruinam paſſæ ſunt, ob cauſas paulò antè adductas; vel ex nominatione diverſarum gentium, vel ex communi populorum unitorum ſuffragio & conſenſu; dum enim ſucceſſu temporis primævæ linguæ, nominum, verborum, appellationumque vel non ampliùs recordarentur, accidit, ut oblivioſæ memoriæ vitio, propria nomina ſingulis rebus, prout ipſis variæ phantaſmatum ſpecies dictabant, impoſuerint; eodem prorſus modo, quo in hunc uſque diem imponuntur nomina novis illis rebus, quæ primò non extiterunt, & ex novis variorum inſtrumentorum, vaſorum, herbarum, plantarum, florum, mineralium appellationibus introductis patet.

CAPUT II.

De origine & introductione idololatriæ in mundum ratione diverſitatis linguarum, morumque qui apud gentes, differenteſque nationes vigebant.

Cap. II. HOminem primum *Adamum*, protoplaſtum, divinis manibus ex limo terræ fictum, factum, juxta ſacræ *Geneſis* verba, de fide eſt; ſed enim cum poſt diluvium, veriſimile ſit, innumerabilem hominum multitudinem, qui omnes cùm longa vita, & ingenio præſtantes unius linguæ elogio uterentur, ſub unius quoque religionis cultu, quantum perverſa *Chami* progenies, jam à vera diſciplina degener illis permiſit, vixiſſe: attamen poſt linguarum confuſionem, quemadmodum linguarum idiomatumque diverſitate diviſi fuére, ita quoque primævæ religionis à *Noëmo* ante ſeparationem gentium edoctæ immemores, paulatim à vero DEI unius cultu, & religione deflexerunt, dum quiſque ex ducibus gentium eam ſibi religionem finxerit, quæ ſibi maximè congrua videretur, innumeriſque fabuloſarum narrationum commentis, de DEO, mundo, ſideribus, de hominibus geſtarum rerum gloriâ illuſtribus, confictis, introducto apotheoſeos honore colentes, paulatim occultis machinis, ſeſe eorum actionibus inſinuante Satana, infatuati, dementatique univerſum mundum idololatriæ abominatione replerunt. Et tametſi hæc quàm fuſiſſimè *in ſecundo Tomo Oedipi* demonſtraverimus, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi nonnulla ex his hoc loco inſererem.

Religio primæva perſtitit ſub unius linguæ domino uſque ad confuſionem.

CA-

CAPUT III.

De varietate & multitudine Numinum quæ ex confusione linguarum & divisione gentium natæ sunt.

ANte mare & terras (& quod tegit omnia cœlum)
Cum vonus adhuc esset naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos : rudis indigestaque moles
Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum,
Obstaretque aliis aliud; cum corpore in uno
Frigida pugnarent calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Cùm, inquam, supremum & immortale Numen in profunda æternitatis abysso propriâ felicitate contentum, nullâ adhuc rerum mundialium curâ tangeretur, ecce post secula tandem felix illa illuxit dies, quo, ut *Platonis* verbis utar, in divino DEI immortalis consilio concluſum est, ut mundus ille indigestus, atque incompositus ab informi illa rerum omnium promiscuâ confusione squalentium *tohu, vabohu* תהו ובהו vindicatus, lucem aspiceret, formis splendesceret omnigenis, atque in varias rerum facies abiens; propriæ felicitatis gaudio perfrueretur. Concluſum est, & in opus deductum. Mundus itaque conditur, atque à rerum commixtarum confusione solutus, mox in formam exurgit liberaliorem, virium, proprietatum aliarumque qualitatum, quæ singulis creatis debebantur, distributionis officium providentissimo committitur *Prometheo*. *Prometheus* seu providentia divina, uti omnia debitis suis formis instruit, ita omnes sapientissimi provisoris partes explevit.

Mox cœlo terras, & terris abscidit undas,
Et liquidum spisso secrevit ab aëre cœlum,
Quæ postquam evolvit, cœcoque exemit acervo,
Dissociata locis concordi pace ligavit.
Ignea convexi vis, & sine pondere cœli
Emicuit, summâque locum sibi legit in arce;
Proximus est aër illi levitate, locoque;
Densior his tellus, elementaque grandia traxit,
Et pressa est gravitate sui circumfluus humor.
Ultima possedit, solidumque coërcuit orbem,
Tùm freta diffudit, rapidisque tumescere ventis,
Jussit & ambitæ circumdare littora terræ,
Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,
Jussit & extendi campos, subsidere valles,
Fronde tegi sylvas, lapidosos surgere montes,
Vix ita limitibus discreverat omnia certis,
Cùm quæ pressa diu massâ latuere sub ipsa,
Sydera cœperunt toto fulgescere cœlo,
Ne regio foret ulla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæque deorum.
Cessêrunt nitidis habitandæ piscibus undæ,
Terra feras cepit, volucres habitabilis aër.

Cœlo itaque terraque formis debitis jam imbutis, cæterisque omnibus prudentissimè dispositis

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto

Cap. III.

Æthere cognati retinebat ſemina cœli,
Quam ſatus Iapeto miſtam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantûm cuncta deorum.
Pronaque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Homo itaque ſolus ore ſublimi, ad cœlumque erecto intuitu præditus, divinum animal naturæ juxta mortalis & immortalis confinium; ceu ſola cœleſtis planta in terris conſtituta (cujus radicem conditor hiſcè infernis ſedibus junxit, comam verò atque perpetuò frondentem verticem ſupra anni & ſolis viam, ſupra ultimum cœli ambitum ad nunquam interituros ambitus relegavit) hic, inquam, homo cùm lucidiſſima illa mundi lumina, ad quæ contemplanda, atque in iis factorem laudandum creatus erat, curioſiùs intueretur, pulchritudine eorum paulatim illectus, verâ & rectâ religionis ſemitâ derelictâ, eo dementiæ devenit, ut ea, quæ ſui gratiâ condita eſſent, ſui veluti conditores crederet, & ſanctè veneraretur. Auxit dementiam hanc traditionum ſalubrium de mundi origine à prædeceſſoribus factarum oblivio, quâ invaleſcente novas de DEO, de mundo, de hominum productione, aliiſque rebus opiniones imbibit, cùmque cœleſtis ille ignis præcipua humanæ mentis portio ingens, ad Numinis alicujus cultum eum inſtigaret; mox verò derelicto DEO ad falſorum Numinum, unoquoque ex ejus familia ſibi novas idololatriæ rationes comminiſcente cultum prolapſus eſt; factumque ut corruptibilia ſimulachra pro DEO incorruptibili adorârit, rebuſque externis contentus, cùm inſenſibile Numen intueri deberet, ad ſenſibilia, & terrena fuerit diffuſus. Atque hujuſmodi prævaricationem erroremque primùm *Hebræi* tribuunt

Origo idololatriæ.

nepotibus *Chami*, *Miſraim* videlicet, *Chuſio*, *Phuth* & *Canaano*, qui per *Aſiam* & *Africam* univerſam in novas colonias diffuſi, novas paſſim deorum colonias introducentes, nova & ridicula dogmata mundo pepererunt; cujuſmodi ſunt, *Adamum* è *Luna* prodiiſſe. Prophetam inibi ex maſculo & fœmina procreatum, atque in hunc mundum venientem primum cultum *Lunæ* docuiſſe. Verùm quoniam hæc opinio non ita obvia forſan multis eſt, viſum eſt, eam hic ex R. Moſe Ægyptio, vulgò Rambam, depromptam adducere, ſic enim dicit in More nebuchim.

Sect. I. *Auctores idololatriæ Chami progenies.*

Iſti ſiquidem reliquiæ ſunt gentis Zabæorum (*à* Zaba, *è progenie* Chami *orto*, *& filio* Chuſii, *qui ſecundum* Jam Suph, *id eſt*, Maris Rubri *ſinum ad ortum*, *& occaſum*, *atque ad dexteram & Aquilonem littora coluit ſic dicta*) *quia iſta gens totam replevit terram. Finis autem & perfectio illius eâ ratione iſtis temporibus philoſophantis fuit*, *quod putaret creatorem eſſe cœli ſpiritum ſeu animam; ſtellas verò corpora eſſe ipſa* DEI *ſubſtantia informatas.* Meminit hujus pravæ opinionis quoque Abubacer Arabs in expoſitione de auditu. *Et ideo quoque credit tota gens* Zabæorum *mundi antiquitatem* (*ſeu, quod idem eſt, æternitatem*) *quoniam cœlum eſt* DEUS *juxta opinionem eorum. Et dicunt, quod* Adam *primò natus eſt ex maſculo & fœmina ſicuti cæteri homines, ſed honorabant eum multum, & dicebant, quoniam è* Luna *egreſſus, propheta & apoſtolus* Lunæ *fuit, & quod prædicavit gentibus, ut ſervirent* Lunæ, *& quod compoſuit libros de cultu terræ. Dixerunt etiam quod* Seth *contraxit opinionem patris ſui in ſervitio* Lunæ; *narraverunt etiam de* Adam, *quod quando egreſſus eſt de* Luna, *& de climate vicino* Indiæ, *ad clima* Babylonis *profecturus, multa mirabilia ſecum tulerit, ſcilicet arborem auri, quæ creſcebat cum ramis, & foliis, & arborem lapidum, & folia cujuſdam arboris viridis, quæ*

Dogmata falſa Zabæorum.

Ridicula fabula de Adamo.

Cap. III. *quæ non comburebantur ab igne, & dixerunt, quod ſub ipſius arboris umbra decem millia hominum continebantur, & altitudo arboris ipſius ad ſimilitudinem ſtaturæ humanæ. Attulit ſecum etiam duo folia, quorum utrumque duos homines cooperiebat. Intentio verò eorum in loquendo de* Adam *primo, & de hominibus, quæ attribuuntur ei, fuit, credulitatem ſuam de antiquitate mundi ſtabilire, & quod inde provenit, cœlos & ſtellas eſſe deos.*

Atque hæc eſt de primæva hominum origine & idololatria *Zabæorum* digna lunaticis hominibus opinio, ex qua velut ex equo quodam Trojano omnia antiquorum philoſophorum de æternitate mundi, de mundorum pluralitate, de aſtrorum vita & divinitate, de metempſychoſi denique ac animarum revolutione abſurda dogmata, ad omnem impietatem feneſtram aperientia, prodiiſſe videntur. Hinc *Adamum* ejuſque progeniem, & nepotes filiorum DEI nomine veluti aſtrorum æternorum, quæ ipſi deos appellabant, filios indigitabant, quæ omnia confirmat *Chronicon Alexandrinum.*

Cauſa hujuſmodi fabuloſarum narrationum.

Horum porrò commentorum & inanium deliramentorum cauſam ego arbitror eſſe, quod primi illi homines cum proprio arbitrio relicti nullâ certâ lege ſcripta ante *Moſis* tempora tenerentur, cùmque proinde certæ quædam ſententiæ de DEO, de creatione mundi, de diluvio, & ſimilibus rebus ac mutationibus gravioribus, inter primos tantum humani generis patriarchas referrentur, factum eſt, ut ab eis veluti à primis hominibus acceptas, poſteri per manus aliis alii tradiderint, quibus poſteriora ſecula & homines, uti quique à primis remotiores fuere, ita ſubinde alia atque alia quoque haud abſurda affinxerunt, donec res ipſæ totæ in fabularum commenta abierint. Hinc diverſitas illa opinionum originem habebat, inde maxima & relationum confuſio propè inextricabilis.

Æthiopes enim, teſte *Diodoro*, primos homines in *Æthiopia* veluti in medio terrarum natos aſſerebant: cauſam in vicinitatem Solis omnium generabilium parentis conjicientes. *Theodoretus* ex relatione antiquorum primos homines in *Arcadia* natos aſſerit, juxta illud, Sect. I.

Ante Jovem *genitum terras habuiſſe feruntur*
Arcades, & Lunâ *gens prior illa fuit.*

Cœlius verò & *Mercator* ex *Ariſtide* primam hominum genetricem terram ajunt fuiſſe ſolum *Athenienſe*. *Arabes*, quemadmodum videre eſt in eorum *Geographia*, hanc prærogativam *Arabiæ felicis* ſolo attribuebant.

In qua provincia primo homines nati putentur.

Ægyptii denique firmiter credebant, primos homines in *Ægypto* natos; cauſam hujus aſſignabant, tum aëris temperiem bonitatemque undequaque perfectiſſimam, tum *Nili* fœcunditatem multas res naturaliter, & ſuapte ſponte producentis, productaſque benigniſſimè conſervantis; auxit opinionem eorum monſtroſus ille ſoricum ſeu agreſtium murium in Thebano territorio proventus, quorum aliqui ſuperiori ſuâ parte murium ſpeciem referentes; & ὁμόχθονες adhuc reperiebantur. *Herodotus* narrat, *Pſammeticum Ægyptiorum* Regem, cùm ingenti deſiderio teneretur ad cognoſcendum, quænam mundi provincia primos homines produxiſſet, illum ſequenti induſtriâ id inveſtigare attentaſſe. Duos infantes recens natos ab omni humanæ vitæ conſuetudine remotos, certo loco incluſos, & à capra alendos paſtori cuidam commendavit, cum ea clauſtri cuſtodia, ut omni eos accedendi aditu intercluſo, nec videre, nec humanâ voce loquentem quenquam mortalium audire poſſent; ſibi indubitanter perſuadens futurum, ut ætatem congruam nacti, ejus provinciæ, quæ primos homines mundo dediſſet, linguâ loquerentur; itaque poſt certam

Cap. III. certam annorum revolutionem infantes de cavea extracti, mox exporrectis brachiis identidem in hæc verba prorupere, *Bec, Bec* : quas voces, utpote peregrinas, cùm nullus adstantium intelligeret, investigatione tandem factâ deprehensum est, *Bec* in *Phrygum* lingua nihil aliud sonare, quàm panem, concluſit itaque Rex *Psammeticus*, in *Phrygia* primos homines fuisse productos.

Tempus me deficeret, si singularum gentium, de hujusmodi prima hominum origine deliria hîc adducenda forent; quare, qui plura desiderat, consulat *Berosum*, *Varronem*, *Eusebium*, *Hieronymum*, *Polydorum*, *Aristophanem*, *Pererium*, *Postellum*, alioſque : nos his relictis ad ea nos, quæ primam idololatriæ originem concernunt, postlimino conferamus.

Primum rerum principium semper animis hominum fuit insculptum.

Certum itaque & indubitatum est, nullo unquam tempore in hoc mundo extitisse populum adeò barbarum, nationem tam peregrinam, clima tam rude & impolitum, quempiam denique hominem adeò ferum, sylvestrem, qui non, vel naturæ lege, seu rectæ rationis dictante lumine, unum aliquod rerum omnium principium; Numen dico universam rerum obtinens moderationem, certo & peculiari religionis ritu ceremoniisque colendum agnôrit. Certum quoque statui debet, nullo unquam tempore, aut sine DEO sacrificium, aut sine sacrificio religionem fuisse, omnibus, cum sacerdotio veluti nexu quodam inseparabili in unum coëuntibus, adeò ut hominem religio, religionem sacrificium, sacrificium sacerdotium ἀναχωείσως comitari videantur, quod apparet tum ex innumera propè religionum statim ab ipso nascentis mundi primordio, ad nostra usque tempora deducta multitudine, tùm ex falsorum simulacrorum cultu, diversis temporibus, diversisque gentibus ac populis nullo non tempore, consueto, tum denique ipsa *Ægyptus* maximè ostendit, quam præ cæteris omnibus ejusmodi falsorum deorum cultui addictiorem fuisse, monstrant infinita propè pantamorphorum numinum multitudo & varietas; uti ex sequenti analogia patet. *Sect.* I.

ANALOGIA

Rerum à primis mundi patriarchis gestarum, gestis Osiridis, Isidis, Typhonis, Hori *parallela.*

Conjuges.		Fratres contrariis moribus.		
Adamus.	*Eva.*	*Abel.*	*Cain.*	*Seth.*
Jared.				
Henoch.				
Noëmus.	*Tellus* seu *Nioba.*	*Sem.*	*Cham.* *Nimbrod.*	*Japheth* seu *Prometheus.*
Cœlus.	*Vesta.*	*Saturnus.*	*Mars.* *Vulcanus.*	*Sol.*
Osiris.	*Isis.*	*Osiris secundus.*	*Typhon.*	*Horus.*
Fuerunt hi habiti				
primi: Urbium conditores. Agrorum cultores. Artium inventores. Legislatores.	primæ: Matres viventium. Hominum propagatrices. Deorum matres. Bonorum largitrices.	Filii Deorum. Justitiam appetentes. Sanctitatem sectantes. Religionem propagantes.	Malorum invectores. Idololatriæ auctores. Bellorum amatores. Cædem spirantes.	E sancto germine. Paternarum virtutum æmuli. Justitiæ amantes. Divinitatem meriti.

Cùm

Cap. III. Cùm porrò *Ægyptii* hæc & ſimilia de primis parentibus perciperent,& vehementer veluti geſta humanarum actionum metam longè excedentia ſuſpicerent, nil facilius fuit ſuperſtitioſæ genti,quàm eos apotheoſi quâdam exoticâ cohoneſtare,præſertim cùm ut hæc facerent, magnum pondus in animis eorum habuerit, egregia illa primorum patrum ſapientia,& rerum naturalium, quâ pollebant, cognitio, longaque vitæ productio. *Enochi* quoque de hoc mundo miraculoſa tranſlatio, ſimiliaque quæ ipſis fabularum condendarum occaſionem præbere poterant, quę omnia confirmabantur incantationibus frequentibus, ac magicis miraculis, quæ impia *Chami* progenies divinitatem per ſe affectans ubique paſſim edebat, queis ita *Ægyptiorum* animi percellebantur, ut eos veluti cœleſtes deos adorarent, ac rerum omnium moderatores ſanctè venerarentur. Atqui hinc prima illa architecturæ deorum fundamenta. Hinc origo *Jovis*, *Herculis*, *Æſculapii*, *Bacchi*, *Neptuni*, *Jani*, aliorumque deorum, de quibus in 1 *tomo Oedipi* fusè diſceptatum fuit. Verùm ne quiſquam hanc nominum analogiam, ſeu æquivocationem à nobis confictam arbitretur, teſtes adduco *Lactantium Firmianum* & *Euſebium*, qui eandem nobiſcum aſſerunt, queîs ſubſcribit *Archilochus* græcus chronologus. Verùm inter alios maxime nobis aſtipulatur *Xenophon*, quiſquis ille fuerit, *libro de æquivocis*, cujus verba cum conſideratione (ut quæ nos ex ſummis tricis eruere poſſint) digniſſima reperiſſem, ea hîc ad longum apponere placuit.

Æquivocatio nominum deorum.

Saturni, inquit, *dicuntur familiarum nobilium regum, qui urbes condiderunt, antiquiſſimi. Primogeniti eorum* Joves & Junones; Hercules *verò nepotes eorum fortiſſimi*; *patres* Saturnorum Cœli, *uxores* Rheæ, Cœlorum, Veſtæ, *quot ergò* Saturni, *tot* Cœli, Veſtæ, Rheæ, Junones, Hercules; *idem quoque, qui u-* Sect. I. *nis populis eſt* Hercules, *aliis eſt* Jupiter; *nam* Ninus, *qui* Chaldæis *extitit* Hercules, *aliis eſt* Jupiter, & *idem quod* Ninus, *qui nomine proprio* Aſſyrius *eſt dictus*, *à quo* & Aſſyrii *appellati ſunt*. Ex quibus patet, *Cælum* dictum eſſe patrem *Saturni*, & *Terram* matrem, unde *Ægyptiorum* fabulæ de *Oſiride* & *Iſide*, promanaſſe veriſimile eſt, ut bene notat *Minutius Felix*. Nam illi, qui vel virtute, ac rerum geſtarum gloria in hoc mundo eminent, aut qui ſubitò ex ignotis parentibus in ſublime emergunt, ſolemus è cœlo cecidiſſe, dicere, quod & probat *Lactantius Firmianus* auctoritate antiquiſſimi *Triſmegiſti*, qui cùm diceret, admodum paucos extitiſſe, quibus eſſet perfecta doctrina, in his *Cælum*, *Saturnum* & *Mercurium* nominavit. Confirmat eadem *Ennius in Euhemero*, qui ait, primum in terris imperium habuiſſe *Cælum*, ſtellarumque nominibus cognominati fuerint, idem *Lactantius* ſupracitatus ait, ob nominis fulgorem, & ad æternam famam conſequendam id contigiſſe, nam Reges cùm eſſent potentiſſimi, parentum ſuorum memoriam nomine Cœli, Terræque celebrabant, cùm hi priùs aliis nominibus appellarentur. Sic *Beroſus*, *Noam* ob præclarè geſta, dictum aſſerit à poſteris *Cælum*, *Janum*, *Chaos*, ſemen mundi. *Servius* verò ait, antiquos Reges nomina ſibi plerumque vendicaſſe deorum, rationem aſſignans *Lactantius*, adducit teſtem *Ciceronem libro de natura Deorum*. Nam cùm ante *Cælum* & *Saturnum* nulli fuerint Reges ob hominum raritatem, ipſum Regem, totamque poſteritatem ejus ſummis laudibus, ac novis honoribus jactare cœperunt, & deos credere, ob cauſas ſuperiùs indicatas, & hoc videtur clariſſimè demonſtrare *Xenophon*, cum dicit Saturnos *dictos, qui nobilium Regum vetuſtiſſimi condiderunt urbes & populos, ac*

Cap. III. *proinde non unum, ſed plures fuiſſe* Saturnos, *quorum patres dicti ſunt* Cœli; *filii verò* Joves, &c. Nomina igitur hæc fuerunt dignitatis & deitatis cujuſdam apud rudes priſcos, ob nominis celebritatem inventa. Deinde notat *Xenophon*, quod nomina iſta ſunt relativa, ut genitor & genitus, unde *Saturnus* eſt is, qui à *Cœlo* & *Veſtâ* ſive *Terrâ* fuit genitus, & qui ex *Rhea* ſeu *Ope* ſorore ſimul & uxore genuit *Jovem* & *Junonem*. *Jupiter* verò is eſt, qui è *Saturno* & *Rhea* genitus genuit *Herculem*. Ergo iſta nomina ſunt magis analoga, quàm æquivoca, quia de pluribus poſterioribus dici videntur per habitudinem ad primum *Cœlum*, poſteriores *Cœli*; & ad primam *Veſtam*, poſteriores, & ſic de cæteris. Unde ſubjungit: *Nimbrodus & Saturnus*, cujus „ filius *Belus* eſt *Jupiter Babylonis*, (quæ „ & *Diodorus* notat: melius dixiſſet, cujus filius *Ninus*, *Jupiter Aſſyrius* eſt nominatus) ſimiliter *Cameſes* apud *Ægyptios* (quem *Hebræi Cham*, *Ægyptii Chem* proprio nomine appellant) eſt primus *Saturnus*, cujus primogeniti *Oſiris & Iſis*, *Ægyptius* nimirum *Jupiter & Juno* (quem nos ſupra *Miſraimum* eſſe oſtendimus, & uxorem ejus *Rheam*, ſive *Iſin*. Item *Oſiridis* filius *Libyus* nomine, teſte *Diodoro*, *Ægyptius* fuit *Hercules*, qui robore corporis erat admirabilis, & gradu *Oſiridi* genereque proximus. Pari ratione *Apteras Cretenſis* fuit primus *Saturnus*, qui *Cœlo* patri teſtes amputaſſe dicitur, & filius ejus *Jupiter*, *Junoque* primogenita. *Alcæus* quoque ex *Alcmena* fuit Græcus *Hercules*, & ita de aliis, nam cùm relativa ejus nomina ſint, ut poſſint uni diverſa convenire, idem enim eſt pater & filius reſpectu diverſorum. Idcirco idem eſſe poteſt *Cœlus*, *Jupiter*, *Saturnus* & *Hercules*, quorum exempla ponit *Xenophon*. Quemadmodum igitur plures memorantur *Cœli, Saturni, Joves, Hercules, Rheæ, Telures, Veſtæ, Junones*, qui ſic dicti ſunt, *Sect.* I. ob facinorum, quæ perpetrârunt, ſimilitudinem, ſic plures *Zoroaſtres*, *Oſirides* plures, plures *Iſides*, *Hori* item, ac *Typhones* fuerunt, juxta geſtorum analogiam, à fabuloſa antiquitate conſtitutam. Iterum ſicuti *M. Portius Cato*, *Janum* & *Saturnum Scytharum*, & *Aſſyriorum* facit *Noëmum*, & *Chamum* filium; ſic *Italorum Janum*, *Saturnumque* conſtituit *Zapho* filium *Eliphaz*, filii *Eſau*, *Joſephus Ben Gorion*. Verùm quandoquidem ea hiſtoria nullibi apud latinos, quantum quidem cognoſcere licuit, extat, viſum fuit, eam hîc interſerere, ut quâ ratione hic *Janus* cum *Jano Oenotrio*, ſeu *Aboriginum* conciliari poſſit, faciliùs eluceſcat. Verba itaque Joſephi Gorionidis ſunt, ut ſequuntur.

In diebus, inquit, *illis*, Tſapho *filius* Eliphaz, *filii* Eſau, *fugit de* Ægypto, *quem* Joſeph, *cùm iret in* Hebron *ad ſepeliendum patrem ſuum, cùm contumaciùs in eum inſurgeret, interceptum unà cum ſociis in* Ægyptum *duxit*: Tſapho *verò defuncto* Joſeph, *ex* Ægypto *fugiens, in* Africam *ad* Aganiam *Regem Carthaginenſem ſe contulit, à quo honorificè exceptus, tandem præſes exercitus factus in* Italiam *penetravit, ubi divinos honores promeruit*, Janus *dictus*. Quod *Joſeph* hiſtoriæ ſeriem continuando ſequentibus verbis oſtendit, ſic autem dicit.

Oſiris & Iſis *prima* Ægyptiorum *numina.*

Contigit igitur ut Sapho *deperditum quodam die vitulum quærens, audiret in latere montis vocem vaccæ, aut vituli ſimilem, exiſtimans itaque vocem deperditi vituli, eam inſecutus eſt, uſque dum ad inferiora montis perventum eſſet, & ecce ſeſe in pariete montis offert ſpelunca quædam ingenti circumſepta ſaxo, quod cùm eſſet amolitus, è veſtigio beſtia quædam in antro, viſu horrenda comparet: beſtia verò, eo ipſo tempore bove devorando occupata, ex media parte ſuperiori hircum ſylveſtrem, ex inferiori media, hominis referebat imaginem, quam* Sapho *mox inito prælio interfecit. Homines autem* Cithim (*hoc eſt* Itali)

Fabula de Jano primo Italiæ Numine.

Cap. III. Itali) *opere* Zapho *comperto dixerunt, quid faciemus homini, qui belluam adeò nobis infestam interficiens omnes ab interitu vindicavit? & unanimiter tandem concluserunt, ut dies in anno ejus nomini consecratus, in memoriam facti celebraretur, offerentes ei libamina, & sacrificia, ac in Regem electum, cùm totam* Italiam *ab hostium insultibus liberasset,* Janum *appellarunt; exercitus verò* Gundelorum *denuò irrumpens in* Italiam *omnem circa regionem prædæ, & spoliis subjicere conatus est.* Janus *verò se ei opponens totum in fugam convertit, ac sic totam terram ab insultibus hostium liberavit. Ob quam causam* Janum *sibi filii* Cithim *in Regem elegerunt, & expeditione novâ factâ intra filios* Thubal, *& insulas circumjacentes, omnes paulatim à* Jano *subjugatæ sunt, eum* Janum Saturnum *appellantes;* Janum *quidem ob interfectam belluam hoc nomine insignitam,* Saturnum *verò ob stellam, quam tunc temporis Numinis loco colebant* Cithim Sabthai *nomine, quod idem est ac* Saturnus, *erat autem primò Rex tantum vallis* Campaniæ, *sed* Cethim *postea templo in ejus honorem ædificato toti eum præfecerunt* Italiæ, *regnavit autem Rex* Janus *(unde à* Jano Januenses) Saturnus 50 *annos, & mortuus est, & in civitate* Gavanæ (forsan *Genuæ*) *sepultus, regnavit autem post eum* Janus *alter totidem quot prior annos, ædificavitque & ipse in valle* Campaniæ *templum magnum & splendidum.* Atque hucusque *Joseph Ben Gorion*, cujus verba ideò hîc ad longum proferre placuit, quia iis, quæ ab *Aboriginibus*, & *Janigenis* primis *Italiæ* colonis *Petrus Leo Castella* asserit, maximè consentiunt.

שבתי Saturnus.

Patet igitur ex his, sicuti primi *Assyriorum* urbium fundatores dicti sunt *Cœli, Saturni*; *Ægyptiorum Osirides*, hoc est *Cœli* seu *Saturni Ægyptii*; sic *Italorum* primos Reges *Janos* denominatos esse, sed ad *Osiridem* redeamus. *Osiris* itaque & *Isis*, teste *Diodoro*, à *Saturno* *Vulcani* ignis inventoris filio, geniti, defuncto parente conjuges facti, toti imperasse feruntur *Ægypto*, eâ prudentia & moderatione, ut omnium in se oculos, animosque converterent, nam præter leges saluberrimas *Ægyptiis* datas, agriculturam, usum instrumentorum mechanicorum, armorum, vinearum item, atque olearum plantationem docuêre, literas quoque cæterasque scientias, uti Musicam, Geometriam, Astrologiam *Mercurio* adjutore introduxêre primi, easque summo semper studio coluêre. *Sect.* I.

His itaque salubriter inventis, *Osiris* ad majorem gloriam aspirans, ingentem comparavit exercitum, omniumque rerum curâ *Isidi* uxori commissa, *Mercurium* prudentissimum virum ei adjunxit in regno gubernando veluti adjutorem & consiliarium. *Herculem* quoque incomparabilis roboris, ac fortitudinis virum militaribus negotiis præficiens, ipse rebus sic prudenter constitutis, cum *Apolline* fratre lauri repertore, ac duobus filiis *Anube*, & *Macedone* (quorum ille canem, hic lupum insignibus suis ferebant) in expeditionem proficiscens, præter *Pana* (qui postea divinos honores in *Ægypto* consecutus est) secum quoque ducebat *Maronem* & *Triptolemum*, quorum ille vinearum colendarum, hic seminum terræ mandandorum rationem callebat; *Osiris* etiam cùm Musica summopere recrearetur; novem secum psaltrias, quæ postea à *Græcis* Musæ dictæ sunt, una cum earum instructore *Apolline* assumpsit. Satyros verò ad psallendum, cantandum, atque ad animi remissionem conciliandam aptos secum in castris habuit. Non enim bellicosus, aut præliis, periculisque deditus fuit, sed otio, & hominum saluti, quo beneficio pro DEO omnes eum gentes habebant; *Æthiopibus* agriculturam ostendit, insignibus in ea urbibus à se ædificatis. *Nilum* quoque longè

Prima Ægyptiorum nomina Osiris & Isis.

Cap. III. latéque cum maxima hominum pecudumque jactura exundantem, per *Herculem* intra alveum coarctavit, unde & fabula de aquila (sic enim ob velocitatem vocabatur) jecur *Promethei* depascente; erat autem *Prometheus* Rex istius territorii, quod tantopere à *Nilo* exundante devastabatur.

His peractis in *Arabiam* migrans, hinc ad *Indos* usque pervenit, ubi rebus præclarè gestis in ea æstimatione fuit, ut indigenæ divinos honores ei passim offerrent. Hinc discedens per cæteras *Asiæ* provincias, ad extremam usque *Europam* penetravit, omnia ea, quæ adinvenerat, docendo: tandem in *Ægyptum* remeans, ob facinorum magnitudinem in deorum cœtum adscriptus est, factumque est, ut succedentibus temporibus, cùm fama ejus crescceret, nominum quoque crescceret impositio (nam à conditis urbibus *Saturnus*, à supremo rerum dominio *Jupiter*, à vini, oleique inventione *Bacchus* seu *Dionysius*, *Hercules* à summa fortitudine, ab orbis lustratione *Neptunus*, à rebus inventis *Mercurius*, *Apollo* ex Musicæ frequenti tractatione, & *Janus* denique à politioris vitæ cultu vocitatus πολυονομαλίας & πολυθείας occasionem præbuit,) atque hoc ita se habere vatum antiquorum testimonia ostendunt, qui *Osiridem* cum omnibus dictis nominibus passim confundunt. Ac primò quidem *Saturnum* cum *Osiride Orpheus* in suo hymno confundit, quem cum styracis suffimento concinit his verbis.

Omnes qui partes habitas mundique genarcha
Absumis qui cuncta idem, qui rursus adauges.

Virgilius cum *Jano* & *Saturno* eum eundem facit, cùm hisce versibus ludit:

Vitisator curvam servans sub imagine falcem,
Saturnusque senex, Janique bifrontis imago.

Tibullus quoque *Osiridem* cum *Baccho* seu *Dionysio*, eundem esse sequenti carmine manifestum facit. *Sect.* I.

Janus & Saturnus *sunt iidem si per eos* Noë *intelligatur, sin æquivocè, diversi.*

Te canit atque suum pubes miratur Osirim,
Barbara Memphitem *plangere docta bovem.*
Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adjungere vitem,
Hic viridem durâ cædere falce comam.
Illi jucundos primùm matura sapores
Expressa incultis una dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Movit & ad certos nescia membra modos.
Bacchus, *& agricolæ magno confecta dolore*
Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.
Non tibi sunt tristes curæ, non luctus Osiri,
Sed chorus, & cantus, sed levis aptus amor.
Sed varii flores, & frons redimita corymbis,
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes. &c.

Idem igitur *Dionysius* est & *Osiris*, hinc enim & *Chenosyris* ab hedera dicta est, hoc est *Osiridis* planta. *Herculem* porrò & *Bacchum* elegantissimè consociat in quodam epigrammate Antipater, hoc tristicho.

Ambo Thebani, *gnati* Jovis, *ambo strategi,*
Hic clavâ gaudens, Thyrsiger alter ovat.
Ambo triumphantes variis armisque columnisque,
Hic cervi exuvias, ille leonis habet.
Utrique æra crepant; Juno *grave Numen utrique*
E terra ad superos ignis utrumque tulit.

Mercurium verò alioque deos unum constituere *Osiridem* supra diximus, & infra dicemus, patet igitur hanc πολυονομαλίαν in uno *Osiride* repræsentatam, nil aliud significare, nisi unius Solis multi-

Cap. III. multiplicem,& variam virtutem,quam in inferiorem mundum obtinet.

Plerumque enim contingit, ut ſpretis iis, quæ ſenſibus invia ſunt, ea verò quæ grata, utilia & benefica ſunt, omni affectu proſequatur humana conditio.. Permoleſtum cœcæ gentilitati videbatur, intellectu tantummodo perveſtigare ſupramundanum Numen, non etiam viſu uſurpare. Quapropter, cum Sole & Luna nihil pulchrius, utiliuſque in conſpectum ſe daret, Solem ipſum Deum & Lunam conjugem Deam eſſe arbitrati ſunt. *Plinius* cæteroquin fabuloſam de diis perſuaſionem irridens, num tamen præter Solem Deus ſit, ambigere videtur, unde non deſunt, qui ideò ἥλιον forſan ab אל *el hebræo*, quod Deum ſignificat, derivatum velint. Certe *Macrobius* præ cæteris pluribus argumentis evincere contendit, deos omnes ad Solem referri, idque unum eſſe numen, quod ſub varia nominum appellatione gentes venerentur. Sed ut origo hujus πολυθείας penitius intelligatur, de iis paulò altius ordiri viſum fuit.

Primis itaque poſt diluvium ſeculis, cum ſupremum illud & inviſibile Numen archetypon non caperent, cœleſtium verò corporum imperium in omnia vitæ commoda, uti paulò ante diximus, delegatum non ſine religione ſuſpicerent, neque ab eo, quod DEO proprie convenit, diſtinguerent; divinitatem temere & ſolo ſenſu metientes, haud alium DEUM præter illum, qui lucis & tenebrarum, motus & ſilentii, noctium dierumque, nec non annorum viciſſitudines & tempeſtates diſpenſare agnoſcebant. Ea de cauſa *Chaldæi* in primis poſt diluvium temporibus, de vero DEI cultu quem *Noë* ipſos docuerat, uti libro I. hujus operis dictum fuit, hanc ipſam, *Nembrodo* duce cum univerſa *Chami Chuſi*que familia, ſuperſtitioſam philoſophiam amplexabantur; omnium autem, (*Rambam* auctore) maximum *Sect.* I. Numen Solem, μόνον τῦ ἡλιῦ θεὸν, *Phœnices* appellabant ab *Ægyptiis* ſic edocti; planetas, & quæ ſunt cætera ſidera, nutum ejus obſervantes, uti & δωδεκαμόρια Zodiaci *Ægyptii* θεὸς βελαίους, id eſt, *deos conſiliarios* vocabant, planetas verò ῥαβδοφόρους, hoc eſt *ſceptro inſtructos*, quaſi accenſos Solis conſiſtorio aſſidentes cenſebant. Hinc *Ægyptiorum* prima in diis commentandis ſimulacra, quos tamen omnes ad *Oſiridem* & *Iſidem*, id eſt ad Solem & Lunam revocabant; qui & virtutes eorum per varias animantium formas hieroglyphico ſchemate indigitabant. Hoc pacto per accipitrem Solis & Lunæ vim igneam, ſive calido-humidam; per hircum fœcundam: humidam per crocodilum notabant: & ſic de cæteris, ut lector in hieroglyphicis noſtris operibus reperiet. Pari ratione dictis ſymbolis, apud *Chaldæos* parallela erant ſymbola Solis & Lunæ. Quod enim apud *Ægyptios* erat *Oſiris*, apud *Chaldæos* erat *Uræus* ſive *Ignis*, apud *Perſas Mythras*, apud *Babylonios Belus*, *Thamuz* apud *Hebræos*, apud *Phœnices Adonis*. Cùm enim ob cœleſtium corporum inacceſſam intercapedinem, ſacra ipſis ad votum fieri haud ita commodè potuerint: ſymbola hujuſmodi, quæ viderentur imprimis congrua, in eorum honorem conſecrare æquum eſſe judicabant. Neque *Philiſtæorum* Draconem figura ex humana & marina ſimul miſta, niſi *Neptunum*, *Amphitriten*, *Oceanum* aut *Thetyn*, aut hoſce omnes, id eſt mare (communis enim unicuique DEO uterque ſexus erat) veluti magni in naturæ arcanis Numinis ſymbolum notabant. *Ægyptios*, *Hebræos*, *Chaldæos*, *Babylonios*, *Phœnices*, *Græcos* ſecuti, iis omnibus complementum dederunt, dum innumeras deorum genealogias texunt, in innumeras unà ſuperſtitiones, unde ſe extricare nequierunt, lapſi ſunt: quas tamen

Cap. III. omnes ab unius Solis aut Lunæ ſtirpe deduxere; ita quidem ut, *Macrobio* teſte, aliiſque paulò antè allegatis, *Saturnus*, *Jupiter*, *Pluto*, *Apollo*, *Bacchus*, *Mercurius*, *Hercules*, *Æſculapius*, *Neptunus*, *Vulcanus*, *Mars*, *Pan*, *Æolus* nil aliud fuerint, quàm diverſæ unius Solis virtutes & facultates, quemadmodum in appoſita hîc figura apparet. In qua vides Solis orbem in 12 epicyclos, quæ 12 deorum referunt nomina, & unà virtutes uniuſcujuſque; quos tamen *Hermes* hujus Theoſophiæ conditor, nequaquam peculiares deos, ſed ſupramundani & archetypi Numinis ineffabiles virtutes, quas primo in mundum genialem, & ex hoc in ſiderium mundum, id eſt in Solem, Lunam, ſtellas; & tandem ex hoc in hylæum ſive elementarem mundum, per vires unicuique mundo congruas influit, ſignificabat. Sol enim in quantum tempora metiebatur, annorumque moderator erat, *Saturnus* dicebatur. Ut cœleſtium corporum & totius mundi rector, *Jupiter*; ut radiis omnia illuſtrat & penetrat, *Apollo*; *Mercurius* in quantum vi ſua attractiva omnium meteororum cauſa eſt, *Neptunus* eſt, ob dominium in mare & flumina. *Pluto* ob ſubterraneæ œconomiæ adminiſtrationem. *Bacchus*, quia vini & cæterorum liquorum, ſine quibus nil ad maturitatem pervenire poteſt, præſes eſt. In quantum deinde corroborativa vi pollet, *Hercules* appellatur; *Vulcanus* verò ab ignea Solis vi & efficacia nomen habet; quatenus *Mars*, ob ardorem bilioſum, quem in animantibus & hominibus excitat. *Æſculapius* ob ſalutiferam, quam in plantis & herbis excitat Solis virtutem. *Pan* fœcundam Solis vim, qua genetica ſua facultate in omnibus omnia operatur. *Æolus* denique in quantum magna vaporum exhalationumque attractâ copia ventos & tempeſtates cauſat, denominatur. Porrò quemadmodum Solem unum ſubſtantiâ, virtute multiplicem, ac tanquam rerum omnium principium activum dicebant; ita Lunam, eandem quidem re, vi tamen oppidò variam, tanquam Solis conjugem, & rerum omnium principium paſſivum innuebant; conjugem inquam Solis, in quam veluti matricem, omnium generabilium rerum ſemina diffundit; ex quo congreſſu totius elementaris mundi, infinita prope rerum varietas, quam ſatis mirari non poſſumus, enaſcitur. Ut proinde veteres, quicquid dearum nomine gaudet, ad Lunam matrem omnium revocaverint. Primò ſiquidem *Rhea* dicitur, eo quod Solis influxui ad generationes rerum perficiendas, ſubſtet. *Ceres* dicitur, in quantum frugibus præeſt. *Lucina* dicitur, eo quod diſcuſſis tenebris benigno lumine inferiora illuſtret. *Venus*, ſeu Ἀφροδίτη, eo quod ex nativa ſuæ fœcunditatis proprietate omnia ad generationis appetitum excitet. *Juno* ſeu Ἥρα ab aëris illuminatione, cui præeſt, ideò denominatur; à plantis & ſeminibus terræ, quas proſerpere facit, *Proſerpina* dicitur. *Flora*, *Diana* ab humectativa vi Lunæ, qua in ſylvas & fruticoſa loca, & floridos hortos, mirifice influit. *Minerva* verò a calore lunari, qui ingeniis multum prodeſt, nomen meruit. *Hecate* infera & ſubterranea Luna, à centenis rerum generibus quas in ſubterraneis locis producit. *Thetys* à mari & fluminibus, nec non ab humidæ naturæ œconomia, cui præeſt, nomen invenit. *Bellona* à fervore, quem multiplicata bile in corporibus producit; quorum quidem omnium ſynopſin, in ſequenti figura contemplare: atque adeò omnium hujuſmodi deorum dearumque multitudinem, non niſi ex confuſione linguarum natam eſſe cognoſcas, dum aliter hoſce deos deaſque *Chaldæi*, *Babylonii*, *Ægyptii*; aliter *Græci* & *Latini* appellaverint. Et *Ægyptii* quidem primi fuerunt qui ad *Oſiridem* & *Iſidem* omnem monſtruo-

Sect. I.

Cap. III. Συωνυμολογία parallela Deorum Dearumque. Sect. I.

Quod inter *Deos Ægyptiis* est	*Babyloniis, Chaldæis & Hebræis* est	*Græcis* est	*Latinis* est
Osiris	תמוז בעל *Thamuz Bel. Remphan*	Χρόνος, Ζεύς	*Saturnus*, vel *Jupiter.*
Arveris	כמוש *Chamos.* מות *Moth.*	Βάκχος, διόνυσος	*Bacchus* πολυώνυμος.
Chon	*Sandes Diodas.*	Ἡρακλῆς	*Hercules* πολυώνυμος.
Βαλλοσιεις	בעל פעור *Beelphegor.*	Σάτυρος	*Priapus.*
Anubis	מבקולים	Ἑρμῆς	*Mercurius.*
Horus	ארונים *Adonis.*	Φοῖβος	*Apollo.*
Serapis	מלך *Moloch.*	Ἡφεσίων Δῖς	*Vulcanus, Pluto.*
Canopus, Nilus	דגון *Dagon.*	Ποσειδῶν	*Neptunus.*
Typhon	רפא מידראס *Midras.*	Ἄρης	*Mars.*
Isiacæ ſtatuæ geniorum	תרפים *Theraphim* חמנים *Chamanim.*	Ἀπόλεπαῖοι	Averrunci lares, & ſimilia.

Synonyma Dearum.

Quod verò inter Deas *Ægyptiorum* est	Id est *Hebræis & Orientalibus*	Id *Græcis* est	Id est *Latinis*
Isis ſuperna.	עשתרות *Aſtaroth, Aſtarte.*	Ἀφροδίτη	*Venus.*
Nephthe.	דרכיתיס *Derceto.*	Τέθυς	*Tethys.*
Isis inferna.	דגון אתרנאתי *Dagon Atargata.*	Ῥοῖα.	*Proſerpina.*
Illythia.	מלידת לילא *Militta, Lila.*	Ἑκάτη τείμορφος	*Hecate* triceps.
Isis cœleſtis.	בעלשמיא *Beelſama, domina cœli.*	Ἀναῆτις	*Luna* ſupramundana.
Isis multimammia.	סוכות בנות *Succoth Benoth*, قبر *Kabar.*	Μήτηρ τῶν Θεῶν, *Mater Deorum.*	*Cybele.*

Atque hæc de multitudine deorum dearumque qui ex confuſione linguarum prodierunt, dicta ſufficiant; jam ad alia noſtri argumenti propria.

Sequitur modò Speculum Geneatheologicum, quo quæcunque huc uſque dicta ſunt, exhibentur.

SPECULUM GENEATHEOLOGICUM
Sive
THEOTECHNIA HERMETICA
Quam
Hebræi à Chaldæis, Græci ab Ægyptiis primò,
Latini à Græcis acceperunt,
Et qua Deorum Dearumque gentilium omnium nomina ad unitatem, quà Solis, quà Lunæ, revocata exhibentur.



Cap. III. ſtruoſorum deaſtrorum, deaſtrarumque fanaticam turbam revocarunt; ut in *Obeliſco Pamphilio* & *Oedipo* quam diffuſiſſime demonſtravimus, quem conſulat lector; quos *Chaldæi*, *Syri*, *Hebræi*, *Græci* & *Latini* ſecuti, quæque natio propriis nominibus, ſingulis nominibus impoſitis, univerſum mundum in inextricabilem impietatis idololatricæ confuſionem deduxerunt. Tabula Synonymologiæ deorum præceſſit pag. 143. *Sect.* I.

CAPUT IV.

De primæva nominum impoſitione.

Cap. IV. DUæ de vera, ſive recta nominum ratione ſententiæ ab auctoribus, præſertim à *Platone* in *Cratylo* proponuntur nobis. Prima eſt, omnibus hominibus naturâ ingenitam eſſe, inſitamque nominum rationem, id eſt, talia revera eſſe nomina, qualis fuerit ipſarum rerum natura, non verò ex hominum conſtitutione.

Nominum impoſitio primæva.

Secunda, ex hominum pactis atque conventis nomina imponi, nec alia eſſe, quàm quæ fuerint hominum arbitrio atque voluntate conſtituta. Primigenia autem nomina quædam exſtare, quæ à priſcis illis auctoribus inſtituta, & potentiâ quidem majore humanâ cæterorum vocabulorum fundamenta ſint. Inde tamen vocabulorum tantam perturbationem extitiſſe, ut longis annorum ſpatiis obfuſcata, vix ac ne vix quidem agnoſcantur primorum illorum vocabulorum veſtigia, quæ in barbaris quibuſdam linguis melius, quàm in *Græca* perſpiciantur. Quænam autem illæ barbaræ linguæ ſint, ſuo loco dicetur.

Porrò in conciliandis duabus iſtis ſententiis, duo ſubſternemus axiomata ex *Platonis* doctrina deſumpta, certam nimirum eſſe ac definitam rerum naturam, ita ut verè res ſubſiſtant, licet variè commutari videantur, & orationem homini tributam eſſe intellectus & rationis comitem ſive miniſtram, ac proinde earum rerum omnium, quæ à ſenſibus perceptæ ad intellectum deferuntur, verba eſſe imagines atque ſimulachra. Hinc naturæ & inſtituti diſcrimen perſpici poteſt, alia ſiquidem verba naturæ decreto, alia hominum inſtitutis atque legibus dicuntur conſtare, quod tamen à lectore prudenter intelligi velim, rebus enim ita ut ſunt conſtitutis, in hac linguarum perturbatione, ſcio non rectè dici, verba φύσῃ imponi, alioquin eadem omnibus hominibus eſſent verba, idemque ac communis ſermo. Dico tamen, primo illo rerum creatarum initio plane fuiſſe conſentaneum rationi, atque neceſſarium, ut verba certo quodam naturæ decreto imponerentur, ſicuti enim νοήματα rerum extra mentem poſitarum, ſunt rerum ipſarum minimè fallaces imagines, atque aſſimilationes, ita quoque & voces, & ſcripturæ debent eſſe νοημάτων illorum in mente noſtra hærentium effigies, & ſimulachra, ſiquidem rerum ipſarum veræ ſunt atque naturales apprehenſiones, quibus res ipſæ ut ſunt, cognoſcuntur, eadem ratione conſentaneum eſt formas eaſdem in omnium hominum ſenſibus imprimi atque adumbrari, ita ut phantaſiæ miniſterio rerum illarum ſenſibilium imagines, veluti in cera, in animo impreſſæ relinquantur, ut pulchrè *Plato* in *Theateto* & *Sophiſta* deducit. Conceptâ igitur atque mentis vi, atque efficaciâ rerum cognitio rectè & verè,

Cap. IV. non fucatè & imaginariè efformata, in omnibus hominibus omninò eadem eſt, atque adeò naturalis, quemadmodum res quoque ipſæ, quarum verba ſunt ſimulachra, locis & temporibus ſpeciem ſuam minimè mutant, cùm ignis & apud nos, & apud omnes homines peræque urat, ita & de reliquis ſenſibus conſtituendum eſt. Ut ergò illa dicantur eſſe φύσ{, quæ ſemper ſui ſimilia, nec ex hominum qualibet opinione alia & alia ſunt, ſed eandem vim & proprietatem retinent, ita omninò videtur fuiſſe neceſſarium, ut primigenia quædam vocabula primordio rerum creatarum ita fuerint inſtituta, ut rerum ipſarum naturam verè exprimerent, atque repræſentarent. Cum præterea DEUS naturæ architectus atque princeps naturam voluerit eſſe rerum creatarum firmamentum, ac ſtabile quoddam ſeu ſempiternum principium, non incongruè *Plato* DEO veram cauſam aſſignavit, quippe qui uti & res condidit, & virtute ſuâ conſervat, ita & vocabulorum, quibus illarum natura inſigniretur, aptè inſtituendorum rationem hominibus tribuerit. Cùm enim νοήματα rerum cognitarum, *Platone* teſte, ſint εἰκόνες atque ἐκτυπώματα, efficitur omnes homines iiſdem notitiarum ideis, id eſt, certa & vera cauſarum in animo conformatione atque cognitione, non temerariâ, & incertâ indicatione fuiſſe imbutos (ita enim hoc loco ideæ vocabulum intelligimus) cum natura in omnibus hominibus vim, atque efficaciam inſerat ad res percipiendas, atque intelligendas, eademque ſit νοημάτων illorum effectrix, rerum autem per intellectum perceptarum ſymbola & teſſeræ ſunt verba naturæ vi conſtituta, ex quibus oratio poſtmodum componitur. Jam verò ἀρχηγὸν primigeniamque illam nominum conſtitutionem, certè certè ex nullo, niſi ex primo homine originem ſuam habuiſſe credimus, quem quidem, certiſſimum eſt, habuiſſe efficaciſſimam vim ſenſuum omnium, ipſiuſque maximè rationis liberrimum atque expeditiſſimum uſum, id eſt, verè fuiſſe philoſophum, ut in præcedenti ſcrutinio oſtendimus. *Sect.* I.

Naturalis nominum impoſitio, quomodo intelligenda.

Primum igitur hominem, id eſt, *Adamum* divinâ quâdam facultate, atque virtute ingenii prædítum, primum fuiſſe ὀνομαθέτην, minimè dubium, atque adeò de fide eſſe paulò poſt videbitur. Quod cùm ignoraverit *Plato* (aut certè ſi quid ex libris *Moyſis* reſciſcere potuit, nec purè ſatis cognovit, nec ſatis liberè protulit) ex ipſo videlicet *Moyſe* verarum originum ſeu antiquitatum auctore, illud ſolidè & germanè percipiendum eſt. Ille enim teſtatur *Adamum* primum hominem omnibus animalibus vera & propria nomina impoſuiſſe, eamque facultatem à DEO accepiſſe. Verba ejus cito ex Geneſ. cap. II. verſ. 19. *Et formavit Dominus* DEUS *ex terra omne animal agri, & omne volatile cœli, & adduxit ea ad* Adam, *ut videret, quid vocaret ea, & omne quod vocavit* Adam *animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus, appellavitque* Adam *nominibus ſuis omnia animantia, & volatilia cœli, & omnem beſtiam agri.*

Effecit igitur DEUS, ut omnium animalium naturæ quaſi præſentes oculis *Adami* obverſarentur, ut illi eſſent perſpectæ & cognitæ, aut certè miraculoſa quâdam ratione omnes animantes illius oculis revera ſubjecit, ita ut expedito ſenſuum miniſterio rerum naturas perſpiceret. Ex qua ſolida atque explorata cognitione, opportuna extitit in *Adamo* ὀνομαθεσίας facultas, ſic enim intelligo illa verba: *Et quodcunque nomen indidit illi* Adam, *illi*, inquam, *animæ viventi,*

Cap. IV. venti, *fuit nomen ejus*, id est, fuerunt illis vera, & germana nomina, & rerum naturis propriè accommodata, non secundum extrinsecam denominationem, sed essentialem quandam rationem, ita ut proprietates singulorum animalium singulis nominibus perfectè responderent, atque adeò ex ipsis nominibus solis in intrinsecam cujusque rei naturam facilè pervenire quispiam posset, quibus consentit R. *Abram Balmis* his verbis, quæ ex hebraïco in latinam linguam à me translata sic sonant. *Est autem differentia magna inter linguam sanctam, & alias linguas, cùm enim* DEUS *benedictus sit auctor linguæ sanctæ, necessariò nominum impositio debet ipsis rerum naturis respondere, quia secundum eorum naturas conveniebat eas appellare*. Quæ confirmantur à R. *Abenezra, Ralbag, Rambam, Becchai, Rabboth*, aliisque in *Genesin* commentatoribus, quos hoc loco consule.

R. Abraham Balmis.

Meminit quoque hujus impositionis nominum in principio *Alfurcani* sui *Mahumed* impostor, ubi dicitur DEUM dictasse *Adæ* nomina rebus aptè imponenda, his verbis: *Creatisque animantibus omnibus, venire fecit illa* DEUS *ad* Adam *benedictæ memoriæ, & docuit ipsum oretenus nomina uniuscujusque, & vocavit* Adam *omnia nominibus respondentibus proprietatibus eorum.*

Adam primus nomina animantibus imposuit.

Moses Barcepha Syrus in libro de Paradiso, dicit Adamum *editiore Paradisi loco insidentem, augustaque authoritate & majestate, ac tali vultus splendore, qualem emicuisse ex facie* Mosis *scriptura testatur, voce, quæ sensu excipi posset, pronunciata, singulis animantium generibus nomina indidisse, unumquodque nominatim appellando, illa verò submissis capitibus prona, nec præ nimio decore, quo ille resplendebat, intueri ipsum audentia singulatim præteribant, & suis ab illo appellabantur ex ordine nominibus*: v. g. *cùm taurum ille nomine appellaret, continuò is audito nomine suo transibat coram ipso, capite submisso, similiter nominatim citatus equus, præteribat dejectâ cervice, neque* Adami *aspectum sustinens, idemque cæteris contigit.* Quæ non ita intelligenda sunt, ut nomina, quæ animalibus imposuit *Adamus*, ea tum primùm à DEO ipsum accepisse putetur, sic enim non *Adamus*, sed DEUS ipse imposuisse eis nomina diceretur, sed *Adamum* accepisse linguam à DEO, quantum ad alia omnia perfectam, præter eam partem, quæ animalium nomina continet, quam scilicet integram reliquit DEUS solertiæ & sapientiæ *Adami*, videlicet, ut ipse per scientiam, quam habebat, animalium, & per notitiam plurimarum vocum, quam acceperat, nomina conderet, atque imponeret animalibus, singulorum naturis ritè congruentia, nec ea quidem uno modo formata, sed diversis è causis petita, vel ex propria differentia specifica, vel ex naturali proprietate, vel ex motu, vel ex figura, vel ex peculiari aliqua operatione, vel ex aliquo singulari ac proprio accidente. Atque hæc prima fuit nominum ὀρθότης à DEO naturæ auctore instituta, ministerio *Adami*. Licet autem & uni rei plura vocabula imponerentur, & contra, unum vocabulum rebus multis significandis aptaretur, id tamen eatenus factum est, ut rei naturæ ratio postulabat.

Sect. I.

Atque etiam nomina ex variarum χέσεων circumstantiis ita sunt imposita, ut convenirent ipsarum naturę. Naturæ enim appellatione non tantùm rei substantia significatur, sed accidentium etiam ὕπαρξις, quæ suo quidem modo dicitur πεφυκέναι quatenus videlicet accidentia rem σημαίνουσι), id est, notant, atque designant. Prima igitur nomina ab *Adamo* rectè fuerunt hunc in modum constituta, & veram rei naturam repræsentarunt, ut minime dubium esse debeat, nomina

Cap. IV. illa veras fuisse rerum definitiones, ac proinde hucusque dici posse, nomina φύσει fuisse imposita, videlicet à sapientissimo πρωτοπλάστη. Nam ut sapienter *Plato in Cratylo*.

Nominum igitur impositio haudquaquam levis & exigua res esse videtur, neque hominum vulgarium humiliumque opus, ac proinde verum dicit *Cratylus* dicens, Natura rebus nomina existere, nec quemlibet hominem nominum esse artificem, sed illum demum, qui ad aliud nomen respicit, quod rerum naturæ exprimendæ, atque repræsentandæ peculiariter quadrat, & qui illius nominis literis, & syllabis imponere atque accommodare potest. Porrò cum orationis ministerio humanæ societatis ratio atque commercium constet, certe humanarum conceptionum diplomata, & symbola quædam sunt, quibus hominum commercium conservetur. Itaque utentium consuetudo atque institutum maximi momenti est, in societate generis humani, hincque duæ existunt nominis definitiones apud *Platonem* scilicet. Nomen est instrumentum rebus docendis aptum, atque accommodatum, & rerum naturæ distinctæ repræsentandæ, & imitatio, quæ vocis fit ministerio, illius rei, quam quis imitandam instituit, voce imitatur. Sunt autem hoc loco considerandæ duplicia nomina, quædam prima, quædam secunda ex primis nata (quibus tamen omnibus commune est, ut rei naturam suo modo exprimant) in quorum quidem etymo exquirendo deliramus, si primorum illorum nominum fontes ignoremus, quos tamen adire, vera est nominum ὀρθότης. Prima quidem illa nomina à potentia, ut cum *Platone* loquar, quadam, quàm sit humana, majore impositæ, temporis longo usu obsoleta, in barbaris linguis, hoc est, *Hebraïca*, *Chaldaïca*, *Ægyptiaca*, ut *Plato* vult, conservantur, quarum ignorationem, cùm vel ipse *Plato*, veram quoque nominum rationem se ignorare fateatur, ad illas tamen recurrendum esse ait, cum vocabulorum origines ignorantur. Hujus igitur consilio ducti, jam tandem videamus, quænam fuerit illa primigenia lingua, quæ matrix, ex quâ cæteræ omnes originem traxerunt. *Sect.* I.

CAPUT V.

Quænam & qualis fuerit prima omnium linguarum.

Cap. V. *Prima linguarum quænam sit.*

LInguam *Hebræam* ipsi orbi condito coævam, à DEO *Optimo Maximo* institutam primoque traditam parenti, nemo est, cui non satis compertum sit. Verùm cùm non desint, qui id impugnare audeant, nostram hanc sententiam variis rationibus stabiliendam duxi.

Prima ratio.

Harum *prima* desumitur ab antiquitate & sanctitate, siquidem eam unà cum natura universi auctor indidit, nec ab impietate ortum cum aliis habuit communem; hac enim *Adam* omnium creaturarum naturas expressit, & omnibus eis nomina vocavit; in hac DEUS ipse sæpius per se, vel per interlocutorem cum suis amicis colloquium instituit; hanc patriarcharum, & prophetarum, ut verbis *Augustini* loquar, non solùm in sermonibus suis, verùm etiam in sacris scripturis custodivit auctoritas. Porrò cum *Chaldæis* omnibus superstitionum peste contaminatis, in una *Thare* domo, de qua natus est *Abraham*, veri DEI cultum Dominus servârit, in ea etiam simul cum sui observantia linguam hanc sanctam tueri voluit. Hæc est, ad quam verus & genuinus

Lingua Hebræa in domo Thare conservata fuit.

Cap. V. nuinus ſacræ ſcripturæ textus veluti ad Lydium lapidem comprobaretur, omnium aliarum matrix, quæ omnia comprobantur ab auctoribus probis & ſenſatis, ita quoque ſentiunt SS. PP. *Irenæus*, *Tertullianus*, *Origenes*, *Cyprianus*, *Euſebius*, *Athanaſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, cæterique horum aſtipulatores. Ita poſt Rabbi *Judam*, omnes Rabbini, *Eliezer*, *Raſſi*, *Ralbag*, *Radak*, *Reccanati*, *Abarbanel*, *Ramban*, *Akiba*, innumerique alii, quos libenter hoc loco allegarem, niſi veritatem, vel ipſis ſacræ hujus linguæ tyronibus jam innotuiſſe cognoſcerem.

Secunda Ratio.

Altera ratio ad rei hujus veritatem comprobandam, eſt ipſa ſimplicitas linguæ, ſiquidem omnes vocum hujus linguæ radices triliteræ ſunt, quod in nulla alia lingua accidit.

Quemadmodum igitur compoſita & mixta poſteriora ſunt, communi philoſophorum conſenſu, ipſis ex quibus ſunt, & conſtant, videlicet ſimplicibus elementis, ita cùm cæteræ omnium linguarum voces ſint compoſitæ, ſolius autem linguæ *Hebrææ* voces ſint ſimplices, ut paulò poſt videbimus, certum eſt, primam omnium aliarum linguarum ipſam eſſe *Hebræam*. Verùm ex nullo clariori ſigno hæc veritas luculentiùs quoque patet, quàm vel ex ipſa primæva nominum inſtitutione à protoplaſto facta, quæ non *Græca*, *Ægyptiaca*, *Chaldaïca*, aut *Syriaca*, ſed purè *Hebræa* eſſe, non alio, niſi illius linguæ peritorum indigemus teſtimonio. Nam ut rectè *Abenezra* in VI. Geneſis: *Senſus labii unius eſt, lingua una, quæ eſt* Hebræa, *ideò ipſa linguarum omnium prima, ut teſtantur nomina*, Adam, Eva, Kain, Cham, Seth, Phaleg, *aliaque quotquot in ſacro textu leguntur.*

Tertia ratio.

Tertia ratio ſumitur ab arcana, & plena innumeris myſteriis inſtitutione hujus linguæ, in qua quot literæ & apices, tot myſteria, quot ſyllabæ & voces, tot ſacramenta eſſe etiam ipſi SS. PP. teſtantur, ut non ſine cauſa *Hebræi* dicant: *In lege*, Hebræo *videlicet ſermone conſcripta, non eſſe vel unam literam, ex qua non magni montes dependeant.* Quæ vel ipſe *Chryſoſtomus* ſuo veluti calculo approbare videtur his verbis. *Quemadmodum longè gratius eſt pomum, quod tuis manibus ex ipſa arbore decerpſeris, vinum jucundius, quod ex eo deprompſeris dolio, in quo primum conditum fuit; ita divinæ literæ neſcio quid habent nativæ fragrantiæ, neſcio quid ſpirant ſuum & genuinum, ſi eo ſermone legantur, quo ſcripſerunt ii, qui partim ex ſacro hauſerunt ore, partim ejuſdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt. Linguæ autem, quibus divina eloquia* DEUS *nobis concredidit, tres ſunt*, Hebræa, Chaldaïca, & Græca. Sed præ cæteris contrariæ ſententiæ favere reperio celeberrimum *Georgium Amiram* Patriarcham Antiochenum, & Primatem montis *Libani* digniſſimum, qui ſive patriæ linguæ patrocinio, ſive aliquo alio incitamento impulſus, neſcio, certè in *Grammatica* ſua *Syriaca* ſive *Chaldaïca*, nihil intentatum relinquit, quo lingtuam ſuam *Syriacam* linguarum omnium principem conſtituat, cujus tamen omnia argumenta eò collimant, ut oſtendat, linguam *Syriacam*, quam ille omninò cum *Chaldaïca* confundit, ideo eſſe primam omnium aliarum, quia à primis hominibus, hoc eſt, *Chaldæis* proceſſit. Verùm ex ejus argumentis ſequitur *Chaldaïcam* linguam ferè fuiſſe *Hebræam*, quod ita oſtendo. *Noë*, & filiis ejus *Sem*, *Cham* & *Japheth* primi poſt diluvium humani generis duces fuerunt *Chaldæi*, illam enim regionem incoluerunt, quæ jam *Armeniam*, *Syriam*, *Aſſyriam*, & partem *Arabiæ* comprehendit, olim ſub *Chaldææ* nomine comprehenſam, ut præter *Ariam Montanum*, *Adrichomium*, *Beroaldum*, plerique alii aſſentiuntur ſacrarum literarum commentatores, ſed hi recenſiti duces non uteban-

Chaldaïca *prima linguarum à nonnullis traditur, ſed perperam.*

Cap. V. utebantur aliâ linguâ, niſi illâ, quam à primis mundi patriarchis, *Adamo*, *Seth*, *Henoch* hauſerant, at illa alia non fuit, quam *Hebræa*, ergo *Chaldæi* iſti uſi ſunt linguâ *Hebræâ*, id eſt, illâ linguâ, quæ poſt confuſionem cæterarum linguarum ſingulari DEI providentiâ ſola permanſit in domo *Heber*, à quo & nomen invenit. Sive igitur illa lingua primogenia vocetur *Chaldaïca* à natione, ſive *Hebræa* à tranſitu *Abrahæ*, aut ab *Hebero*, ut dixi, ſive à *Syria Syriaca*, ſive à *Meſopotamia Meſopotamica*, certè una & eadem lingua fuit à principio ante confuſionem linguarum, diverſis ſolummodo nominibus, à diverſis populis, qui eâ utebantur, deſumptis differens.

Atque ita intelligenda ſunt verba textus Arabici, quæ in favorem ſuum citat ex Maronitico ſacræ ſcripturę codice deprompta, id eſt; *Et ab his diviſi ſunt omnes populi ſuper terram poſt diluvium, & diviſæ ſunt linguæ, & varietas linguæ eorum* Syriaca. Præterquam enim quod non omni tranſlatori, niſi approbato, fides habenda ſit, certè ipſa verba intelligenda eſſe, ut dixi, ſumendo ſcilicet *Syriam* pro *Aſſyria*, quæ cum *Chaldæa* paſſim confunditur, ſicut continens cum contento, luculenter patet. Quod verò *Ephrem* vocet linguam *Syriacam* primam linguarum, & fontem idiomatum, hoc ideo cenſendus eſt feciſſe, quòd patria ipſi eſſet, & *Hebrææ* maximè vicina, propinquaque. Verùm ut hæ duæ ſententiæ tandem concilientur

Conciliantur duæ ſententiæ de primatu linguarum.

Suppono *primò* linguam duplicem eſſe ſacris literis à principio uſurpatam. Unam originalem, quam & doctrinalem appellare licet, quod in ea primæva ſcientiarum tam ſacrarum, quam profanarum inſtitutio facta ſit, atque talem fuiſſe *Hebræam* aſſero, ut poſtea pluribus probabimus. Alteram idiomaticam, ſive uſualem, utpote toti alicui nationi communem, atque hanc ajo fuiſſe à principio *Chaldaïcam*, vel *Aſſyriacam*, *Hebrææ* vicinam. *Sect.* I.

Suppono *ſecundò*, omnes idiomaticas ab originali, ſeu doctrinali aliqua deſcendentes, eâ quoque poſteriores eſſe, ut patet ex linguis *Chaldaïca*, *Syriaca*, *Arabica*, *Æthiopica*, quæ cùm omnes filiæ ſint *Hebrææ* primogenitæ, tantò majorem quoque corruptionem unaquæque paſſa eſt, quantò ab origine ſua plus receſſerit, quemadmodum & in *Græcæ* linguæ dialectis, & in filiabus *Latinæ* linguæ, *Italica*, *Gallica*, *Hiſpanica*, *Luſitanica* videre eſt. His igitur ſuppoſitis, dico *Hebræam* linguam, quam Doctores ſanctam vocant, primam omnium linguarum fuiſſe, eandemque quam DEUS protoplaſtis primùm infuderat, quæ etſi ab impia ſtirpe *Caïn* aliquam corruptionem paſſa fuerit, ſemper tamen ceu ſacrum & divinum munus in domo *Adæ*, verorumque ejus filiorum ſecundùm traductionem ſucceſſivam permanſit incorruptè, ita ut hæc ab *Adamo* ad *Sethum*, ab hoc ad *Henoch*, ab *Henoch* ad *Noëmum*, & ab hoc per *Arphaxad* ad *Heberum* (à quo nomen invenit) & *Abrahamum*, ab his ad 12 patriarchas & *Moſen*, & deinde ad alios Reges *Iſraël* ſucceſſive fuerit propagata. Si igitur *Chaldaïcam*, ſive *Aſſyriacam* linguam adverſarii ita accipiant, ut eandem velint eſſe cum *Hebræa*, eò quod primi habitatores *Chaldææ* aliâ, ut dictum eſt, linguâ non ſint uſi, quàm *Hebræâ*, primævâ illâ & originali, bene dicunt. Si verò *Chaldaïcam* diverſam eſſe velint ab *Hebræa*, eandemque cum idiomatica poſt linguarum confuſionem in *Chaldæa* currentem, dico eandem ita acceptam minimè primam linguarum dici debere, cùm ex corruptione linguæ *Hebrææ* promanârit, & ab origine ſua jam defecerit, variaque populorum commixtione ac commercio tantò ſemper majorem corruptelam paſſa ſit, quantò à fonte rivus exiſtit remotior. Dico tamen

Propagatio linguæ Hebrææ ad poſteros.

Cap. V.

Lingua Chaldæa secundum in primatu linguarum locum habet.

tamen, linguam *Chaldaïcam* secundum post *Hebræam* inter linguas vetuſtatis locum obtinere. Qui hæc penitiùs introſpexerit, facilè famoſam hanc *Hebrææ* & *Chaldaïcæ* linguarum de primatu contendentium litem exortam dirimet. *Syriacam* autem nequaquam eandem cum *Chaldaïca* eſſe, ſed in literis, & phraſi diſtinctam, poſteris temporibus ortam, non aliâ auctoritate opus eſt, quàm illa *Eliæ Levitæ Aſcenazi*, utriuſque magiſtri peritiſſimi, quam in præfatione in ſuum *Meturgeman* ſive *Lexicon Chaldaïcum* hiſce verbis aſtruit.

R. Elias *in* Thisbe.

Dixit Rabbi *Samuel* filius *Nahhmani*: *Ne ſit vilis in oculis tuis* Chaldaïca *lingua, ſiquidem invenimus in lege, in prophetis, & hagiographis, quòd* DEUS *benedictus, cui ſit gloria, in lege teſtimonium præbet in prophetis, ſicut viſum fuit eis in hagiographis, & locuti ſunt Regi linguâ* Chaldaïcâ, *& hoc ideò, eò quòd hæc vicina ſit linguæ ſanctæ præ omnibus aliis linguis*: atque ita ſcribit *Eliezer*: *Lingua* Chaldaïca *ipſa eſt lingua ſancta corrupta*: *fama quoque eſt, quod olim antequàm corrumperetur, loquebantur in* Syria *vel* Chaldæa *linguâ ſanctâ ſimpliciter*. Ita R. *Elias* citato loco. Quando verò illa corrupta fuerit, difficilis quæſtio eſt apud auctores, varii varia allegant tempora, ego cum paulo ante citato auctore, uti linguæ utriuſque, ita temporum & hiſtoriarum peritiſſimo, ſentio, qui in citato loco ita differit. *Quæri igitur poſſet, quando lingua* Hebraïca, *& an temporibus patrum hæc lingua fuerit uſitata, & rationem dubitandi ſuppeditant hæ voces. Ideò videtur mihi conveniens dicere, quòd adulterata ſit, poſtquam egreſſus eſt* Abraham *inde, quoniam abſque dubio patres noſtri primi locuti fuére, quemadmodum eam acceperunt ab* Adam *uſque ad* Noë *oretenus, & primum ejus fundamentum fuit* Sem *filius* Noë, *cum is eſſet trans flumen, quemadmodum explicatur à* Ramban, *& cùm eſſent ibi is, & filii ejus, egreſſus eſt* Abraham *inde, erant enim omnes idololatræ, tunc corrupta eſt lingua, & vocata fuit lingua* Aramæa, *juxta nomen* Aram, *qui fuit filius ultimus* Sem, *juxta quod dicitur, filii* Sem, Elam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram, & *longiùs is cæteris prolongavit dies vitæ ſuæ, ideò vocata fuit lingua à nomine ſuo* Aramæa. *Et ingrediente* Abraham *in terram* Canaan, *ſequebatur is, & omnes filii ejus ſermonem* Cananæum, *quæ fuit lingua ſancta ſimpliciter, & etiam cùm noſtri patres morarentur in* Ægypto, *non reliquerunt eam, ſicuti dicunt Rabbini noſtri. Tria non mutarunt* Iſraëlitæ *in* Ægypto, *nomina ſua, veſtimenta ſua, & linguam ſuam.* Patet igitur linguam *Hebræam* omnium linguarum ſine controverſia antiquiſſimam, imò primam; *Syriacam* autem & *Chaldaïcam* ſive *Babylonicam* ejuſdem filias eſſe, omnemque inter auctores controverſiam de primatu linguarum motam, ſolummodo ex æquivocatione quadam nominum ortam eſſe, ut proinde facilè omnium objectiones ſoluturus ſit, qui noſtras rationes hoc loco allatas probè intellexerit. Sect. I.

Indagatâ igitur primâ mundi linguâ, nil jam aliud reſtat, niſi ut ejusdem formam characterum, ſcribendique rationem pari paſſu diſcutiamus.

CA-

CAPUT VI.

De linguæ Samaritanæ *charactere, utrum verè* Assyrius *aut* Hebræus *sit.*

DEmonstrato in præcedentibus, & in *Obeliſco Pamphilio*, variisque argumentis ſtabilito *Hebraïcæ & Ægyptiacæ* linguæ primatu, oſtenſis quoque primævorum ſcriptorum monumentis, nihil porrò ſupereſt, niſi ut, quiſnam primævæ iſtius linguæ vulgaris character fuerit, demonſtremus. Magnum fateor, & ab aliis, quod ſciam, excepto *Morino* & nonnullis Rabbinis, non tentatum aggredior argumentum; audeo tamen, divini Numinis ſubſidio tutus. Etſi non dubitem multos *Ariſtarchos* futuros, qui hoſce meos labores ſeverioribus obelis ſint notaturi; dum illos interrogantes jam multò antè audire videor, & quomodo tu nôſti hujuſmodi literas antiquas fuiſſe? quis te reddidit certiorem, ejuſmodi literas, quas producis, non eſſe maleferiatorum hominum atque impoſtorum commentum? Atque hujuſmodi non pauca proferre audio, quibus, dum omnia in dubium revocant, auctorumque rationes audire detrectant, omnia improbant, cunctaque eorum qui antiquitatis monumenta perſcrutantur, ſtudia reprehendunt, deſpiciunt, irrident, non aliâ ratione obviandum cenſeo, (ut jam pridem alius ſimilibus reſpondebat apud *Villalpandum*) quàm ſi eadem ipſos, quâ me vellicant *Ariſtarchi*, reprehenſione dignos oſtendero, quod credant *Scythas*, & *Garamantas* unquam extitiſſe, & fidem habeant referentibus, quod ipſi non viderunt, *Conſtantinopolim*, *Calecutum*, *Japoniam*, & reliquas celebriores urbes eſſe, nec minus eſſe deceptos, ſi vera eſſe exiſtiment, quæ *Hebræorum* grammatici tradunt, nimirùm literam א ſic ſcribendam, ſic autem ב, &c. At ſicuti ſtultum omninò eſſet, atque ab omni rationis judicio alienum, hujuſmodi rebus fidem non adhibere, quæ ab omnibus ſine controverſia recepta ſunt, uſuque ac communi hominum conſenſu invaluerunt; ſic etiam temerarium foret, rebus in medium circa præſentem controverſiam adducendis, nullis authoritatibus comprobandis, fidem denegare. Rationes itaque ac momenta expendat rei poſitæ unuſquiſque, priusquam levitatis, aut deceptionis arguat eos, qui attentiùs omnia utriuſque partis argumenta expenderunt, & omnes quotquot invenerunt dubitandi rationes, aliis firmioribus adhibitis diſſolverunt. Hæc autem ideò dixerim, ut nemo arbitretur, demonſtratione mathematicâ omnium proponendorum rationes oſtendere me poſſe, ſed ſatis prudenti, atque in omni diſciplina reconditiorique literatura exercitato viro, me feciſſe exiſtimabo, ſi quæ à probatis ſcriptoribus confirmata ſunt, proponam, aut animi mei conjecturas, veluti quædam allegatorum conſectaria proferam, quibus ductus ſingulas hujus diſputationis partes probaverim. Ut igitur ad propoſitam quæſtionem propiùs accedamus, primò ingentem illam de *charactere Samaritano*, & *Aſſyrio*, ſeu *Hebraïco* & *Babylonico* agitatam controverſiam per partes examinabimus, & tandem utriuſque diſcuſſis ſententiis, quid nos ſentiamus, & quomodo dictæ ſententiæ conciliari poſſint, declarabimus.

Cap. VI.

§ I.

Deciſio litis circa Aſſyriacum *ſeu* Hebræum & Samaritanum *characterem.*

Rabbinorum ſententiæ de charactere Aſſyriaco & Samaritano.

Quatuor reperio Rabbinorum circa propoſitam theſin ſententias. Prima eorum eſt, qui dicunt *Samaritanum* verum illum, & primævum *characterem Hebræum* eſſe. Ita ſentiunt Babylonii Doctores *Zutra* & *Hobka*, tractatu Sanhedrin ſect. 2. fol. 21. & 22. Verba allego.

Initio, inquit, *data eſt lex* Iſraëli *in ſcriptura* Hebræa, *& lingua ſancta: reſtituta eſt lex, & data iis in diebus* Eſdræ *in ſcriptura* Aſſyriaca, *& lingua* Syriaca *ſive* Chaldaïca, *& deinde expurgata ea, elegerunt pro* Iſraële *ſcripturam* Aſſyriacam, *& linguam ſanctam, & reliquerunt idiotis ſcripturam* Hebraïcam, *& linguam* Chaldaïcam. *Qui ſunt iſti Idiotæ? Reſpondet R.* Chaſda, Cuthæi. *Quæ eſt ſcriptura* Hebraïca? *Reſpondet iterum* Chaſda, *ſcriptura eſt* Libonæa. *Hujus ſententiæ quoque fautor eſt R.* Joſe *in* Thalmud Hieroſolymitano ſect. 1. tract. Megilla, *quem inibi conſule. Rabbi* Juda tract. Megilla c. 1. n. 8. *omninò vult, neotericas* Judæorum *literas* Aſſyriacas *eſſe*; Samaritarum *verò* Hebraïcas.

Non eſt inter libros, & Thephilin, & Mezuzoth (id eſt frontalia illa, in frontibus ligari ſolita *Hebræis*, phylacteria dicta in *Euangelio*) *alia differentia, niſi quod libri ſcribantur in omni lingua*; Thephilin *autem &* Mezuzoth *non ſcribantur niſi in lingua* Aſſyriaca. *Rabbi* Simon Ben Gamaliel *dicit quoque in libris non eſſe permiſſum, ut ſcribantur niſi* Græcè. Huic ſententiæ ſubſcribunt *Thalmudici explanatores in Gemara*, quam *Obadias* quoque *Bartenora* inſignis commentator ſuo veluti calculo approbat, cùm dicit.

Sriptura Hebræa, *ſcriptura eſt quæ venit trans flumen*, & Cuthæi *ſive* Samaritani *ſcribunt in ea in hunc diem*, &c. *Scriptura verò, qua nos ſcribimus libros hodie,* Aſſyriaca *vocatur.* Iiſdem propè verbis eadem affirmat *Rambam.* His adjungimus teſtimonium tractatuum *Megilla, Thalmud Hieroſolymitani, ſect.* 1. *fol.* 71. *col.* 2. *lin.* 10. ubi de characte re, & lingua, quâ *Eſdras* legem ſcripſerat, inter alia multa hæc refert. Sect. I.

Aſſyriaca *eſt ipſi* (*ſcil.* Eſdræ) *ſcriptura & non lingua*, Hebraïca *eſt ipſi lingua & non ſcriptura. Selegerunt ſibi ſcripturam* Aſſyriacam *& linguam* Hebræam, *& cur vocatur nomen ejus* Aſſyriaca? *quia ipſa felix eſt in ſcriptura ſua.* Quæ omnia clariſſimè explicat hoc eodem loco *fol.* 194. *col.* 3. R. *Samuel Japhe* his verbis.

Puto autem, quod temporibus Danielis *ſcriptura mutata fuit ex ſcriptura* Hebraïca, *in qua lex data fuit, in ſcripturam* Aſſyriacam, *& ſcripta fuit lex* Aſſyriacè *in diebus* Eſdræ. Ex quibus omnibus hîc allatis teſtimoniis ſatis comprobatur, pleroſque Rabbinos *Samaritanum characterem Hebræum* fuiſſe, exiſtimâſſe: etſi inter ſe cum tanta ambiguitate loquantur, & in negotio ſat liquido adeò inconſtantes, ut ſibi ipſis non infrequenter contradicant, ac proinde quid putent, vix obtineri poſſit.

Altera ſententia eſt eorum, qui volunt, *Aſſyriacum characterem* accepiſſe *Eſdram* ab angelo, fuiſſeque ex antiquo *Hebræo* in *Aſſyriacum* mutatum. Cùm enim *populus Iſraëliticus* in *Babylone* 70 annorum captivitatem ſuſtineret, & paulatim uti legis, ita & characteris obliviſceretur, contigit, inquiunt, ut eodem tempore angelus *Balthaſari* in medio convivii apparens, & ſententiam à DEO latam in pariete deſcribens, characteris mutationem introduceret, & hunc eundem eſſe volunt, quo jam *Judæi* ubivis locorum utuntur. Nec deſunt Thalmudiſtæ, qui velint *Danielem* novum illum characterem docuiſſe *Judæos*, *Eſdram*que relicto *Cuthæis* charactere *Hebræo*, quem ob irreconciliabile odium in *Cuthæos*, veluti pollutum abomina-

Cap. VI. minabantur, hunc ſibi elegiſſe, quo legem ſcriberet; dialectum verò *Hebræam* legi reſtituiſſe, *Chaldaïca* repudiata, quæ in ipſa captivitate plurimùm apud *Judæos* invaluerat. Ita R. *Japhe*. Et ideò non videtur, quòd mutatio facta ſit operâ *Eſdræ*, niſi ſcripturæ ſolius, etſi enim ſcriptura angeli fuerit *Aramæa*, id eſt, *Aſſyriaca*, & lingua *Aramæa*, nihilominus cùm venit *Eſdras* ad deſcribendam legem non mutavit formam legis, ſed tantum ſcripturam, quæ renovata fuit in diebus *Danielis*, patetquè ex hoc quod ſcriptum eſt: *& deſcripſit ſibi exemplar, ſeu δεύτερωσιν*, id eſt, *ſcripturam, quæ debebat mutari*: verùm lingua quâ ſcripſit, fuit illa *Hebræa*, & ſancta, uti *à principio* &c. Veruntamen & hi vacillantes opinantur ſcripturam illam non *Hebræam*, ſed aliam ab omnibus diverſam fuiſſe; in quo tamen ita diverſi ſunt, ut ſibi in omnibus contradicere videantur. Ajunt enim quidam, à *Judæis* in *Babylone* non fuiſſe intellectam, quod Gamatricè ſcripta fuiſſet, id eſt ſenſu Cabalico ſolis ſapientibus noto, quem vocant literarum videlicet combinationem, & permutationem. Verùm auctorem ipſum R *Simeonem* more Rabbinico de iis diſſerentem audiamus.

Qua lingua & characterе ſcripſit angelus in pariete Balthaſaris ſententiam ei à DEO *latam.*

Dicit R. Simeon, *ſcriptura hæc non eſt immutata. Quid eſt? non poterant legere ſcripturam? dicit Rab. per* Gamatriam *ipſis ſcriptum erat*, Jatheth Jatheth, Adac, pughamet; *quorum interpretatio eſt*: Man, Tekhil, upharſin. Mane, *numeravit* DEUS *regnum tuum, & perfecit illud*; Tekhil, *poſitus es in ſtatera, & inventus es deficiens*; upharſin, *diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt* Medis & Perſis; & Samuel *ait*, Mamtom, Nankephi Aaltran. *Rabbi quoque* Johanam *dixit*, Anam, Anam, Lakath, Niſrephu. R. Aſe *dixit*. Nema, Nema, Ketal Phurſin. Atque hæ ſunt ſubtilitates Rabbinicæ, quas, dum ex difficultatibus emergere non poſſunt, ne nihil dixiſſe videantur, comminiſcuntur, quibus tamen commentis nil inſulſius eſſe poteſt. Videant plura, quibus placent hujuſmodi nugamenta, apud *Morinum Exercitat. in Pentat. Samaritanum*, ex quo hæc ferè deſumpſimus. Sect. I.

Tertia ſententia eorum eſt, qui volunt *Aſſyriacum characterem* verum, & genuinum *characterem Hebræum* fuiſſe.

Quarta verò ſententia ab hac diſcrepans, ſub diſtinctione loquitur, ait enim duplicem fuiſſe *characterem Hebræum* verum, ſacrum & profanum, hunc (ſc. profanum) *Cuthæorum*, videlicet *Samaritanum*, illum verò (ſacrum) *Aſſyriacum* fuiſſe. De ſacro charactere rurſus diverſa ſentiunt diverſi. Alii affirmant ſacro charactere ſcriptas tantùm fuiſſe duas tabulas, librumque legis, qui in arca conſervabatur, reliquos verò profano, id eſt, *Samaritano*. Nonnulli dicunt ſacro charactere libros omnes legis, & prophetarum ſcriptos fuiſſe, ſicuti & ea, quæ vocant frontalia, ſive phylacteria; profano autem omnia reliqua, quæ ad politicam pertinebant. Ita inter alios Rab. *Jomtob Abramides*, & R. *Jacob in libro*, qui intitulatur *fons ſive oculus Jacob fol.* 142. *col.* 1. contra *Amoraim* & *Thanaim* Thalmudicos doctores, ut habet Rab *Joſeph Albo*. Atque hanc ſententiam præ omnibus aliis rationi, ſubjectæque materiæ magis conſentaneam eſſe mox dicam, ſolvit enim omnes difficultates, ut in ſequentibus videbitur.

Diſcuſſis itaque Rabbinorum plerorumque de hoc negotio tractantium argumentis & rationibus, jam ut nodus hic Gordius tandem ſolvatur, quid in negotio adeò lubrico reverà ſtatuendum ſit, aperiendum eſt.

Character Samaritanus *quomodo ab* Aſſyriaco *differat.*

Dico igitur primò, *Samariticum* characterem non eſſentialiter, ſed accidentaliter tantùm ab *Aſſyriaco* diſtingui, quod hic quadratus, elegans, & decorus, alter autem apices ita formet diverſos, ut tamen literarum atque

Cap. VI. que characterum lineamenta (quemadmodum in noſtra Anatomia characteriſtica paulò poſt ponenda fusè declaratur) quoad ſubſtantiam non ſint diverſa : atque eâdem ratione ſe habent, quemadmodum character *Hebræus* modernus ad characterem *Rabbinorum*, quem currentem paſſim vocant, quorum maxima diverſitas eſt : nam *Saphardæi*, ſive *Hebræi Hiſpani* alio currente ſcribunt, alio *Askenezim* ſive *Germani*, alio *Mizriim* ſive *Ægyptii*, *Cithiim* ſive *Itali* alio ; quos tamen (non obſtante quòd omnes ex uno & eodem charactere *Hebræo* profluxerint) non omnes, quamtumvis periti, niſi magnâ prævià exercitatione legere poſſunt ; quod etiam in omnibus aliis linguis videmus accidere ; ita enim *Gallicus* & *Italicus* character manuſcriptus difficulter à *Germanis* legitur, & contra, *Italis*, *Gallis*, *Hiſpanis*, *Germanicus*, vel *Belgicus* character imperceptibilis eſt, etiamſi uterque à *Latino* quoad ſubſtantiam nullâ ratione differat. Ita, inquam, dico ſe *Aſſyriacum* habuiſſe ad *Samaritanum* characterem. Nam *Eſdram*, cùm ſcripturam una cum charactere ferè oblivioni traditam, huncque à primo ſuo decore multùm ſucceſſu temporum declinaſſe videret, ut ſtudium legis promoveret, omneſque ad ei aſſiduo incumbendum quovis modo incitaret, *Samaritanorum* characterem paulatim degenerem, priſtino ſuo decori, nitorique unà cum lege reſtituiſſe omninò exiſtimandum eſt, neque putare debemus, *Esdram* toto cœlo diſtinctum characterem populo tradidiſſe, ſed commodiorem, elegantioremque, & primogenio tabularum Moſaïcarum characteri, ut poſtea videbitur, conformiorem; hiſce itaque penſiculatius conſideratis,

Eſdras non invenit novum characterem ad legem deſcribendam ; ſed veterem non nihil degenerem, in pulchriorem formam adaptavit.

Infero, & dico ſecundò, characterem *Aſſyriacum* ſive *Eſdræum* in ſacris ſcribendis fuiſſe adhibitum ; in profanis verò *Samariticum*. Ita Obadias à Bartenora Commentario in Miſnajoth, Meſechet jadaim, perek. 4. numero 5. his verbis. *Sect.* I.

Scriptura Hebraïca *ea eſt, quæ venit è regione trans flumen*, Cuthiim *autem, qui ſunt* Samaritani, *eam ſcribunt in hunc uſque diem.* Iſraël *autem utebatur iſtâ ſcripturâ in rebus profanis, & moneta argentea ; quæ nunc hodie reperitur in manibus noſtris, & percuſſa eſt tempore Regum* Iſraël, *& ſignata eadem ſcripturâ. Scriptura autem, quâ nos ſcribimus libros hodie dicitur ſcriptura* Aſſyriaca, *eſtque ſcriptura tabularum. Vocatur autem* Aſſyriaca, *quod felix ſit & pulchra, juxta illud :* Propter beatitudinem meam beatam me dicent filiæ. Confirmant hæc omnia alius quidam apud R. *Moſem Alaſcar reſponſionum* c. 24. R. *Jehuda Muſcato* commentator libri *Cozri* apud *Morinum.* Præ cæteris autem R. *Azarias* in libro intitulato *Lumen oculorum* c. 58. poſtquam multum ultro citroque diſſeruit, tandem inquit, *conſideratis iis, quæ dicuntur, & præcipiuntur de* Thephillin & Mezuzoth, *quæ ſcriptura tantùm* Aſſyriaca *ſcribi debent, iiſque quam ſollicitè explicantur de virgulis & apiculis literarum, infert.*

Hæc in eam nos opinionem inducunt, ut æſtimemus cum veritate & integritate tabulas legis non aliâ ſcripturâ datas fuiſſe, quàm Aſſyriaca. *Imò* Aſſyriacum *characterem verum illum* Hebræum *antiquum eſſe, quo lex in tabulis ſcripta eſt, eumque nunquam mutatum fuiſſe,* Eſdram *autem jam penè ab hominum librorumque memoria abolitum, ut potuit, reſtauraſſe autumamus.* Neque deſunt noſtræ ſententiæ fautores, ex melioris notæ Rabbinis R. *Jacob* in *Oculo* ſuo ; totum negotium ex ipſo *Rambam* clarè demonſtrat, his verbis :

Aſſyriacus *character verus* Hebræus *character eſt, quo tabulæ legis ſcriptæ fuerunt.*

Ecce certus ſum quod ſcripſi, quod ſcriptura tabularum & legis, quæ fuit in arca, nunquam eſt mutata, & ita ſcripſit Rambam in com. Miſnæ in tract. Jadaim, *quoniam ſcriptura, quâ nos ſcribimus, ipſa*

Cap. VI. *est scriptura* Assyriaca, *& scriptura etiam, quâ legem* DEUS *benedictus scripsit, & vocatur* Assyriaca *à magnitudine & gloria, seu pulchritudine juxta illud* : Quoniam beatam me dicent filiæ, *& sic dicta est* Assyriaca, *quod beata sit in suo charactere.* Cui veluti calculo suo subscribit R. *Samuel Japhe* : vult enim hanc scripturam tunc temporis minimè fuisse vulgarem, sed legalem tantùm, & phylacteria ea scribi solita, cætera verò omnia monumenta, cujusmodi erant annales, sive historiæ, & publica monumenta, sicuti & numismata *Samaritico* charactere, qui tunc temporis quasi vulgaris erat, conscribebantur. Ut vel hinc appareat verum esse quod supra asseruimus de charactere sacro, & profano, hunc (profanum) *Samariticum* illum; (sacrum) *Assyriacum* fuisse. Verùm verba Auctoris cito, ita enim dicit:

Nihilominus propter perfectionem & sanctitatem scripturæ illius in illis diebus non scribebant eam, etiam in libris, in quibus scribebat Rex, aut unusquisque pro se ipso, sed scribebant eos scriptura Hebraïca, *quia autem abscondita erat arca, obliti sunt literarum (id est, illarum, quæ bis in alphabeto ponuntur, & finales alium ductum habent) cùm migrarunt in* Assyriam; *& noverunt filii* Assur *hanc scripturam, ideò acceperunt eam sibi, vel quod antea apud eos esset, innotuerat enim illis ex libro sacro præter scripturam suam; vel quod illorum fuerat, concupiverunt. Filii autem* Israël *assueverunt ea simul cum illis ab illo tempore & deinceps. Et hoc est, propter quod dicitur, ascendisse cum illis de* Assur, *sed in diebus* Esdræ *datum est illis scribere librum legis, & reliqua hagiographa, charactere videlicet* Assyriaco. Quæ verba ita clara sunt, ut nostram sententiam demonstrare videantur.

Patet igitur denuò characteres hosce nullâ ratione essentialiter fuisse diversos, sed *Samaritanum* characterem *Hebræum* ab *Esdra* in meliorem formam, & elegantiorem, ad studium legis vecordem populum, vel ipsa characteris pulchritudine, ut dictum est, excitandum, mutatum fuisse. Accedit, quod *Assyriacus* character, quo tabulas legis scriptas ostendimus, apicibus constet plenis mysterio, ut & totus character, quemadmodum in sequentibus videbitur, mysticus & symbolicus, quod de *Samaritico* dici nullâ ratione potest, utpote apicibus nimium à prima simplicitate sua declivibus prædito. Addo aliud, si vera sint, quæ referunt *More Zohar*, & *Rasi* in XXIV caput *Exodi*, tabulas legis fuisse, juxta veterum traditionem, perforatas, & ex utraque parte legi potuisse, unde consequenter intermediæ partes ם finalis, & ס miraculo sustinebantur, ne excavatæ caderent. Unde unicum argumentum sumunt asserendi legem solo Assyriaco, videlicet quadrato illo & eleganti charactere fuisse scriptam, non *Samaritano*, cùm ejus *Mem* ם & *Samech* ס facile, & sine ullo miraculo in tabulis consistentes, repugnent miraculosæ scripturæ, quâ veteres constanti traditione tabulas legis scriptas esse volunt.

Legis tabulas quo ad literas per foratas fuisse Rabbini tradunt.

Verùm nos relictis Rabbinorum plerorumque fabulosis traditionibus, ut nostra solidiori fundamento insistant, à solidiori antiquitate incœptam inquisitionis nostræ telam ordiamur: in qua, si characterem *Samaritanum* eundem cum *Assyriaco* demonstraverimus, uti divinâ gratia ex sequenti tabula nos demonstraturos confidimus; certè famosissimæ quæstioni nullo non tempore agitatæ finem tandem nos imposuisse meritò gloriari poterimus. Tabula sequitur.

Sect. I.

Expo-

TABULA COMBINATORIA

In qua ex probatissimis Authoribus primævorum Characterum formæ eorumque Omnium, qui ab ijs Originem duxerunt successiva temporum propagatione exhibentur; Ex quibus luculenter deducitur Omnia linguarum Alphabeta, nonnulla in scripturarum literarum vestigia tenere.

Valor Literarum.	*Character duplex mysticus ab Angelis traditus dicitur.*	*Character tempore transfusus sanctus Authore R. Abrahamo Babis.*	*Characterum veterum Samaritanorum formæ variæ ex nummis extractæ aliisque Authoribus.*	*Floridus Character Samaritanorum ex Vilalpando nummisque extractus.*	*Character Mosaicus, quo legem in tabulis scripsit ex variis Rabbinorum monumentis depromptus.*	*Character Syriacus.*	*Character verus Hebræus sive Assyrius*
A	N	א	F	F	א	ℓ	א
B	ב	ב	ϐ	ϐ	ב	ב	ב
C	ג	ג	⅂	⅂	ג	ג	ג
D	ד	ד	ϥ	ϥ	ד	e	ד
H	ה	ה	∃	∃	ה	ה	ה
V	ו	ו	ϒ	ϒ	ו	o	ו
Z	ז	ז	ϟ	ϟ	ז	ז	ז
Ch	ח	ח	⊞	⊞	ח	ח	ח
T	ט	ט	ϕ	ϕ	ט	ט	ט
I	י	י	ϳ	N	י	י	י
C	כ	כ	ϧ	ב	כ	כ	כ
L	ל	ל	⅃	⅃	ל	ל	ל
M	מ	מ	ϻ	ϻ	מ	מ	מ
N	נ	נ	ϩ	ϩ	נ	נ	נ
S	ס	ס	ϡ	ϡ	ס	ס	ס
Ayn	ע	ע	○	○	ע	ע	ע
P	פ	פ	ϧ	ϧ	פ	פ	פ
Ts	צ	צ	ϟ	ϟ	צ	צ	צ
QK	ק	ק	P	P	ק	ק	ק
R	ר	ר	ϥ	ϥ	ר	ר	ר
Sch	ש	ש	ϣ	W	ש	ש	ש
Th	ת	ת	X	ϫ	ת	ת	ת

Cap. VI.

Expoſitio Tabulæ præcedentis.

Tabula continet 8 columnas, quarum ſingulæ diverſas literarum formas continent ; prout inſcriptiones columnarum notant, quæ quidem formæ ex primigeniæ linguæ, id eſt, *Hebrææ* alphabeto ſuam ſortiuntur originem, quemadmodum in præcedentibus ubertim ex Rabbinorum ſententiis docuimus. Cauſa verò tantæ mutationis in characteribus facta multiplex aſſignari poteſt; quarum prima eſt, varia apud priſcos orientales ſcribendi ratio ; aliis ex dextra in lævam contextum ſcripturæ proſequentibus ; nonnullis contra ex læva in dextram; quibuſdam uti *Syris* , perpendicularem ſcripturæ progreſſum ſervantibus ; quo factum eſt ut literæ nunc inverſę, nunc obliquo ductu transformatæ, paulatim à genuina forma deflexerint. Altera ratio eſt, varietas populorum & gentium , ad quorum diverſa ingenia, uſus & conſuetudines, diverſitas in ſcribendo quoque nata , inſignem literarum varietatem peperit. Quod adeo vel in hunc uſque diem verum comperitur ; ut quot nationes, tot diverſæ exiſtant characterum formæ , ſive eæ *Latinæ* , ſive *Hebraïcæ*, aut *Græcæ*, alteriuſque cujusvis linguæ fuerint. Tertia cauſa fuit, velox & expedita ſcribendi ratio, ex qua apud Orientales natum eſt characterum genus, quos currentes vocant, id eſt, veloci manu, & volante, uti dici ſolet, calamo exaratos ; & maxime in uſu eſt apud *Syros*, *Arabes*, *Perſas* , qui totum ſcripturæ aut hiſtoriæ alicujus contextum, continuato literarum nexu proſequuntur. Qui modus ſcribendi, inter Europæos populos pariter uſum invenit. Tametſi enim omnes Europæ populi alphabeto utantur, ex latinis literis deſumpto ; *Germani* tamen, uti & *Galli*, in ſcribendo, *Arabum* more, ſingulas literas connectere ſolent ; non alia de cauſa , niſi ob expeditiorem commodioremque ſcribendi rationem. *Sect.* I. Ut proinde ex hiſce luculenter pateat, literas *Hebræas* à *Samaritanis* non niſi accidentaliter differre, ex vario videlicet ſcribendi uſu.

§ II.

De Siclis Hebræorum, Samaritano *charactere inſignitis.*

Examinata paulo penitius prædicta Rabbinorum in decidenda lite, de charactere *Aſſyriaco* & *Samaritano*, inconſtantia, aliam cauſam non reperio, niſi ſummam antiquitatis, veterumque monumentorum ignorantiam, & in eorum inveſtigandorum ſtudio ſupinam negligentiam, à quorum tamen notitia totius controverſiæ ratio dependere videtur. Unde nos , ut ſolidius huic controverſiæ incumberemus, nullum non movimus lapidem, quo in antiquam veterum characterum *Hebraïcorum* notitiam deveniremus, atque ita detectis nonnullis vetuſtatis veſtigiis, iiſdem veluti ſolidiori fundamento ſententiam noſtram tutius, certiuſque ſtabilire poſſemus. Neque æſtuantis ingenii molimina fefellit divina providentia : nam per idem tempus variæ ex Oriente allatæ inſcriptiones, partim ſaxis, partim argenteis impreſſæ nummis, inſignem mihi præbuere in famoſiſſimæ ſententiæ lite decidenda occaſionem. Nos de argenteis nummis veterum *Hebræorum*, ſeu Siclis primò, deinde quoque de altero inſcriptionum genere tractabimus.

Numiſmata Hebræorum antiquiſſima docent differentiam characteris Samaritani & Aſſyriaci.

Inveniuntur hîc Romæ paſſim in muſæis, tum Collegii Romani à *Villalpando* olim ex *Hiſpania* allatæ, tum clariſſimorum virorum *Franciſci Gualdi*, & *Franciſci Angelomi*, & inclyti viri D. *Franciſci Gottifredi*, non doctrina minus rerumque antiquarum notitia , quam nobilitate comprimis ſpectabilis, monetæ argenteæ vetuſtis characteribus *Hebræorum* inſcriptæ, quos Siclos vocant.

Cap. VI. cant. Hujuſmodi monetas in *Francia* quoque variis in locis me vidiſſe memini, & poſtea à *Morino* in exercitatione in Pentateuchum *Samaritanum* excuſas deprehendi. Allatæ quoque ſunt aliæ ex Oriente à quodam R. *Salomone Azubi*, quæ conjunctæ cum iis, quas ex Siculis & Romanis muſæis hinc inde collegeram, inſignem præbuére fusè differendi materiam. Harum aliquæ inſcriptæ ſunt charactere *Samaritico*, aliquæ *Aſſyriaco*. Quid autem inſcriptio facta ſignificet, quid hieroglyphica in medio characterum poſita, quando & ubi impreſſa numiſmata, jam tempus eſt, ut aperiamus.

Duo notanda ſunt in his numiſmatis. Primò character, qui *Samaritanus* eſt, uti moderni docent *Samaritani*, à quibus vix in ullo diſcrepat, ut eos examinanti patebit. Secundò hieroglyphica una cum interpretatione characterum quæ eſt primæ quidem faciei, *Siclus Iſraël*, ſecundæ verò faciei *Jeruſalem ſancta*. Sed ut omnia clariſſimè, & cum bona methodo declarentur, primò de Siclo, deinde de ſignificatione hieroglyphicorum dicemus.

Siclorum veterum qualitas.

Dicunt *Hebræi* Siclum, hoc eſt à ponderando, appendendo, librando, eo quod pecuniam veteres *Hebræi*, *Chaldæi*, & *Syri*, non ut, nos numerabant diſcretè, ſed ex pondere ſummam valoremque ejus dijudicabant. Vide XXIII. c. 16. verſ. Gen. *Et appendit* Abraham Ephron *quadringentos* ſiclos *probatæ monetæ publicæ*, vel ut alii legunt, *pro mercatoribus*; vel ut Thargum Onkelos habet, *quod recipiebatur pro mercimoniis in unaquaque provincia*. Vide *Regum* XX. 39. *Eſdr.* VIII. 25. *Eſai.* XLVI. 6. Et in novo teſtamento, Matthæi XXVI. 15. legimus ſacerdotes 30 argenteos nummos Judæ non numeraſſe, ſed appendiſſe, unde & *Symmachus* illud *Zach.* XI. 12. ἐσάθμησαν vertit, *appenderunt*. *Hebræi* igitur *pecuniam in pondere ſuo*, & *Chaldæi pecuniam appenſionum* vocârunt, quæ conſuetudo deinde in uſum quoque *Romanorum* devenit, ut doctè *Budæus lib. de aſſe*. Eſt autem duplex Siclus *Hebraïcus*, ſacer ſive ecclesiaſticus, & vulgaris. Sacer propriè dicitur Siclus ſanctuarii, ad res ſacras deputatus, videlicet ad tabernaculi, vel templi ſtructuram, & ornatum, ad ſacri miniſterii apparatum, & perfectionem, ad Numinis propitiationem, ſuique cujuſque redemptionem. Profitebantur enim hac Sicli penſione DEI peculium ſe eſſe, neque alium habere Regem, vel Dominum præter DEUM, cui ſe ipſos totos obſtrinxerant, & ideò etiam *ſanctus Iſraël* dicebatur, ut eſt *Jer.* LI. v. 5. vel *pecunia redemptionis*, vel *pecunia propitiationis*, ſeu *expiationum*, aliiſque nominibus appellatus fuit. Vulgaris verò in promiſcuum uſum deputabatur. Cæterum argenteus Siclus Hebræorum, quemadmodum ex voce *Ghera*, *Exod.* XXX. *v.* 13. *Lev.* VII. *v.* 25. colligitur, quaſi viginti obolis conſtabat. Eſt autem obolus tantum argenti, quantum pendunt ſexdecim grana hordei, ſive ſemina ſiliquæ communis. Unde vigeſima ſicli pars eſt, quæ vicenæ partes deinde conjunctim ponderant 320 grana hordei in argento, ſive totidem ſiliquas communes, quæ faciunt 24 obolos Atticos, ſive 4 denarios Romanos, ſeu totidem drachmas Atticas, quas ut plurimùm voce exprimunt. Vide quæ fusè de hiſce diximus in *Supplemento ad Prodromum Coptum*. Et confirmat noſtra R. *Moſe* libro, qui dicitur *Catena Cabalæ*, tract. *de monetis*.

Siclus Eccleſiaſticus, profanus, Sacer, quid.

Siclus Vulgaris ſive profanus.

Et cognovimus ex Kabalah, quod Siclus ſacer pendet 320 *grana hordei in puro argento*. Hunc autem æquivalere Joſephus his verbis oſtendit: *Siclus autem nummus* Hebræorum *qui eſt, Atticas capit drachmas quatuor*. Atque hic eſt celeberrimus ille Siclus *Hebræorum*, quem paulò ante tibi propoſuimus *Samaritico* charactere inſcriptum.

Habet

Cap. VI. *De Symbolicis numismatum figuris.*

Habet nummi facies prima urnam, seu vasis istius figuram, quæ mensuram plenam, sive homer mannæ capiens erecto tabernaculo vel templo ad seculorum monumentum, DEI jussu, & *Mosis* procuratione, ante illius conspectum, in arca asservanda erat proposita, ita habebatur Exodi XVI. v. 33. his verbis. *Et dixit Dominus ad* Aharon, *accipe vas unum & mitte ibi* Man, *quantum* gomer *capere potest, & repone coram Domino ad servandum in generationes vestras:* in *Græco* pro vase habetur σαμιὸς, in *Chaldæo tsheluchith*, hoc est lagenula. Litera F, urnæ imposita, idem est quod ℵ Hebræorum, & significat primum, ac integrum Siclum. Ab altera parte virgam illam mirificam intueri licet, quam inter plurimas virgas *Aharonis* nomine in tentorium conventûs illatam, ut sacerdotalis illius vocatio, hoc tanquam publico indicio confirmaretur, commendareturque, postero die populus omnis germen producentem, florem eminentem explicantemque vidit: ita Num. XVII. v. 8.

Et sequenti die regressus est Moyses *ad tabernaculum testimonii, & ecce floruit virga* Aharon *domui* Levi, *& turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdala deformati sunt.* Atque hoc ita esse, & hasce duas figuras hieroglyphicas nihil aliud significare, quam vas *Mannæ* arcæ impositum, & virgam *Aharonis* mirificam, ipsimet Judæi affirmant. Instar omnium sit *Rambam*, qui in *Perusch a Misnæ* hæc inter alia refert.

Inveni in Acco, *id est*, Ptolemaïde, *in manibus seniorum terræ monetam argenteam signatam sculptura sigilli. Ex uno latere erat veluti figura virgæ amygdalinæ, & ex altero veluti urnæ. In utroque autem latere ad marginem scriptura erat insculpta admodum manifestè. Et ostenderunt scripturam* Cuthæis *usitatam, & legerunt eam statim, quoniam ipsa est scriptura* Hebræa, *quæ superstes fuit* Cuthæis, *sicuti commoratur in* Sanhedrin, *& legerunt ex uno latere*, [Siclus Siclorum] *& ex altero* [Jerusalem sancta:] *dicebant quoque figuram esse virgæ* Aharonis, *figuram verò secundam esse urnæ, in qua erat* Manna. Et fragmentum *Samaritanæ* historiæ Vaticanæ, ita inter alia habet. Sect. I.

*Sunt etiam nobis adhuc reliqua numismata scripta characte*re Simron, *& ex uno latere quasi figura virgæ amygdalinæ* Aharon, *& ex altero vas* Mannæ, *& cuderunt ea Reges* Israël.

Dico igitur, hunc nummum seu numisma argenteum, cusum esse à Regibus *Israel*, quo tempore character *Samariticus* vulgaris erat. Cusum autem esse, non excisum, ita certum est, ut qui illud negare conaretur, certo certius probaret, se à numismatum cognitione ita esse alienum, ut percussa numismata à fusis, aut aliâ ratione formatis distinguere, aut secernere nesciret. Vas autem *Mannæ*, & virgam *Aaronis*, una cum hac sententia, veluti impressa quædam, *Siclus Israël & Jerusalem Sancta*, puto eâ intentione à Regibus *Israël* esse impressa, ut *Hebræi* hoc usuali numismate inspecto immensa DEI OPT. MAX. beneficia, cùm in deserto quadraginta annis pane cœlesti pascerentur, & tot tantisque miraculis confirmarentur, per vas *Mannæ*, & per virgam *Aaronis* indicata recolerent, seque ipsis inscriptionibus populum electum DEI, à DEO semper singularibus miraculis defensum esse cognoscerent, civesque *Hierusalem* sanctæ istius urbis, quæ loci eminentia, cœli, solique felicitate, cunctas mundi urbes superans, speciali à DEO privilegio ornata esset, ut in ea templum & domus ejus esset, cultusque divinus purè & sincerè exerceretur, ac proinde inspicientes hoc beneficiorum à DEO electo populo nullo non tempore præstitorum veluti mnenosynon quoddam, ut in fervore charitatis, fideique constantia erga tantum benefactorem perpetuò confirmarentur.

Symbola numismatum populum ad beneficia DEI *istis præstita recognoscenda animabant.*

Verùm

Cap. VI. Schematiſmus Siclorum omnis generis, qui olim apud Hebræos in uſu erant, una cum interpretatione Samaritana *qua inſignitos reperies, una cum myſterii ſymbolorum ſub iis reconditorum expoſitione.* Sect. I.

Siclus primus.

I

Expoſitio.

Samarit. 𐤉𐤓𐤔𐤋𐤌 𐤒𐤃𐤅𐤔𐤀 𐤔𐤒𐤋 𐤉𐤔𐤓𐤀𐤋

Hebr. ירושלם קדושה שקל ישראל

Iſraël Schekel Kedoſcha Iruſalem

Iſraël Siclus Sancta Jeruſalem

II. Siclus.

II

David. W Siclus.

Analyſis.

Samarit. 𐤉𐤓𐤔𐤋𐤌 𐤒𐤃𐤅𐤔𐤀 𐤔𐤒𐤋 𐤉𐤔𐤓𐤀𐤋

Hebr. ירושלם הקדושה שקל ישראל

Iſraël ſcekel Hakkedoſcha Iruſalem.

Iſraël ſiclus Sancta Jeruſalem.

Ad latera W ſignificat initialem literam ſicli. Litera vero ⊏ indicat initialem literam nominis David.

Tempore Judicum III Num. antiquiſſimi.

Analyſis.

Samarit. 𐤔𐤏𐤁𐤅 𐤌𐤅𐤋 𐤏𐤕𐤓

Hebr. מעבו מול ערת

Mul enghet Menghabo.

Tempore circumciſionis A pinguedine ejus.

IV. Num.



Analyſis.

Samarit. 𐤉𐤓𐤔𐤋𐤌 𐤒𐤃𐤅𐤔𐤀 𐤇𐤑𐤉𐤕 𐤔𐤒𐤋

𐤔𐤀𐤋

Hebr. ירושלם קדושה חציה שקל

Siclus medius Sancta Jeruſalem.

Literæ vaſi impoſitæ ⊏W idem ſignificant ac ſiclum *David* quo tempore currebat.

Siclus V.

Analyſis.

𐤉𐤓𐤔𐤋𐤌 𐤕𐤇𐤓𐤅𐤕 Samarit.

ירושלם תחרות Hebr.

Jeruſalem Tachruth.

Lyra indicat laudem DEI, cum memoria promiſſæ terræ quæ botrum notat ſemper perſolvendam.

W. 𐤔𐤋𐤌𐤄 𐤉𐤓𐤔𐤋𐤌 Samarit.

שלמה ירושלם Hebr.

Jeruſalem.

ש. א𐤋𐤉

Rex Salomon

ירושלם קדושה שקל ישראל

Iſraël ſiclus Sancta Jeruſalem.

Hic ſiclus poſteriorum temporum eſt.

Jeruſalem Civitas ſancta. *David Rex & filius ejus Salomon Rex.*

Si lector exactam cognitionem horum ſiclorum deſideret is adeat II. Tom. Oedipi, part. 1. claſ. 2. fol. 87. & omnia quam fuſiſſime ibidem tractata reperiet.

Cap. VI. Verùm uti ea omnia in figura illis contigerunt ita quoque eos noſtrum ſupercœleſte *manna*, noſtrum Sacerdotem JESUM *Chriſtum* Dominum, panem vivum, qui de cœlo deſcendit, ſacerdotem æternum, qui ſemel quinque ſiclorum pretio redemptus in templo, Redemptor noſter, ac noſtræ ſalutis pretium effectus eſt, ſignificaſſe crediderim, neque aliam ob cauſam ſanctuarii ſiclo omnem æſtimationem fieri præcepiſſe Dominum arbitrarer, quàm quod hæc, quæ diximus, ejuſmodi Sicli inſignibus referrentur. Verùm ut lector formam ſiclorum penitius cognoſcat Synopſin in præcedenti Schemate, magis uſitatorum, oculis eruditi lectoris exponendam cenſui, in quorum ſingulis *Samaritana* inſcriptio, una cum myſteriorum ſignificatione, *Hebraico-Samaritana* lectione exprimitur. *Sect.* I.

C. VII.

CAPUT VII.

De origine literarum, & ſcriptionis.

OMnium doctorum ſuffragiis neminem è puris hominibus *Adamo* majori à DEO Opt. Max. perfectione majori animi corporiſque dotibus imbutum fuiſſe, conſtat. Nec rationes ad id oſtendendum deſunt, cùm enim DEUS omnia animalia mundi, quæque in ſuo genere creârit perfecta, ſecundum corporis magnitudinem, robur, membrorum proportionem, atque ſymmetriam, denique ſecundum potentias quoque exequendi & perficiendi omnes actiones ſuas naturales, certè incongruum videbatur ſolum hominem, qui tantâ perfectione conditorum animalium rector, princepſque futurus erat, in imperfectione relictum fuiſſe. Quemadmodum igitur DEUS *Adamum* præ omnibus aliis puris hominibus, qui unquam futuri erant, excellentibus corporis donis, utpote immediatè ſuum opificium exornavit, ita certè non defuit divina providentia in exornando eum raris quibuſdam, & mirificis animæ donis, talentis & perfectionibus; ſunt enim immediata DEI opera perfectiſſima. Cùm autem hæ perfectiones animæ naturales nihil aliud ſint, quàm ſcientiæ, Philoſopho teſte, conſequens eſt, eum omnium mortalium ſcientiſſimum fuiſſe.

Adam primus homo omnium-que purorum hominum perfectiſſimus.

Cùm etiam *Adamus* totius humani generis Doctor eſſet futurus, certè congruum erat, ut in ipſo productionis ſuæ exordio, præter infuſos ſcientiarum habitus, etiam mirificâ quâdam docendi alios homines facultate imbueretur.

Infuſam, concreatamque ſcientiam habuit.

Cùm iterum hæc inſtructio fieri non poſſit ſine lingua, certum eſt eum linguâ quâdam divinitùs eidem infuſa uſum eſſe. Cùm autem præterea omnia idiomata ex vocibus, verbis, nominibus & hæc ex ſyllabis conſtent, certum quoque eſt, ut paulò poſt videbitur, *Adam* primo ſuo exordio grammaticum egiſſe, & Lexicon animalium condidiſſe, & auctorem omnis literaturæ extitiſſe. Quænam verò hæc lingua primæva fuerit, quæ voces, qui characteres, qui libri iis conſcripti, tunc in ſequentibus diſquiremus, ubi prius ſcientiam *Adami* paulò fuſiùs excuſſerimus.

Linguam habuit, pariter ſibi infuſam.

Adamus igitur ſupernaturalibus habitibus illuſtratus, primo DEUM & eſſe, & virtute ſuâ omnia condidiſſe, remuneratorem quoque bonorum eſſe, abſque ulla controverſia credidit, eandemque fidem liberis ſuis tradidit. Sacroſanctæ Trinitatis myſterium, æternique Verbi humani generis Meſſiæ & Redemptoris futuri incarnationem divinâ

Theologia Adami.

C. VII. divinâ revelatione accepiſſe, plerique SS. Patres credunt. Unde primæva illa Theologia primordia duxit, & per Cabalam ad poſteros tranſlata, ut in *Cabala Hebræorum* docuimus, magnum nullo non tempore incrementum ſuſcepit.

Phyſiologia Adami. Secundò *Adamum* omnem rerum naturalium ſcientiam calluiſſe, ipſa ſacra Scriptura docet, ubi animalibus nomina naturis cujuſque apta impoſuiſſe memoratur, quod quidem ſine abſoluta totius naturæ ſcientia fieri non potuit, præter abditas enim animalium, plantarum, lapidum, metallorum, mineraliumque virtutes, ſupernorum quoque corporum influxus perfectè novit, unde & conſummatus Philoſophus, Medicus, Aſtronomus fuiſſe perhibetur. Atque hoc ita eſſe poſt SS. PP. plerique profani omnium nationum auctores teſtantur. *Suidas* præ aliis graphicè *Adami* excellentiam deſcribit his verbis:

Suidas. Adamus *primus homo*, DEI *manu effectus, & ad imaginem & ſimilitudinem Opificis, & Conditoris formatus, jure primus ſapiens appellari poteſt, ut primò conditum ſimulachrum, & imago divinitus picta exiſtens, omnium gratiarum plenus, & omnes animi corporiſque ſenſus puros, & incorruptos circumferens. Radii enim quidam, ut ita loquar, ex illius animo effulgentes, & divinarum cogitationum actionumque pleni, per omnem naturam penetrantes currebant, ſagaciter & ſine errore proprium, & cujuſque naturæ præcipuum commodum antevertentes, & quidquid in unaquaque rerum natura præſtantiſſimum erat, anticipantes: non more hominum, qui judicia ſæpè cum lapſu, & cum errore temereque faciunt, ſed à* DEO *univerſitatis auctore, qui de rebus omnibus rectè cognoſcit, & judicat, vel priuſquàm notiones moveantur ab anima quaſi parturiente, & pariente tales cogitationes.* Quibus ſanè verbis nihil melius ad inſtitutum noſtrum dici poteſt. Huic adſtipulantur plerique Rabbinorum. Loco omnium ſit R. *Abarbanel*, qui de *Adamo* in hæc verba erumpit. Omiſſâ *Hebræa* lectione, *Latinam* pono. *Sect.* I.

Creavit autem DEUS *hominem in perfectione maxima, eratque* Adami *corpus inſtar mundi cujuſdam parvi, in quo omnia majoris mundi naturæ miracula expreſſit; anima verò ejus erat tanquam ſpeculum divinitatis, plenum ſapientiæ & ſcientiæ, ita ut ſapientiæ ejus non numerus, nec finis eſſet.* R. Abarbanel. Et R. *Gerſon* in hunc locum vocat *Adamum*. Adam *ſapientiſſimus & princeps philoſophorum, immediatus* DEI *diſcipulus, gnarus virium animalium, herbarum, lignorumque. Medicus quoque fuit, & aſtrologus, & ab ipſo omnes artes & ſcientiæ profluxerunt.* R. Gerſon. Quæ eadem aſſerit Paraphraſtes in Pentateuchum *Samaritanum* his verbis:

Et plaſmavit DEUS Adamum, *repleviteque ipſum ſpiritu ſapientiæ & ſcientiæ, ut inde ad poſteros omnes artes & ſcientiæ, tanquam ex primo fonte promanarent.* Paraphraſtes Samaritanus. Quibus aſtipulans Suidas ait.

Hic enim eſt, qui invenit ſingulis & omnibus canones & regulas, fineſque præſcribens, ultra quos non tranſirent, adaptavit. Hujus ſunt artes & literæ, hujus ſcientiæ rationales, & non rationales, hujus prophetiæ & oracula, hujus leges ſcriptæ & non ſcriptæ, hujus omnes inventiones, & quæcunque ad vitam neceſſaria ſunt. Omnium eorum is inventor eſt. Mathematicas quoque ſcientias calluiſſe, nepoteſque ſuos eas docuiſſe, pulchrè demonſtrat *Genebrardus in Chronico*, unde & illud *Eccleſiaſtici* de ipſo dictum videtur.

Ipſe enim DEUS *dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam veram, ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & conſummationem, & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & conſummationes temporum, humorum mutationes, & diviſiones temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, animalium naturas, & iras beſtiarum,* Adam omniſcius.

Cap. VII. *vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, virtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa, & improvisa didici, omnium enim artifex docuit me sapientia.*

Præterea cùm nihil adeò humano generi necessarium sit, ac elementorum, metallorumque usus, nemini dubium esse debet, *Adamum*, qui reliquum humanum genus de omnibus & singulis naturæ secretis instruere debebat, absolutissimam omnium horum habuisse scientiam divinitùs infusam, ita ut vim & naturam uniuscujusque elementi, omniumque eorundem inter se combinationem, aliorumque ex his orientium mixtorum complexionem, κράσιν καὶ δυσκρασίαν perfectè nosset. Metallicorum quoque corporum naturas, & vires, eorundemque generationes, coagulationesque in terræ visceribus peractas, quemadmodum & eorundem depurationes, fusiones, fixationes, calcinationes, amalgamationes, filtrationes, aliosque chimicarum actionum usus humano generi perneccessarios intimè penetravit, cùm sine his humana vita consistere non posset. Sed de his alibi fusius.

Angelus Adami instructor.

Præterea *Adamum* particularis angeli assistentia instructum, multa circa particulares rerum essentias & proprietates comperisse, quæ ad humani generis conservationem propagationemque cumprimis utilia forent, plerique Rabbinorum volunt, ita R. Abraham in Jezsira. Sect. I.

Dixerunt Rabbini nostri, benedictæ memoriæ, quod patribus nostris fuerunt præceptores ipsi angeli. Præceptor Adami *fuit* Raziel, Semi *filii* Noë Jophiel, Abrahami Zadkiel, Isaaci Piliel, Mosis *denique* Mitatron. Quidquid sit, *Adamum* sine angelorum assistentia, sive immediato concursu divino, certè mortalium omnium sapientissimum, scientissimumque fuisse, quilibet, qui admirabile illud, immediatumque DEI opificium rectiùs contemplatus fuerit, facilè assentietur. Cum igitur talis, ac tantus fuerit *Adam*, constitutusque sit totius veluti quidam naturæ Secretarius, divini ingenii sui defæcatissimique judicii radio cuncta penetrans, certè tantas ingenii dotes minimè ab auctore naturæ in solum proprium usum concessas credemus, sed & ut participatis iis, & ceu ex fonte quodam longè uberrimo in alios derivatis, totum iis fœcundaretur genus humanum. Quâ ratione igitur hujusmodi divinitùs *Adamo* datæ scientiæ ad posteros fuerint propagatæ, tempus est, ut aperiamus.

CAPUT VIII.

De linguæ Hebrææ *mira vi in rerum significationibus elucescente, quam infusam habuit* Adamus.

C. VIII. MIrum sanè id in lingua *Hebræa* videri debet, quòd nomina rebus perfectè conveniant, eundemque quomodocunque transposita, semper sensum efficiant. Quod cùm nulla in alia lingua locum habere comperiamus, meritò ei inter cæteras linguas principatus debetur. Verùm ne quicquam sine ratione asseruisse videamur, hujus rei largissima specimina dabimus, ut lector immensas divinæ sapientiæ hujus primùm institutricis divitias sub illa latentes aspiciat, & miretur. Antequam tamen ulteriùs progrediamur, hîc quædam præsupponenda sunt, veluti regulæ & canones, quibus fulti, & directi licitè in simili veritatis indagatione uti possimus.

Suppositiones.

Suppono igitur primò, non unicæ tantùm vocis constructionem in *Hebraicis*

C. VIII. *braïcis* nomenclaturis, ſed & multiplicem etiam repetitionem eoſdem diverſoſque ſenſus, & conſtructiones uſurpari poſſe.

Secundò, literas ח א ה ע י ו, veluti vocales ſubinde intelligi, & conſonantibus ſubeſſe, etiamſi non exprimantur; & quod conſonantium ſimilis ſoni ſubinde inter ſe fiat tranſmutatio.

Tertiò, quòd plenæ dictionum determinationes ſub verbo etymologicè diſpoſito non requirantur.

Quartò, quòd vis verborum primogeniorum innoteſcat variè, ſcilicet in varia literarum metatheſi, ſive tranſpoſitione, per variam verborum acceptionem, vel aliam lectionis diſtinctionem, & ſeparationem ſyllabicam, aut vocum repetitionem directam; & hac ratione ſenſus myſtici & arcani alicujus ſeries ſub ipſis verborum penetralibus recondita, aliaque ſcriptura interna expreſſa eſſe demonſtratur. His igitur ita ritè diſpoſitis, jam videamus, quomodo nomina à primævo eorundem inſtitutore rebus ſingulis impoſita, vim, quam quodvis poſſidet, initium ducentes ab animalium nominibus, deinde à propriis quorundam hominum eximiorum appellationibus; tertiò denique ænigmaticas quorundam in ſacra Scriptura locorum ſignificationes Cabalico-analyticæ artis ſubſidio enodare conabimur.

Adam *primus animalibus nomina impoſuit.*

Formatis igitur Dominus DEUS *de humo cunctis animantibus terræ, & volatilibus cœli, adduxit ea ad* Adam, *ut videret, quid vocaret ea; omne enim, quod vocavit* Adam *animæ viventis, hoc eſt nomen ejus.* Ecce prima ὀνομαθεσίας origo. Nomina igitur rebus non caſu, ſed ſummâ ratione impoſita patet, ut quod ſonarent verba, res ipſæ exprimerent. Adduxit enim DEUS animalia ad *Adam* ſapientiâ ſummâ præditum לראות, *ut videret*, id eſt, conſideratâ cujuſque naturâ, inclinatione, & indole, diſpiceret, מה יקרא לו, quid vocaret ea. וכל אשר יקרא לו האדם נפש היה הוא שמו *Et quodcunque appellavit id* Adam *animæ viventis, id eſt nomen ejus.* Vel ut pulchrè Onkelos Metargeman Chaldæus hoc loco explicat, *adductis enim animalibus jubet:* למחויה מה יקרא ליה: *ut ſpecularetur quomodo vocaret ea.* *Sect. I.*

Nunc igitur videamus, utrum aliqua adhuc nomina ſuperſint in lingua *Hebræa*, quæ animantium indolem, quam indicant, verè adhuc exprimant. Certè Rabbini plerique innuunt aliqua, veritatem hujus ὀνομαθεσίας indicantia; & inter cæteros R. Becchai, qui de hac nominum impoſitione, ſuâ in geneſin commentatione ita diſſerit: *Dicitur in* Midras, *Fecit* DEUS *tranſire ante* Adam *omnia animalia, & vocavit ea nominibus ſuis & dixit: nunc huic convenit ut vocetur* אריה, id eſt Leo; *& ad illud, convenit ut hoc vocetur* חמור id eſt Aſinus; *& ad aliud, convenit ut hoc vocetur* סום id eſt Equus; *& ſic faciebat de ſingulis animantibus: & ecce in hoc manifeſtavit maximam ſuam ſapientiam, ſicut is, qui eſſet ſimulachrum* DEI, *& opus manuum Domini* DEI *excelſi; & videtur mihi explicare* Mideas, *quod* Adam *intellexit in ſapientia ſua naturam cujuſvis animantis, & vocavit unumquodque nomine ſignificante naturam & proprietatem memoratam in eo; literas quoque nominum ſingulorum nunc conjungendo, nunc ſeparando, nunc permutando ea, variè cum naturis, & proprietatibus animantium combinavit.* Pergit deinde Becchai:

Cur Leoni *impoſuit* Adam *hoc nomen* Arieh.

Et ecce fuerunt nomina notionalia juxta verba ſua. Cognoſcens Adam *in ſapientia ſua naturam* Leonis, *quod nimirum eſſet fortis, magnus, & rex animalium, adeò ut etiam propheta eum* DEO *comparaverit, cum dicat,* DEUS *ſicut Leo rugiet; impoſuit ipſi nomen* אריה, *eò quod literæ hujus vocis* אהי *ſunt reſpirationis vehementioris; & ſic ipſa dictio* אריה Leo *explicat ſignifi-*

CVIII.

Cur Aquilæ Adam hoc nomen Neſra indiderit.

gnificationem ejus, & ſic Adam *cognovit,* נשר Aquilam *in ſapientia ſua, quod ipſa eſſet regina omnium avium, volatuſque ejus fortior omnibus aliis volucribus, ſicuti ex operationibus ejus patet, cum illi fuerit ætas decem annorum, volatu ſeſe extollit uſque ad ipſam ſphæram ignis, & præ multitudine caloris, ſe inde demittens præcipitat in mare, ubi decidentibus plumis veteribus, acquirit novas in primam juventutem reſtituta, & ita ſingulis decem annis conſuevit facere, uſque ad centeſimum annum, quo more ſuo ſphæram ignis repetit, unde tandem ſeipſam dejiciens in mare, ibi finem vitæ ſuæ ponit. Ita ſcribit* R. Saadia Gaun. *Et hac ratione* Adam *cognoſcendo naturam* Aquilæ, *ipſi nomen congruum invenit, vocando eam* נשר, *quoniam prima litera* נ, נפילה, *id eſt* caſum *ſignificat, ſecunda* ש, אש, *id eſt* ignem, *tertia* ר, רוח, *id eſt* ſpiritum, *ut ſequitur,* נ,נפילה·ש,אש·ר,רוח *id eſt,* caſus, ignis, ſpiritus, *& ſic nomen ejus declarat mores, & naturam ejus.*

Pergit ulterius:

Hæc vox Chamor *quomodo exprimat naturam* Aſini.

Et ſic in nomine חמור, Chamor, *id eſt* Aſinus, *cognovit per ſapientiam ſuam, quod is eſſet fatuus, & bajulus præ omnibus cæteris animantibus, & quod aptus eſſet ad portanda onera proventuum, juxta proprietatem nominis* Chamor, *& ideò vocavit nomen ejus* Chamor. *Non aliter cognovit in ſapientia ſua naturam* Equi, *quod is nimirum eſſet levis, & mobilis & hilaris, promptuſque ad bellum, vocavitque eum nomine* סוס, *à voce* שישה, *vel* שוש, gaudere, *quod ſe ſua alacritate exhilaret; ſcriptum quoque eſt, quod à longè olfaciat bellum. Et ſic unamquamque rem vocavit nomine convenienti naturæ ſuæ. Et peracta* ὀνομαλοθεσίᾳ *omnium, dixit & ſibi: & ego, quo nomine appellabor? dixit ei* DEUS, אדון Adon, *eò quod dominus omnium creaturarum ſit, juxta quod ſcriptum eſt,* Ego Dominus, hoc nomen meum; *& vocatus eſt hoc nomine uſque in hunc diem.*

Hæc vox Sus, quomodo exprimat naturam Equi.

Alii alia in commentariis ſuis referunt; nos excepto *Thalmud*, quæcunque in Rabbinorum commentariis circa hoc negotium reperire potuimus, hîc collecta proponemus, ut ex illis propoſito ſuo magis apta lector excerpere poſſit; inveniet enim multa quæ admirandam *Hebraïcæ* linguæ proprietatem commendare poterunt.

Significationes hujus nominis Arieh.

Nomen *Leonis* in lingua ſancta eſt אריה *Arieh*, quod reſolutum cabalicâ methodo, quam *Themuram* vocant, ſemper aliquid *Leoni* congruum profert; continentur enim in hac propoſita voce ſequentes ſenſus: הראה בראי יראה, id eſt, *monſtrans*, ſeu *incutiens aſpectu ſuo formidinem intuentibus*: מאיר בראיו, id eſt, *illuminans aſpectu ſuo, quia ignes ſuo vultu quaſi lucem jaculatur*: ראיו כראי, id eſt *viſus ejus ſicuti ſpeculum*: מרהה מראיו ראי יראה, id eſt *projiciens ex oculis ſuis fulgorem timoris.* Quæ omnia hac paraphraſi continentur, ut ſequitur:

אריה — id eſt,

- הראי בראי יראה — *Incutiens viſu ſuo formidinem.*
- מאיר בראיו — *Luce oculorum ſuorum illuſtrat videntes ſe.*
- ראיו כראי — *Viſus ejus ſicut ſpeculum.*
- מרה מראיו ראו יראה — *Projiciens ex eo aſpectum horroris.*

Leo.

כלב — id eſt,

- מכל חיות לב לך — *Præ omnibus animantibus cor tibi*, vel etiam, *tibi animus.*
- כל־כלב כלב — *Canis idem ac cor & animus*, id eſt, *natura illius eſt, eſſe robuſtum, generoſum, mobilem, vivacem, & cordialem.*

Canis.

Legi-

C. VIII.

כלב לך } id est, { Legitur recto, & retrogrado ordine, & significat idem, ac si dixisset Adam: *est quasi intellectus tibi.* לב enim nunc *cor*, nunc *animum*, modò *intellectum* sonat. *Sect.* I.

שור
שור שרה בראשו
אשר שר הראש (בעל קרנים) } id est, { Bos.
Bos dominatur capite suo.
Qui est princeps capitis, cornibus enim, & capite præ cæteris animalibus eminet.

אדם Homo.

אדם[1] א[2] אדם[3] דם[4] א מר[5] א[6] מאד ומאד מה

איש Homo vir.

איש[1] אש[2] י[3] שאש[4] ישא[5] ו[6] י אשה:

Homo ignis, sive virtus DEI, *cùm ceciderit*, *elevabitur*, & DEUS *virtus* & fortitudo ejus.

Atque ut ad nomen *Adami* revertamur, secundum alios significat id quoque rationalem æstimationem, vel assimilationem rerum, quæ habentur per discursum: est enim אר *ratio*, vel *rationalis*, דם verò *æstimatio*, vel *assimilatio*; omnis enim actus judicii humani, vel est de aliqua quidditate rei, vel similitudine ejus, nam ut rectè *Alabastrus* ostendit, est in Græco quoque ἄνθρωπος, quasi ἀναθρέοπος, id est, *considerans cum ratione*, vel, *quomodo se res habeat*; nam sub ratione tam causa rei, quàm similitudo ejus comprehenditur. Sic ergò omnia animalia adduxit DEUS ad hominem, id est, *rationabiliter judicantem*, & quicquid hic prædicavit de re qualibet, hoc est nomen ejus, vel definitio; שם enim significat *& nomen*, & *positionem*, & *definitionem.* ויקרא האדם שם אשתו חוה כי הוא היתה אם כל חי: *Et vocavit Adam nomen uxoris suæ* חוה *Heva, quia ipsa est mater omnium viventium.* Sicut אדם *Adam* vocem idem significare diximus, ac *generalem æstimationem rei per discursum*, ita חוה *Heva*, nihil aliud est quàm *significatio, enunciatio, propositio*: ה enim est idem ac *indeterminata* הו verò *prædicatio & indicatio rei.* Hinc *Heva* mater omnium viventium dicitur, quia quicquid ab intellectu per assensum producitur, fit necessariò per propositionem aliquam; nihil enim perfectum ab intellectu generatur, nisi per assensum vel tacitum, vel expressum enuncietur. Quicquid autem verisimile videtur esse intellectui, & per assensum enunciatur, dicitur mysticè vivere. Itaque sicuti propositio indefinitè sumpta continet in se omnes propositionum modos determinabiles, sic *Heva* fuit mater omnium viventium. Vides igitur, quomodo nomina *Hebraïca* non tantùm varios sensus secundùm literas acceptos, sed & parabolicos, allegoricosque includat. Infinita hujus generis hîc adducere possem, verùm ut & Lectori inveniendi materiam relinquamus, hîc plerorumque animalium nomina varia metathesèos combinatione resoluta proponere voluimus, ut & methodum resolutionis discat curiosus Lector, & simul ex nominibus varios sensus, dictorum animalium naturis congruos, elicere possit.

Com-

C. VIII. Sect. I.

Combinationes ſenſuum, qui ſub nominibus animalium latent.

שור *Bos.*	תיש *Hircus.*	פיל *Elephas.*	נשר *Aquila.*	איל *Servus.*	זמר *Pardus.*
שרו *domino ſuo*	תשי	פלי	נרש	אלי	זרם
ושר *ſolutus*	ישת	ילף	שרן	ילא	מרז
ורש *operatur*	יתש	יפל	שנר	יאל	מזר
רוש *vertice*	שית	לפי	רשן	לאי	רזם
רשו *capitis ſui* & ſic de cæteris.	שתי	ליף	רנש	ליא	רמז

Omnia hæc nomina in 6 ſpatiis contenta ſignificativa ſunt.

Combinationes Nominum animalium 3 literarum.

חגב *Locuſta.*	עגל *Vitulus.*	ראם *Monoceros.*	דוב *Urſa.*	גמל *Camelus.*
חבג	עלג	רמא	דבו	גלם
גחב	גלע	אמר	ובד	מלג
גבח	גיעל	ארם	ודב	מגל
בחג	לעג	מרא	ברו	לגם
בגח	לגע	מאר	בוד	למג

Omnia ſignificativa.

Nomina 4 literarum, animantibus impoſita ab *Adamo.*

חזיר *Sus.*	חסידה *Ciconia.*	עקרב *Scorpius.*	Combinationes nominis עקרב, id eſt, *Scorpionis.*		
חזרי	חסהדי	עקבר			
הרזי	חריהם	ערבק			
הריז	הרסהי	ערקב			
חירז	חידסה	עבקר			
חיזר	חיסרה	עברק			
זריח	סריחה	קברע	Combinationes nominis חזיר, id eſt, *Porci.*	חסידה, id eſt, *Ciconiæ.*	Omnia ſignificativa.
זרחי	סריהח	קבער			
זרח	סידחה	קרעב			
זחר	סידהח	קרבע			
זחיר	סחידה	קעבר			
זחרי	סחדיה	קערב			
יזרח	יסחדה	ברקע			
יזחר	יסרחה	ברעק			
יחרז	יחדסה	בערק			
יחזר	יחסרה	בעקר			
ירחז	ידחהס	בקרע			
ירזח	ידסחה	בקער			
רחיז	דסחיה	רבקע			
רחזי	דחסיה	רבעק			
רזיח	דחיסה	רעקב			
רחזי	דסיחה	רעבק			
ריזח	דיחסה	רקבע			
ריחז	דיסהח	רקעב			

Combinat. nomin. 4 literarum.

Atque

C. VIII. Atque hæc ſunt paradigmata metatheſeos nominum quorundam animalium, quæ curioſo lectori proponenda duximus, ut artificium cabalicum videret; ut cùm literæ nominis alicujus quomodocunque tranſpoſitæ ſignificationem ſuam ſortiantur, quàm multa & magna, cùm circa nomina, tùm circa integros ſenſus, erui poſſint, ex hoc veluti ex ungue leonem intelligeret. Significationem ſingulorum nominum datâ operâ non poſuimus, ut lectori aliquid ad inveniendum relinqueremus; ut lector quoque videret, quanta ſub *Hebraïcis* nominibus vis lateat, & quàm varia, & multiplex ſignificatio, ut proinde hîc quoque quædam nomina propria, unà cum myſtica ſignificatione eorundem explicanda cenſuimus. In Geneſi ita legitur de nomine *Seth*: *Et* Adam *cognovit uxorem ſuam, & peperit filium, & vocavit nomen ejus* שת, *quia poſuit mihi* DEUS *aliud ſemen pro* Abel, *quem occidit* Kain. Nomen שת derivatur à verbo שוא, id eſt *deſcendit*; ſignificat quoque שת *plantam*, & *ponere*, & (pro) את & תש retrogradè, *revellere*, *diſſolvere*, & שות *ſchavat*, *æquale* ſignificat, ita ut combinatio metatheſeos hujus nominis totam hanc ſub ſe reducat ſententiam.

שתי יה ש֗ת ש֗ת ת֗ש ש֗ת תשה שות: *Sect.* I.

Poſuit mihi DEUS *aliam plantationem* pro Abel, *quem evulſit* Kain.

Hoc loco accipimus תש pro *Abel*; eſt enim *Toſch* idem quod *evulſor*, cujuſmodi *Abelem* fuiſſe, nomen ejus oſtendit; ſiquidem DEO intentus novit omnium rerum, præter DEUM, vanitatem. *Schavat* autem pro *Kain* ſumimus, quia hic umbris, & ſimilitudinibus rerum caducarum, dum venatus eſt verum bonum perdidit; cujus loco *Seth* ſubſtitutus eſt. Vides igitur, quàm in nomine *Seth* pulchrè totus contextus citatus contineatur. Porrò Gen. XVIII. verſ. 6. de nomine *Abraham* ita legitur: ולא יקרא עוד את שמך אברם והיה שמך אברהם כי אב המון גוים נתתיך: ומלכים ממך יצאו: ושרי אשתך לא תקרא את שמה שרי כי שרה שמה: *Nec ultra vocabitur nomen tuum* Abram, *ſed diceris* Abraham, *quia patrem multitudinis gentium dedi te, & Reges exient ex te*; Sarai *quoque uxor tua non vocabitur* Sarai, *ſed* Sara *erit nomen ejus*. Nomen *Abram* ſignificat *patrem excelſum*, *patrem credentium*, cujus nomen variè combinatum, ac cabalico artificio reſolutum, præter innumeros alios ſenſus, hunc ſequentem reddit.

אברהם אברם

ראה חבורא *Reſpexit* DEUS
באברהם *in* Abraham
הוראה בו *& oſtendit in eo*

אב רב ורם *Patre magno & alto*
כבמראה *ſicuti in ſpeculo*
במהרה *quòd brevi* (citò)
יבוא מאור רב *veniet lux magna*
מרום בארם *de excelſo in* Syriam

ברו רב ורם ſcilicet *filius ejus magnus, & excelſus*
בר הבורא *filius Creatoris*, ſcilicet Chriſtus
והוא יברהם *& ipſe liberavit eos*, ſcil. filios hominum
ממרא *ab amaritudine* (peccati)
מארב *ab inſidiis* (ſcil. diaboli)
מהרמה *à maledicto.*
באמת *in fide*
אברהם Abraham.

Anagogicâ quoque tranſlatione ita exponi poteſt ex *Alabaſtro*. Quia ſicuti אב ſignificat *centrum*, & *principium omnis expanſionis*, ſive corporeæ, ſive intellectualis; ſic *Abraham* centrum eſt multitudinis nationum, vel catholicarum

C. VIII. rum gentium, quia המון id valet; eſt enim הם multorum hominum conferta, & totalis denotatio, unde המון quaſi אמון, id eſt fidelis multitudo catholica ſub uno complexu apprehenſa, quia fuit *Abraham* pater omnium. Et dignum eſt obſervatu, quod patriarcha *Abraham* figura fuit non ſolùm Chriſti, verùm etiam *Petri* apoſtolorum principis: ſicut enim *Abraham* juſſus eſt à DEO patriam & cognationem relinquere, ſic imperavit Chriſtus *Petro*, ut relictis omnibus ſequeretur ſe; & quemadmodùm diu ſterilis fuerat *Sara* uxor *Abrahami*, ſic etiam eccleſia gentium, quæ *Petro* in conjugium deſtinabatur, nondum filios pepererat, & veluti nomen *Abrami* mutatum eſt in *Abraham*, id eſt, centrum multitudinis catholicæ gentium, ſic *Simeoni* indita eſt appellatio *Cephas*; id eſt, *cardo expanſionis*, ſive centrum univerſæ diffuſionis. Significat quoque *Abraham* אב המון ſcil. *Patrem Romanum*: ſicuti enim ei promiſſum, quod in ſemine ejus benedicerentur omnes nationes terræ; ita in *Petro*, quod ſuper illum, & ſedem ſuam ædificaretur domus omnium, qui benedictionem in Chriſto conſequerentur. Et quemadmodum *Saræ* ablatum eſt opprobrium ſterilitatis, per nominis mutationem, & interpoſitionem litetæ ה; ita Eccleſiæ dempta eſt *Sect.* I. immunditiæ ignominia per crucis interpoſitæ contactum, quando omnes nationes ſub unius lintei velamine ad *Petrum* demiſſæ ſunt, & à DEO ſanctificatæ, & pro eccleſia gentilium appellata eſt eccleſia catholica. Qui Cabalicum artificium propoſitum penitiùs rimatus fuerit, percipiet quoque in nominibus, אשמעל יצחק, *Iſmaël* & *Iſaac*, rationem utriuſque teſtamenti, veteris & novi; ſub nominibus autem duorum fratrum *Jacob* & *Eſau* clarè repræſentatum videbit ſtatum eccleſiæ catholicæ in hoc mundo, & initium triumphantis. Nam quemadmodum ſynagoga ſe habuit ad eccleſiam, ut *Iſmaël* ad *Iſaac*, ita eccleſia præſens ad futuram in conſummatione hujus mundi ſe habet, ut *Eſau* ad *Jacob*: ita *Alabaſt.* Itaque ſynagoga dicitur habuiſſe umbram rerum futurarum, non ipſam imaginem: eccleſia habet imaginem, non autem ipſam ſpeciem veritatis, ſed ſub Chriſtianæ religionis cæremoniis, & totius catholicæ doctrinæ velamento, adhuc reconditur, donec veniat *Jacob*, qui appellatur תם, *ſimplex* & *perfectus*, qui dicitur apud *Eſdram* finis hujus ſæculi, & initium ſequentis immortalitatis, ut ſequitur.

אשמעל *Lex vetus.*
שלא שמע אל *Qui non audivit* DEUM.
אלא במשל *Niſi per umbras & ſimilitudines.*

שחק *Lex nova.*
יצחקי יה *Fecit mihi riſum* DEUS, id eſt, lege gratiæ lætificavit.
יצחק *Corridebit mecum*, id eſt, converſabitur DEUS incarnatus.
צחקה *Pura veritas hæc eſt.*

Pari ratione deprehendemus in ipſis nominibus duodecim filiorum *Jacob*, *Cabalico* reſolutis artificio, rationes ipſas, ob quas nomina ipſis impoſita, ut ſequitur.

ראובן

C. VIII. Sect. I.

ראובן Reuben.		שמעון Simeon.		לוי Levi.		יהודה Juda.	
ראה ה׳	*vidit* DEUS	שמע ה׳	*audivit* DEUS	ילו	*copulabitur*	יה	DEUM
בעני	*humilitatem meam*	ששנאח	*quod exosa*	וי	*vir meus*	הודה	*laudo,*
ודא	*& vir*	אני	*ego,*	אלי	*ad me,*	יה	*Domino*
אהבני	*diliget me.*	ושם לי	*& posuit mihi*	לבי	*quia produxi ei filios.*	אודה	*confitebor.*
		וזה	*etiam hunc.*				

דן Dan.		נפתלי Nephtali.		גד Gad.		אשר Aser.	
דני	*judicavit me*	יה	*luctata sum*	בגד בא	*feliciter venit*	אשרי	*Beata ego,*
יה	DEUS	נפתלתי	*contendique*			שאשריני	*quia beatam me dicent*
ויעני	*& exaudivit*			גידו	*opera ejus*		
בעני	*in*	בנפתלי	*cum æmula,*				
	afflictione mea,	ונפתלתי	*& prævalui.*	גדי	*victrix ego*		
ויתן לי	*& dedit mihi*			בגדי	*in sorore mea.*	אשרות	*mulieres.*
בן	*filium.*						

ישכר Issachar.		זבלון Zabulon.		יוסף Joseph.		בנימין Benjamin.	
ישש	*dedit mihi*	בזה לון	*in hac lite*	אספו	*abstulit mihi*	בן ימין	*filius dexteræ*
ה׳	DEUS	יזבלני	*manebit*	ה׳	DEUS		
שכרי	*mercedem*		*mecum*			בני	*filius*
	meam	מליני	*vir meus*	ספת	*defectum*		*meus*
שש	*quia dedi*			יספי	*addat*	מיי	*à Domino.*
	ego	יכל	*quia produxi*		*mihi*		
שכרי	*ancillam*		*duxi*	יה	DEUS		
	meam	לו ו׳	*ei sex*	מוסף	*addens*		
אישי	*viro*				*alium*		
	meo.	בנים	*filios.*	יוסף	*Joseph.*		

Hæc ferè ex *Alabastro*. Multa hoc loco similia adducere possemus, verùm quia de illis in Cabala *Hebræorum* fusè tractavimus, hîc iis diutiùs inhærere noluimus. Sufficiat hoc loco, quod nobis propositum erat, demonstrasse, in nulla aliarum linguarum præterquàm in *Hebræa*, nomina rebus perfectè convenire, & literis eorum quomodolibet transpositis accepta, sensus suos rei, quam denotant, convenientes aperire; quod sane si ullum aliud, ingens tum antiquitatis, tum præstantiæ dictæ linguæ argumentum est.

CAPUT IX.

De literis Coptitarum *myſticis, quorum lingua eſt una ex linguis primigeniis.*

HAbent *Coptitæ* in univerſum literas XXXII. quarum figuras, nomina, poteſtates, in fronte hujus operis præfixas contemplare, atque hiſce alphabetum ſuum conflant, quod quidem cum veterum *Ægyptiorum* alphabeto idem, ſi paucas literas dempſeris, eſſe in *Prodromo* oſtenſum eſt. Quemadmodum verò priſci *Hebræi* alphabetum ſuum diſponere ſolebant, ut ipſæ literæ, ſua myſticâ conſtarent ſignificatione, & elementa literarum, rerum omnium oſtenderent elementa, uti in *Hebræorum Cabala* fusè explanavit *Oedipus*, ita *Ægyptii* veteres degeneres cæteroquin à vera *Hebræorum* propagine, proavorum tamen, unde deſcenderant, veluti ſimiæ, eo ſuas literas ordine diſpoſuerunt, ut literarum, characterumque figuræ diverſæ quidem eſſent, ſignificatio autem cum *Hebræis* in omnibus eſſet arcanorum prorſus analoga. Hoſce veteres myſtagogos ſecuti ſunt poſteriores *Coptitæ*, qui retento alphabeto veterum parallelâ quadam ratione multa ſanè, quæ ſacroſanctæ fidei noſtræ myſteria concernunt, ſub hujuſmodi literarum figuris, numeris, & myſticis ſignificationibus ita abdiderunt, ut hoc ipſo priſcam illam hierophanticam ſapientiam in omnibus ſe affectaſſe innuerint, quod & magnus ille *Dionyſius Areopagita, in myſticis ſuis libris de Divin. nom. cap. 9.* hiſce & ſimilibus verbis paſſim indicat: Mentem ſcilicet reſpondere capiti, opinionem cervici, pectori animum, cupiditatem ventri, crura verò & pedes naturam denotare. Quæ omnia ex mente *Ægyptiorum* hierophantarum dicta in *Oedipo Tract. de hieroglyphicis partium humani corporis ſymbolis* fusè oſtendimus.

Quid aliud baculus ille Tauticus S. *Antonii* Ægyptii manibus in ſimilitudinem T literæ efformatus denotat, niſi anſatam illam *Serapidis* crucem, ſalutis normam, rectitudinis ſymbolum, & futuræ veluti vitæ myſticam teſſeram, de quibus *Prodromum* fuſius tractantem conſule.

Siquidem characteres myſticos veterum, cum primi illi Ægypt. Patres inſigni rerum divinarum notitia inſtructi conſiderantes magnam cum noſtris fidei myſteriis affinitatem habere deprehenderent, eos in uſum quoque ſacris ſuis ſtudiis, quibus unicè incumbebant, tranſtuliſſe. Epiſtolæ quædam S. *Pachomii* & *Theodori* ejus diſcipuli, quorum meminit *Gennadius* Maſſilienſis ſcriptor pervetuſtus, ad diverſa *Ægypti* monaſteria exaratæ, quas non ita pridem detectas, pro ſuo erga Rempublicam literariam affectu, mecum communicavit inſignis ille *Lucas Holſtenius* philologus clariſſimus: in quibus veterum ſcribendi rationem prorſus obſervare videtur, dum nunc latentis arcana divinitatis, nunc occultum animorum cum DEO nexum, nunc vitæ ſanctè, beatèque inſtituendæ rationem abſtruſiſſimis ſanè metaphoris, paraboliſque intricatiſſimis, nunc ex forma, & figura literarum, jam ex numeris ſub eo latentibus, ſubinde ex ipſa literarum ſignificatione deſumptis, ita appoſitè deſcribit, ut *Ægyptiorum* hierophantam, ſeu *Pythagoram* quendam Samium, ſua eructantem ſymbola te legere diceres. Meminit hujus arcanæ ſcribendi rationis S. *Cyrillus in quadam epiſt. ad S. Leonem Papam*, & *Sozomenus libro 3. hiſt. Eccles. c. 23.* ubi ait in tabula *Pachomii*, quam ab angelo accepiſſe fertur, ſcriptum

Monachi Ægyptii ſequebantur hieroglyphicam doctrinam veterum Ægyptiorum.

Cap. IX. ptum fuiſſe: Totum conventum in 24. claſſes juſſu angeli diſtinctum eſſe, & ſingulas claſſes ſingulis literis græcis vocatas, juſſiſſe quoque, ut v. g. ſimpliciores vocarentur α vel ι, vafri autem ſeu verſipelles ζ vel ξ, ut alii aliarum literarum notis appellarentur, prout forma literæ rationem vitæ claſſis cujuſvis aptè videretur exprimere. In vita S. Pachomii ita legitur. *Præceptum quoque erat, ut juxta numerum elementorum, & græcarum literarum, viginti quatuor monachorum turmæ conſtituerentur, ita ut ſingulis turmis imponerentur ſingularum nomina literarum, id eſt ab α, & deinceps uſque ad ω, ut cùm interrogaret quis Archimandritam de aliquo, in multitudine tanta facili reſponſione cognoſceret v. g. cum diceret qualis eſſet α, vel ζ, & rurſus λ, vel σ, proprio quodam ſigno nominis literæ, uniuſcuiuſque turmæ mores exprimeret, ſimplicioribus, & innocentioribus α, ι. nomen imponens, difficilioribus autem ξ competenter accommodans, ita ut pro modo converſationis, & præcepti, ſingulis turmis, literarum elementa concinnarent, ſolis ſpiritualibus hæc ipſa quæ ſignificarentur ſcire valentibus.* Verùm ut lector aliquod ſaltem hujus reconditæ ſcriptionis, ejuſque ſolutionis ſpecimen videat, viſum fuit hîc unicum tantùm paradigma proponere: quod ex prima S. *Pachomii epiſtola* decerpſimus, ſic enim in quadam epiſtola ad *Cornelium* Archimandritam monaſterii *Mochanzæ* ſcribit Pachomius. *Fac opus Jauda. Pone Delda ante oculos tuos, ut benè ſit animæ tuæ. Cane κω, ne forte ſæculum tibi cantet ιω. Ne obliviſcaris Kalendarum* &c. Numquid Kalendæ ſunt Paſcha? & ſic de aliis, quæ nos ſubſidio linguæ *Coptæ* ita interpretamur.

Specimen Aſceticæ diſciplinæ ab Ægypti monachis Hieromyſtarum ad modum accommodatum.

Alleg. 1. Fac opus Jauda.

Dum igitur in epiſtolis ſuis dicit Abbas Pachomius *Opus fac Jaudæ*, vir ſanctus nihil aliud intelligit, niſi quod ei, qui ad eminentem vitæ religioſæ ſtatum vocatus eſt, omnia in ſimplicitate, & ſinceritate, cum intentione recta ſine ullo ad proprium commodum, utilitatemque reſpectu peragenda ſint. Quod enim μόνας inter numeros, id Jota inter literas Ægyptiacas, è qua, veluti omnium minima, cæteræ omnes literæ componuntur, ita ſincera & recta intentio humiliſque coram DEO converſatio, cæterarum actionum, operationumque altiſſimarum in ſpirituali ædificio adhibendarum primum veluti fundamentum eſt, cætera omnia componens. Unde non immeritò pueris id ſanctus vir applicabat, qui cum impolluti ab hoc ſæculo, nihil adhuc ex falſis mundanarum rerum illecebris guſtaverint, puro naturæ inſtinctu, ſine ullo dolo, fuco, ac præpoſteræ intentionis verſutia peragere ſolent, cùm præterea Jota lingua Ægyptiaca, nihil aliud, quam parvulum denotet, an non appoſitè ad illud cœleſtis magiſtri, epiphonema, *niſi efficiamini ut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*, alludit? Atque hoc primùm eſt, quod tamen fuſius aliis enodandum relinquo.

Sect. I.

Jauda ſeu Jota.

Expoſitio Allegoriæ.

Cum porro in eadem epiſtola dicit *pone* Δ *ante oculos tuos, ut bene ſit animæ tuæ*, nihil aliud denotare videtur, niſi perfectam divinarum virtutum imitationem, juxta illud: *Eſtote perfecti, ſicuti pater veſter cœleſtis perfectus eſt*, quod fit per unionem illam, conformitatemque intellectus, voluntatiſque noſtræ cum divina. Cùm enim Platone teſte Δ figurarum omnium prima ſit, quod reliquas omnes figuras, id eſt, omnium entium perfectiones, quæ ſunt veluti numeri quidam, & figuræ, componat, & in quam omnes reſolvantur, certè ſumma ratione à priſcis patribus id pro divinæ eſſentiæ ſymbolo, divinarumque perfectionum emanationumque archetypo aſſumptum fuit, uti fuſiùs in noſtra *Geometria hieroglyphica* oſtendimus.

Alleg. 2. Pone Δ ante oculos tuos, ut bene ſit animæ tuæ.

Cap. IX. Δ igitur ante oculos ponendum eſt, id eſt, divinarum perfectionum ſpeculum, & juxta id reliquæ omnes operationes ordinandæ, ut benè ſit animæ, ut nimirum per continuam ejus contemplationem mereantur fieri conformes imaginis filii ſui. Siquidem nihil dignius eſſe poteſt, quàm ut homo conditoris ſui ſit imitator, & ſecundum modum propriæ facultatis executor: ut pulchre demonſtrat Angelicus Doctor opuſc. 65.

Alleg. 3. Canendum κὼ *quid ſignificet?*

Cum porrò ſinceris DEI ſervis corruptibilis carnis pondere preſſis nec dum ad ſtabilem illam æternæ beatitudinis, perfectæque unionis cum DEO connexionem aſcendere liceat, hinc canendum κω ſuadet, ne ſæculum impudentiſſimum ιω ipſis canat, eſt autem κω in lingua Ægyptiaca nihil aliud niſi vox lugentis, ſicuti *Ioh* vox intensè gaudentis, dum per continuos gemitus, & lachrymas ad dilecti præſentiam, & intuitivam fruitionem aſpirant, dum omnia hujus mundi arbitrantur ut ſtercora, dummodo Chriſtum lucrifaciant, iuxta illud cœleſtis magiſtri. *Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum, ſed triſtitia veſtra convertetur in gaudium*, videlicet ubi poſt ærumnoſam hujus vitæ uſuram veræ, & æternæ beatitudinis centrum fueritis conſecuti.

Kalendæ. Per *Kalendas* intelligit vocationem ad ſtatum religioſum ex ſæculari converſatione: dicebatur autem *Kalenda*, eò quod *Kalendis* menſium, ſive prima die uniuſcujuſque menſis memoria hujus tam inſignis beneficii celebraretur, quam conſuetudinem adhuc in Ægyptiacis monaſteriis vigere audio, vocatque T, eò quod hujuſmodi vocatio, ſalutis, quam T notat, pignus quoddam, & ſignaculum ſit, quo filii DEI, & commenſales Chriſti diſtinguerentur à filiis tenebrarum mundi hujus. Per H *beta* autem Paſcha illud intelligit, quo in regno cœlorum amici DEI edent, & bibent ſuper menſam Chriſti, *Sect.* I. replebunturque ab ubertate domus DEI, & torrente voluptatis potabuntur, videlicet in beatiſſimis illis æternitatis atriis.

Atque hæc ſunt, quæ breviter lectori circa myſticas literas S. *Pachomii* indicare volui, ceſtè ipſa genuina verba libenter hoc loco apponerem. Verùm cum plura eæ præſupponant ad myſticum alphabetum, characterumque arcanorum rationes ſpectantia, quam ut hoc loco, ubi quantum fieri poteſt ſuccincti eſſe conamur, pro temporis anguſtia tractari queant, ne res ex ſe, & ſua natura obſcuras coactâ quâdam brevitate majori caligine involveremus, ea conſultius Oedipo illi noſtro fido ænigmatum interpreti reſervare viſum eſt, ubi abſconditos harum epiſtolarum theſauros DEI gratia non integrè eruturos confidimus.

Linguæ Coptæ origo.

De literis igitur nunc ad ipſam linguam *Coptitarum* tranſeamus, de cujus etymo cum ſatis ſuperque in *Prodromo* tractatum ſit, id tantùm breviter hoc loco diſcutiendum reſtat. Utrum lingua Græca ab ipſis *Ægyptiis* proceſſerit, utrum non? Certe literas ab *Ægyptiis* primum per *Cadmum* ad *Græcos* tranſlatas, ex *Herodoto* in *Terpſichore* & *Timone* patet, unde & conſenſus ille vetuſtiſſimus totius *Græciæ* ſatis convincit literas à *Cadmo Græcos* accepiſſe, neque cauſa eſt, cur rem tam manifeſtam, aut negemus, aut *Tzetzæ* neganti aſſentiamur, qui duplici argumento probare nititur, *Græcos* ante *Cadmum* literas habuiſſe priores, quod oraculum redditum fuerit *Cadmo*. Altero argumento, quod *Bellerophon* antiquior *Cadmo* ſcriptas tabellas de ſua cæde attulit, utrumque argumentum futile eſt, & à Poëtis utrumque fictum.

Quare Cadmææ literæ vocatæ, ſi *Cadmo* auctori acceptæ non referuntur? Et ſi *Cadmus* auctor eſt, aut ſaltem primus doctor, & index earum in *Græcia*, quo-

Cap. IX. quomodo ante *Cadmum* literas habuere *Græci*, cùm vetuſtiores nuſquam repertæ ſint in veterum monumentis, quam ea, quæ καδμεῖα γεάμματα vocabantur, quibus omnibus ſubſcribit *Clemens Alexandrinus libr.* I. *Strom.* Unde etiam *Herodotus* ſcribit litteras fuiſſe vocatas *Phœnicias*: fuiſſe autem *Cadmum* & *Phœnicem Ægyptios S. Hieronymus* teſtatur temporibus videlicet *Joſue*, *Cadmum*, una cum fratre *Phœnice Thebis Ægyptiorum*, unde oriundi erant, in *Syriam* profectum fuiſſe, ut veriſimile ſit tempore *Othonielis* è *Phœnicia* in *Græciam* veniſſe, atque ibi in memoriam *Thebarum* Ægyptiarum, *Thebas* Bœotias condidiſſe, relicta fratri *Phœnici Phœnicia*, à quo & nomen obtinuit. *Ægyptii* autem viri literas alias, quàm quas à puero in Ægypto didicerant tradere non potuere. *Cadmum* igitur fuiſſe primum illum, qui *Græcos* literis Ægyptiis perfectè imbuit, nulli dubium eſſe debet. Fuiſſe autem ante *Cadmum* ſemen quoddam, ſeu rudimentum aliquod harum literarum, non tamen à *Palamede*, aut *Bellerophonte*, ut multi perperam conjiciunt, ſed à primo *Athenienſium* Rege *Cecrope* jactum (unde fabula poſtea emerſerit literas *Græcos* habuiſſe ante *Cadmum*) veriſimile eſt, ſiquidem *Cecrops* & ipſe Ægyptius, *Cadmo* uno ferè ſæculo antiquior & *Moyſi*, teſte *Euſebio*, σύγχρονος, ideo *Tzetza* teſte διφυὴς dictus fuit, quod Græcam & Ægyptiacam linguam ex æquo calleret, hunc etiam βυλατρείαν ex *Ægypto* in *Græciam*, una cum aliis ceremoniis tranſtuliſſe, auctor eſt *Pauſanias*, de quo & Tzetzes ita canit.

Quo tempore Cadmææ literæ græcis traditæ ſint.

Cecrops τείλωσος *& altitudo ejus.*

Primus omnium in Attica Cecrops *Rex, & primus qui vocatur* διφυὴς, *eò quod magnitudinem virorum duorum in longum haberet, & quod* Græcæ, *&* Ægyptiacæ *linguæ peritus eſſet.*

Literas igitur *Græcas* ab *Ægyptiis* primùm profectas, ex dictis patet, de quibus in Oedipo fuſiſſime. Utrum autem lingua *Græca* quoque ab *Ægyptia* proceſſerit, meritò quiſpiam dubitare poſſet, affirmativam in *Prodromo capite* 4 aſſerueram. Verùm quotidiana experientia inſtructior tandem comperi, linguam Ægyptiacam ex matribus unam αὐτόχθων, cùm nulla alia affinitatem, quantum quidem ex idiotiſmo, conjugatione, & inclinatione nominum colligere licuit, habere, neque nos movere debent vocabula ἑλληνισμὸν redolentia, voceſque Græcanicæ paſſim in lexico occurrentes. Siquidem hujuſmodi vocum cum Copticis vocabulis commiſtionem primum *Alexandri Magni*, & reliquorum ex *Ptolemaica* ſtirpe prodeuntium *Regum Ægypto* potiuntium temporibus, ex frequenti, quod ipſis cum Græcis ultrò, citroque commeantibus trecentorum & amplius annorum ſpatio intercedebat commercio contigiſſe, in *Oedipo* fusè docemus, & *Coptitæ* circa id à me conſulti id ipſum affirmant. *Sect.* I.

Lingua Copta, exceptis literis nullam alioquin cum Græca affinitatem habent.

Non itaque verba mea in *Prodromo Copto* hoc ſenſu intelligi velim, quaſi aſſeram, *Græcam* linguam ad *Ægyptiam* eâ ſe ratione habere, ut *Chaldæa*. v. g. lingua ad *Hebræam*, aut *Italica* ad *Latinam*, ſicuti quidam opinati ſunt, quarum hanc *Latinæ*, illam *Hebraicæ* linguæ filiam eſſe, nemo niſi dictarum linguarum imperitus inficiabitur: non enim ſentio *Græcam* ab *Ægyptia* originem ſuam immediatè traxiſſe, multò minus *Græcam* linguam, *Ægyptiam* corruptam dicendam arbitror. Sed totam ſimilitudinem utriuſque ad invicem ex vocum commiſtione, ut dixi contigiſſe, is noverit, qui unam cum altera ἀκριβέστερος contulerit. Poſſunt enim aliquæ linguæ iiſdem vocibus alteri linguæ applicatis uti, etiamſi ipſæ quoad ſubſtantiam toto, ut aiunt, cœlo diſcrepent: ita *Germanica* multas voces *Latinas*, *Italicas*, *Gallicas* ſuis interſerit. *Latina* quoque *Græca* vocabula libens ſuſcipit,

Cap. IX. cipit, cum tamen utraque diverſiſſima ſit ab iis linguis, à quibus mutuatur, quæ fuſiùs alibi tractata reperies. Quin & lingua *Copta* non *Græcis* tantum vocabulis, ſed & *Latinis*, & *Arabicis*, *Hebraïcis*, *Samaritaniſque*, ex vicinarum, ut reor, nationum conſortio utitur, quæ omnia Lexicon hoc noſtrum per ſequentia paradigmata declarat.

Ab Hebræis *mutuatæ hæ* Coptæ *voces.*

חמר	*Ghomer.*	ⲙⲓⲕⲟⲗⲉⲣⲟⲛ
שקל	*Siclus.*	ⲥⲉⲕⲗⲟⲥ
כר	*Corus,*	ⲙⲓⲕⲟⲣⲟⲥ
כור	*Regio.*	ⲭⲱⲣⲁ
תימן	*Auſter.*	ⲧⲉⲓⲙⲁⲛ

A Samaritanis *hæ mutuo acceptæ.*

ⲙⲩⲍⲫ	*Creavit.*	ⲧⲁⲗⲉⲝ
ⲛ.ⲍⲋⲟ	*Nablum.*	ⲛⲁⲃⲗⲁ
ⲙⲁⲫⲍ	*Libra.*	ⲗⲓⲧⲣⲁ
ⲙⲋ	*Bathus.*	ⲙⲓⲃⲁⲧⲟⲥ

A Latinis *ſequentes.*

ⲙⲓⲁⲇⲟⲝ	*Dux.*
ⲙⲓⲡⲣⲉⲧⲱⲣⲓⲟⲛ	*Prætorium.*
ⲙⲓⲕⲟⲩⲣⲁⲧⲱⲣ	*Procurator.*
ϯⲕⲉⲗⲗⲏ	*Cella.*
ⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ	*Caſtrum.*
ⲙⲓⲥⲕⲁⲗⲁ	*Scala.*
ⲙⲓⲧⲟⲙⲟⲥ	*Tomus.*
ⲡⲓⲭⲁⲣⲧⲟⲥ	*Charta.*
ⲉⲣⲅⲁⲛⲁⲣⲁ	*Centenarius.*
ⲕⲁⲣⲧⲁⲗⲗⲟⲥ	*Cartallus.*
ⲧⲁⲃⲟ	*Pavo.*
ⲙⲓⲧⲟⲙⲁⲣⲓⲟⲛ	*Codex rationum.*

Et ſic de cæteris quam plurimis, quæ in hoc opere paſſim occurrerunt, ſtatuendum eſt. Manet igitur, linguam *Ægyptiam* excepto charactere toto cœlo à *Græca* diverſam eſſe. Reſtat hoc *Sect.* I. loco dilucidandum, quomodo hæc lingua apud ſolos *Coptitas* manſerit, contigit id eâ, quæ ſequitur, relatione *Coptitarum.* Linguam *Coptam* videlicet maximè floruiſſe tempore *Seſtris*, id eſt *Seſoſtris* Regis *Ægypti*, eam verò declinaſſe in occaſum poſt *Cambyſis*, uti in univerſam *Ægyptum* ſibi ſubjugatam, ita & in antiquitatum, literarumque monumenta ſævientis tyrannidem, atque hanc fuiſſe primam cladem. Altera clades, quæ ab hominum memoria eam pænè abolevit, fuit *Græcorum* in *Ægyptios* imperium, nobiliſſimæque bibliothecæ *Alexandrinæ* per incendium omnibus ſæculis deplorandum interitus, quo præſtantiſſimorum lingua *Copta* conſcriptorum codicum, innumera perierunt exemplaria, nec quicquam remanſit deinde, niſi paucula inter ſacerdotes, & patriorum rituum ſectatores quædam veluti aſſumenta ex tam celebri naufragio relicta. Deficientibus verò paulatim ſacerdotibus, ritibuſque *Ægyptiis*, ita quoque hæc lingua paulatim defecit, ut vix ejuſdem veſtigium amplius ſupereſſe videretur, donec poſt ſalutiferum Chriſti adventum gentiles *Ægyptii* luce ſacri euangelii illuſtrati, relictas veluti tabulas, patriæ inquam linguæ fragmenta colligentes, ut potuerunt in integrum, ne lingua primæva, ac tot, tantiſque ſapientiæ notis inſignita prorſus peſſum iret, reſtituere conati ſunt, quam & in album doctrinalium idiomatum referentes, ea in ſacris eccleſiaſticiſque codicibus conſcribendis impoſterum uſi ſunt. Cur verò ſolam *Coptam*, non *Arabicam*, aut *Græcam* in ſacrorum uſum reſervaverint, cauſa fuit, partim ſumma erga patrium idioma affectio partim ut hac lingua nativa eccleſia Ægyptiaca à cæteris eccleſiis Orientalium veluti notâ quâdam diſtingueretur, neve Chriſtianæ fidei myſteria, ab infidelibus contaminaren-

Cap. IX. narentur, ea ſub lingua propria conſultò abdere viſum fuit. Quod & Syros Maronitas in hunc diem charactere ſuo *Karſuni* facere notius eſt, quam dici debeat. Porrò utrum hodiernâ die priſcorum adhuc codices, veteri hac lingua de profana literatura tractantes ſuperſint, meritò quiſpiam dubitare poſſet, certè uti nulla res me tam dubium perplexumque tenuit, quam hoc ipſum, ita nihil majori quoque curâ, & diligentia inquiſiviſſe me memini, quo æſtuantis ingenii fluctuatione id tandem conſecutus videor, ut curioſo lectori aliquid jam certi me adferre poſſe confidam. Nam hujuſmodi veterum vetere linguâ conſcriptorum codicum exemplaria in *Ægypto* adhuc ſupereſſe, præterquam quod frequenti cum *Ægyptiis* commercio mihi innotuerit, vel ipſa Scala magna ſat ſuperque teſtatur, in quo omnium rerum ad Theologiam, Medicinam, Phyſicam, Metaphyſicam, aliarumque artium, ac ſcientiarum profeſſionem ſpectantes nomenclaturæ ſcitiſſime uti proponuntur, ita eos non ab *Coptitis* excogitatas, ſed ex ipſis veterum auctorum authographis excerptas certius eſt, quàm dici debeat. Quin & catalogus paucorum quorundam, una cum catalogo patriarcharum, è celebrioribus *Ægypti* potiſſimum ex *Medraſe Cayri* Bibliophylacio, extractus, & *Romam* à *Peireſcio* ante 7 circiter annos tranſmiſſus ſufficienter declarat. Verùm ut curioſis antiquitatum ſtudioſis aliquam ad inacceſſos hujuſmodi librorum theſauros inquirendos occaſionem præberem, eorum titulos à me è *Copto* tradu-ctos in *Prodromo Copto* conſideret. Au-ctorum ut plerumque in Orientalium monumentis fieri conſuevit (eſt enim proprium *Coptitarum* prophanorum au-ctorum nomina ſilere) nomina non inveni adjuncta, ſed librorum titulos tantùm, ut de quibus ſinguli tractant, lectori innoteſceret, excerptos, quos citato loco vide. Jam *Coptiticum* alphabetum, commune & myſticum deſcribamus. *Sect.* I.

Primæva literarum Ægyptiarum fabrica, & inſtitutio facta à Tauto *ſive* Mercurio Triſmegiſto.

	Character Zoographus.	*Figura literarum vulgaris.*	*Græcorum ad eas affinitas.*
I.		ⲁ ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲇⲉⲙⲱⲛ *dicitur, id eſt,* Bonus Dæmon.	A
II.		ⲅ ⲅⲱⲙⲉ *dicitur, id eſt,* Norma.	Γ
III.		ⲇ ⲇⲁⲗⲧⲁ *dicitur, id eſt,* Bonus ager.	Δ

Cap. IX. *Sect.* I.

IV.		ϒ Proceſſus inferiorum ad ſuperiora ſymbolum eſt.	ϒ
V.		O ⲟⲫⲧ *dicitur, id eſt* Mundi Dominus.	O
VI.		λ ⲗⲁⲃⲁⲁ *dicitur,* Proceſſus ſuperiorum ad inferiora.	Λ
VII.		X Proceſſus animæ mundi ἄνω ☾ κάτω.	X
VIII. IX.		C Lunæ ſymbolum. □ ϐ O magnum.	Σ Ω
X.		σ ⲥⲓⲉⲉ *dicitur, id eſt* Viſio.	σ Σ
XI.		B ⲃⲓⲉⲉⲙⲓ *dicitur, id eſt,* Fœcunditas.	B βαῦ
XII.		ζ ⲍⲉⲱⲧⲉ *dicitur, id eſt,* Vita.	Z
XIII.		ϑ ⲑⲱⲑ *dicitur, id eſt,* Litera Thoth.	Θ ϴ Thita.

XIV.

XIV.		ⲫ ⲫⲓⲗⲟ *dicitur, id est,* Amor.
XV.		ⲙ ⲙⲙⲓ Aqua, litera est Κυριολογικὴ Ὕδατος.
XVI.		ⲝ ⲝⲁⲛⲑⲓ *dicitur, id est,* Catena.
XVII.	N	N Litera, idem est, ac processus rerum elementarium, ἄνω & κάτω, sive vegetabilium processus.
XVIII.	P	P κυριολογικὴ ἅρπαγος Figura desumpta ex harpagone, quo *Osiridis* corpus ex undis extractum.
XIX. XX.	 	ⲟ Sol. ϭ Luna. Signa κυριολογικά.
XXI.	ⲦⲦⲦ	T Litera *Thoth* sive *Tauti* DEI, *id est* Mercurii. *Thau* Hebræorum.

Primus itaque character seu litera, ex divaricatione pedum *Ibidis*, & rostro ejusdem transversim inserto, inventa, Ἀγαθὸς Δαίμων dicebatur, id est, *bonus dæmon*, initialibus literis sub una comprehensis: hic enim præter dictarum vocum capitales, ut dixi, literas ejus quoque portionis figuram, quam Δ passim sive ⲁⲅⲗⲟⲥ *Copticè*, hoc est, *bonum agrum* vocant, exprimit; atque hujus generis literarum, ut plurimum ex tribus, vel perseæ, vel papyri ramusculis sive thyrsis, in figuram primæ literæ alphabeticæ, quam sic exhibebant, adaptatis compositam in solemnitatibus Comasiarum *Deorum* statutis, ac potissimum *Mercurio* Ἱβιμόρφῳ, ex cujus avis figura inventa erat, præferebatur, quam & Hieralpham vocabant, sed jam singulas alphabeti hieroglyphici literas subjungamus.

A

Cap. IX. I.

Hic character idem significat, quod Ἀγαθὸς Δαί- *Sect.* I. μων, id est, *bonus genius*, & componitur ex initialibus literis A & Δ. Si enim producitur Δ litera, fiet A, quod in se monogrammaticè continet A & Δ, invenitur autem hæc litera hieroglyphica in omnibus ferè *Ægyptiacis* inscriptionibus, potissimum in *Obelisco Barberino*, *Lateranensi*, *Flaminio*, *Mahutæo*, *Mediceo*, ut infrà suis locis dicetur, quam & Hieralpham imposterum vocabimus.

II.

Hic character Ægyptiacè ⲅⲁⲙⲙⲁ, id est *Norma*, dicitur, & proprie *gamma* Græcorum literam exprimit, quo quidem hieroglyphicè nihil aliud indicatur, quam symmetria rerum hujus universi; unde mundi sensibilis moderatoris Hori manibus passim insertus spectatur: quemadmodum enim *normâ*, sive *gnomone*, omnia justâ mensurâ & proportione disponuntur in *Architectonicis* operationibus, ita universi genius in mundi sensibilis fabrica, omnibus justam dat proportionem, mensuram, pondus.

III.

Character hic ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ dicitur, id est, *bonus ager*, & eam *Ægypti* partem, quam Δέλτα vocant, indicat; quia ea regio præ omnibus aliis *Ægypti* provinciis, tum maximè salubris, tum rerum omnium humano generi necessariarum ferax est, ex *Ibidis* ibidem passim stabulantis incessu inventus: quia verò bonorum omnium ubertas à supremis potentiis influitur in hæc inferiora, aptè eam per pyramidalem, elementum ex divaricatione *Ibidis* pedum inventum, exprimebant.

IV.

Ibis aperturâ rostri, quam instrumentum circini dixerunt, occasionem ipsis præbuit inveniendi literam Y, quo charactere processum inferiorum ad superiora rectè indicabant, à centro nimirum ad circumferentiam; *Ibis* enim dum unâ rostri parte in arena infixa, alterius circumductione nescio quid circulare in arena relinqueret, uti in animalium observandis actionibus studiosissimi, ita & circini instrumentum, & centri ad circumferentiam motus occasionem inde ipsos reperisse, mirum non est.

V.

Character hic ⲟⲫⲑ dicitur, quod Ægyptiacè idem est, ac *Dominus Orbis*, æquivalet *Græcorum* O micron: ex *Ibide* pariter emanavit. *Ibis* siquidem subinde collum ita torquet, ut circulum imitari videatur; quod cùm notarent Ægyptii, à *Mercurio* in *Ibin* transformato, de insigni quopiam mysterio se moneri, superstitiosiùs persuadebant, ac proinde ipsi ⲟⲫⲑ nomen imposuerunt, quod idem est, ac *Mundi Dominus*: alludit ad hoc *Plutarchus lib.* de *Osiride* & *Iside*, dum nomen *Omphis* (verius dices *Ophta*) explicat.

VI. Hæc

Cap. IX.

VI.



Hæc litera *Ægyptiis* λαβδὲ dicitur, & præcedenti oppoſita eſt, ſicut enim præcedens proceſſum inferiorum ad ſuperiora, ita hæc ſuperiorum ad inferiora proceſſum indicat. Conſtituitur autem ex divaricatione pedum *Ibidis*, ex qua *Ægyptii* primùm Ægyptiaci cubiti, uti in *Mechanica* diximus, menſuram in arena progreſſu *Ibidis* impreſſam invenerunt, quæ ſuo loco pulchrè ex variis auctoribus probavimus. Invenitur autem paſſim hoc ſignum inter hieroglyphica, ut ſuo loco dicetur, reſpondetque hæc litera τῷ λάμβδα *Græcorum* & *Coptitarum*. *Sect.* I.

VII.

Ex binis præcedentibus literis naſcitur compoſita litera decadica, ſive veriùs decuſſis, quâ Ægyptii proceſſum animæ Mundi ἄνω & κάτω expreſſerunt, ex *Ibidis* geſtibus pariter inventa; *Ibis* enim divaricatis pedibus conſiſtens, & aperto roſtro, & collo dorſo innitente, dum aperto ore crepitat, hanc figuram exprimit. Vide quæ de hoc numerico hieroglyphico fuſiùs diſſeruimus in *Arithmetica hieroglyphica*. Reſpondet autem hæc litera τῷ χ *Græcorum* aut *Latinorum* X.

VIII.

Bovis caput exprimit hic character, & *Ægyptiis* idem ſignificat ac litera ϡ, quamquam nonnulli quoque hanc literam pro ω vel ϗ accipiant; *Ægpytiorum* tamen ſententiæ veriùs ſtandum exiſtimo, cum ad caput *Bovis* cornutum litera ϡ propiùs accedat. Notat autem conjunctionem *Solis* & *Lunæ*, ita quidem, ut caput *Bovis Solem*, cornua verò *Lunam* ſignificent. Verùm cùm de his paſſim toto hoc opere dictum ſit, ad loca propria lectorem remittimus.

IX.

Hic character σιεε dicitur, id eſt, *Viſio*, & reſpondet literæ *Coptitarum* ϭ, & τῷ Σ *Græcorum* ex capite Accipitris fuit inventus, qui cum acutiſſimi viſus ſit, rectè literam hanc iſti Numini, quod viſu omnia mundi receptacula penetraret, id eſt, *Soli* conſecrarunt. *Sol* enim diffuſione radiorum omnia fovet, animat, conſervat juxta illud: ἥλιος δὲ πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO · PUEBLA ·

Cap. IX. Character hic Ægyptiacè ⲥⲉⲉⲟⲛ dicitur, id eſt, *Fœ-* *Sect.* I.

X.

cunditas ; eſt enim ex *Arietis* capite , quod *Amun* vocabant, deductus, qui cum fœcunditatis ſymbolum ſit,rectè is capite *Arietis* cornibus in β literam tortis exhibetur.Unde & colligo hoc nomen βⲥⲉⲉⲟⲛ compoſitum eſſe,ex β videlicet & ⲥⲉⲉⲟⲛ, quaſi diceres,B litera Ammonis. Verum de hiſce vide , quæ in proprio Hierogrammatiſmo *Obeliſci Pamphilii* fuſius egimus.

XI.

Hic character Ægyptiacè ϩⲉⲟⲧⲥ, id eſt , *Vita* dicitur , nam uti in Hierogrammatiſmo Serpentis docuimus , fuit *Ægyptiis* Serpens ſymbolum vitæ : unde mirum non eſt , ex Serpentis tortuoſo corpore hanc originem ſuam traxiſſe ; ſed de hoc vide citatum locum.

XII.

Hic character *Ægyptiis* ⲧⲁⲩⲧ id eſt, litera *Tauti* dicitur, & hieroglyphicè nihil aliud ſignificat, quàm vitam mundi, quam Serpens circulo incluſus notat.Spectatur autem hujuſmodi hieroglyphicum paſſim in *Obeliſcis* , cæteriſque monumentis Ægyptiacis, uti ſuis locis oſtendemus.

XIII.

Ex præcedenti characterе natus eſt præſens character , quem *Ægyptii* ϥⲓⲗⲟ id eſt , *Amorem* vocant, oſtendit enim, omnia mundi membra , per vitam univerſalem , amore connecti ; unde & Sphæra amoris indigitatur , de qua pluribus tum in *Obeliſco Pamphilio*, tum in *Prodromo* , aliiſque hujus Operis locis egimus.

XIV.



Hic character *Ægyptiis* ⲙⲙⲟⲩ id eſt, *Aqua* dicitur, quia fluxum aquæ exprimit, atque adeo *κυκλογικὸν τῦ ὕδατος σύμβολον* eſt , reſpondetque M *Coptitarum, Græcorum* , *Latinorum*que, quo inter hieroglyphica nihil occurrit frequentius.

XV.

Hic character *Ægyptiis* ϫⲁⲡⲧⲓ id eſt , *Catena* dicitur , eo quod *Catenam* circulis connexam exprimat, & eſt *κυκλογικὸν τ̃ σειρᾶς τ̃ῶ Θεῶν σύμβολον* , uti *Pſellus* in *Zoroaſtreæ Philoſophiæ* expoſitione docet , & reſpondet Græcorum ξ.

XVI.

Cap. IX. XVI.



Hæc litera idem eſt ac rerum elementarium proceſſus ἄνω & κάτω, quam figuram, cùm folio 387 *Obel. Pamph.* amplè expoſuerimus, ſupervacaneum eſſe ratus ſum, iis hic diutiùs immorari.

Sect. I.

XVII.



Κυκλολογικὸν τῦ ἅρπαγος σύμβολον eſt, ideò & harpagonis figura deſcripta fuit, quo *Oſiridis* corpus à *Typhone* in fluenta Nili conjectum, ab *Iſi* extractum fuit, frequentiſſimumque eſt inter hieroglyphica, & ⲣ *Coptum*, *Græcum*que exprimit. Quare hæc de eo pauca ſufficiant.

XVIII.

Hæ duæ literæ κυκλολογικὰ τῦ ἡλίυ, & τῆς σελήνης σύμβολα, quid repræſentent, ex ipſorum figuris cognoſcitur, nimirum *Solem* & *Lunam*, & eadem ſunt, ac ⲇ & ⲥ *Coptiticæ* literæ. Videntur hæ literæ in pervetuſto fragmento ab immortalis memoriæ viro *Nicolao Pereiſcio* tranſmiſſo, quod hic apponam, ubi vides quatuor ſtatuas ſerpenti in circulum contorto incluſas, cùm characteribus ☉, & figura in medio |OC| quæ tametſi in *Supplemento Prodromi*, & *Obeliſco Pamphilio* expoſuerimus, ea tamen hoc loco veluti proprio uberiùs exponenda duximus.

XIX.

Litera ⲧⲁⲩ id eſt, *Thoth* ſeu *Mercurii* dicitur, & T *Hebræorum*, *Græcorum*que T exactè reſpondet, de quo integro tractatu vide *Obeliſcum Pamphilium*; ut proinde ſuperfluum ſit de eodem fuſius hîc agere.

Atque hæ ſunt 22 literæ, quarum in conſcribendis, conſignandiſque rebus ad commune hominum commercium pertinentibus uſus erat, quæ & ſimul hieroglyphicis inſcriptionibus ſerviebant. Ex quibus manifeſtè patet, literas has, utpote quæ myſteriosâ quâdam ſtructurâ conſtabant, hieroglyphicorum quoque uſum habuiſſe, atque iiſdem nomina integra concinnata hieroglyphicis inſcriptionibus inſeruiſſe, quæ uti in *Obeliſco Pamphilio fol.* 147 ubertim probata ſunt, & in ſequentibus interpretationibus ſuo loco, & tempore demonſtraturi ſumus, ſic eadem hoc loco iterare ſupervacaneum duximus.

CA-

CAPUT X.

De lingua Phœnicia, *una ex linguis primigeniis.*

Phœnicia regio fuit, & nunc est, quæ montis *Libani* occiduam plagam, *Tripolim*, *Sidonem*, *Tyrum*, *Berrhœam*, comprehendit. Dicta fuit *Phœnicia* à *Phœnice*, fratre *Cadmi*, qui colonias novas quæsituri, in hunc maris tractum ex *Ægypto*, (erant enim natione *Ægyptii*, ut in præcedentibus docuimus) appulerunt: & *Phœnix* quidem, operum magnitudine clarus, & ingenii perspicacissimi sagacitate, uti omnium *Aramæorum*, *Chananæorum*-que oculos in admirationem trahebat, ita quoque rerum potitus dominio, principem se totius nationis constituit; à cujus nomine regio postea *Phœnicia* appellationem apud posteros sortita fuit. *Cadmus* verò frater ejus, relicto dominio fratri suo *Phœnici*, novam in *Ioniam*, sive *Græciam*, coloniam molitus, iis characteres, literasque, quas secum ex *Ægypto* attulerat, primus communicavit, quæ deinde *Copticæ* nominatæ sunt, vel ut *Græci* dicunt, *καδμεῖα γεάμματα*. Sed hæc uti in aliis operibus meis, *Supplemento Prodromi*, *Oedipo*, & *Obelisco Pamphilio*, uti & in hoc præsenti opere ubertim egimus, ita ea diffusiùs describere, supervacaneum censui. Restat itaque solùm hoc loco demonstranda differentia inter *Phœnicias*, *Coptas*, *Græcas*, & *Samaritanas* literas; etsi enim paucos me legisse meminerim, qui de hujusmodi abstruso literaturæ negotio nodum difficultatis attigerint, atque adeò confusi in tanto antiquitatis labyrintho, veritati non congrua protulerint; mearum partium esse ratus sum, difficultatem dissolvere, & quoad fieri potest, rem dilucidare. Difficultas itaque in hoc consistit, quod nonnulli *Phœnicias*, & *Samaritanas* literas, easdem prorsus esse sibi persuadeant, atque unà easdem cum *Chananæorum* lingua & literis confundant; atque adeò ex multiplici auctoritate veterum id comprobare se posse putant, in quibus utrum punctum difficultatis tangant, tum videbitur, ubi priùs dictas veterum scriptorum auctoritates, ad veritatem confirmandam ab iis adductas, ad incudem reduxerimus.

Josephi, inquiunt, & S. *Hieronymi* sententiæ maxime favet *Græcorum* celeberrima illa traditio, *Cadmum* è *Phœnicia* literas primùm in *Græciam* attulisse, literasque *Græcas* majusculas, quibus solis olim utebantur tam *Græci*, quàm *Latini*, esse *Phœnicias*, quibus postmodum *Græci* quasdam addiderunt, ut linguæ suæ naturalem pronunciationem iis exprimerent, atque excolerent. Id lib. 2. testatur Herodotus græcorum historicorum antiquissimus, dum *Phœnices*, inquit, *qui cum* Cadmo *advenerunt*, &c. *cum alias multas doctrinas in* Græciam *introduxere*, *tum verò literas*, *quæ apud* Græcos, *ut mihi videtur*, *antea non fuerant: primæ quidem illæ extiterunt*, *quibus omnes* Phœnices *utuntur: progressu verò temporis unà cum sono mutaverunt modulum pristinum*. Hoc autem potissimùm probat ex antiquis inscriptionibus superstitibus. *Quin ipse vidi apud* Thebas *Bœotias in Ismenii* Apollinis *templo literas Cadmæas in tripodibus quibusdam incisas*, *magna ex parte consimiles Ionicis*. Refert *Herodotus* eodem loco tres ejusmodi inscriptiones. Eadem *Plinii* sententia *lib.* VII. *cap.* 56. & *Aristotelis* referente *Plinio*. Idem etiam paucis verbis lib. V. cap. 12. *Ipsa gens* Phœnicum *in gloria magna literarum inven-*

Cap. X. *ventionis, & ſyderum, navaliumque, & bellicarum artium.* Tacitus Annal. lib. II. *Fama eſt*, Cadmum *claſſe* Phœnicum *vectum, rudibus adhuc* Græcorum *populis artis ejus* (literarum) *auctorem fuiſſe.*

Joſephus initio *lib.* I. *contra Appionem* teſtatur, *Græcorum* hiſtoricos, qui ſibimetipſis literarum uſum quàm vetuſtiſſimum vendicare volunt, eum à *Phœnicibus* & *Cadmo* repetere. Hoc refert *Euſebius*, & probat *lib.* X. *cap.* 7. de præparat. Euangelica. Idem quoque teſtatur *Appion* Grammaticus, acerrimus Judæorum hoſtis: *Qui literarum*, inquit, *formam, & rationem tradidit* Cadmus, *non niſi multis poſt ætatibus pervenit in* Bœotiam, ut ex eo refert idem *Euſebius*, ejuſdem *libri cap.* 11. & 12. Aliud citat ex eodem *Appione* teſtimonium S. *Irenæus lib.* I. *cap.* 12. Græci *ſe à* Cadmo *primùm ſex & decem literas accepiſſe confitentur, ac poſtea temporis progreſſu nunc aſpiratas, nunc duplices invenisse. Poſtremùm verò omnium* Palamedem *longas adjeciſſe tradunt.* Clemens Alexand. Stromat. lib. I. paulò ante medium: Cadmus *literarum apud* Græcos *inventor, Phœnicius erat* ὅθεν καὶ Φοινίκεια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. Hoc *Ephori* teſtimonio confirmat *Diodorus Siculus*, initio, *lib.* 3. dum ex quodam antiquo hiſtorico refert, *Cadmum* primùm literas in *Græciam* è *Phœnicia* detuliſſe, & hinc vulgò dictas eſſe *Phœnicias*, atque etiam *Pelaſgicas*, eò quod primi *Pelaſgi* iis ſint uſi. Hinc *Timon* antiquus Poëta Φοινικικὰ σήματα κάδμου. Idem *Heſychius* in voce Φοινίκιος, & *Suidas* in eadem dictione, & in *Cadmo Quintus Curtius lib.* 4. de Tyriis: *Hæc gens literas prima, aut docuit, aut didicit.* Hiſce aſtipulatur Morinus in opuſculo Hebræo-Samaritico. *Si ſileret*, inquit, *hiſtoria, idem evidenter demonſtraretur tam ex ipſis literarum nominibus, quæ* Syriaca *ſunt, quàm ex ipſo* Sect. I. *literarum ordine, qui eſt utriſque unus & idem. Hoc autem de literis majoribus intelligendum eſt, quæ antiquitùs tantùm uſurpabantur, non autem de minoribus, quæ celeris ſcriptionis cauſa poſtmodùm inventæ ſunt. Quidquid ſit, de iſtius inventionis tempore, experientiâ certum eſt, omnes marmoreas inſcriptiones literis majuſculis eſſe inſculptas: præterea codices omnes ante mille annos iiſdem quoque characteribus eſſe deſcriptos, inveniri quoque nonnullos hoc tempore poſteriores. Hoc paſſim teſtantur Antiquarii viri docti*, Muret. in Epiſt. 40. Senecæ; Lipſius cap. de pronunciat: Linguæ Latinæ; Leo Allatius, animadverſ. in Antiquit. Etruſcas. *Vidimus ejuſmodi nonnullos* Romæ *in bibliotheca* Vaticana, Pariſiis *in* Regia, *aliiſque bibliothecis.*

Verùm *Joſephus Scaliger Animadverſionibus in Chronicon Euſebii* poſt notam M DC XVII. ulteriùs progreditur. Scribit enim alphabetum *Samaritanum* idem eſſe quod *Phœnicium*; ideò aſſumit antiquas *Ionum* literas, *Samaritanas* fuiſſe, idque demonſtrat ex duabus antiquis columnis in Via Appia effoſſis, indeque in hortos Farneſianos deportatis, in quibus literæ *Ionicæ* veteres ſunt inciſæ, anno Urbis conditæ 441. Ex illa inſcriptione alphabetum conſtruit, quod columnatim opponit alphabeto *Samaritano*, *Græco* hodierno, & *Latino*, ut loco citato quiſque conſpicere poteſt. Ex literarum iſtarum oculari comparatione colligit, *Græcas* ex *Samaritanis* ortas, & è *Græcis Latinas. Latinas* literas è *Græcis* ortas eſſe, planè certum eſt. Hoc affirmat Tacitus Annal. II. *Formæ literis* latinis *quæ veterrimis* Græcorum, *ſive* Etruſcos *eas* Demaratus Corinthius *docuerit, ſive* Evander Aborigenes; *ambo enim* Græci *erant.* Plinius *id αὐτοψίᾳ demonſtrat* lib. VII. *cap.* 58. *Veteres literas* græcas *fuiſſe eaſdem penè, quæ nunc*

Cap. X. *ſunt latinæ, indicio erit* Delphica *tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in palatio, dono principum* Minervæ *dicata.* Ideo paulò antè dixerat : *Gentium conſenſus tacitus primus omnium conſpiravit, ut* Ionum *literis uterentur.* Nec quis hoc diffiteri poteſt, cùm oculi ſint hujus rei teſtes. Majuſculæ enim *Latinorum* literæ *Græcis* majuſculis ſunt ſimillimæ. Hiſce reſpondet *Morinus*, plurimum dubius, & anceps, *Scaligeri* tamen placito perperam adhærere videtur, ſic enim dicit. At non ita certum eſt, characteres *Samaritanos* eſſe *Phœnicios*, neque tanta eſt ſimilitudo *Græcorum* cum *Samaritanis*, ut ex ea ſola colligi poſſit, ut vult *Scaliger*, characterem *Samariticum*, & *Phœnicium* eſſe eundem ; ea tamen eſt, quæ meo judicio rem probabilem reddit, & multò probabiliorem, ſi conſideremus id, quod omnes confitentur, ante primum templi excidium, *Iſraëlitarum* omnium, hoc eſt, *Judæorum*, & *Samaritanorum* eundem fuiſſe characterem, eumque fuiſſe, qui nunc dicitur *Samaritanus.* Nam cum undique *Tyrii* & *Sidonii* ab *Iſraëlitis* circumdarentur, anguſtumque admodum eſſet eorum territorium, nec ex eo, niſi per *Iſraëlitarum* regionem excedere poſſent, nec illud ingredi, probabile eſt, omnes eorum charactere uſos, ſive ab *Iſraëlitis Phœnices*, & *Chananæi*, illum acceperint docente eos *Abrahamo*, ſive *Iſraëlitæ* à *Chananæis*, quod multò probabilius exiſtimo. Hoc etiam ſuaderi poteſt *Chœrilli* antiquiſſimi Poëtæ teſtimonio, quod referunt *Joſephus lib.* I. *contra Appionem*, & *Euſebius lib.* IX. *de præparat. Euangel.* qui de *Judæis* verba faciens, ait, eos linguâ loqui *Phœniciâ.*

Γλῶσσαν μὲν φοίνισσαν ἀποσωμάπον ἀφιέντες.

Hoc admodum probabiliter confirmari poteſt ex eo, quod ſcribit S. Auguſtin. in expoſitione inchoata Epiſt. ad Rom. ante medium : *Interrogati ruſtici noſtri, quid ſint*, Punicè *reſpondentes* Chanani, *corruptâ ſcilicet, ſicut in talibus ſolet, unâ literâ, quid aliud reſpondent, quàm* Chananæi. *Phœnices* ſe *Chananæos* indigitabant, hocque erat ipſis tam conſuetum, ut *Phœnices* ruſtici ſe ipſos non aliter vocarent, quàm *Chananæos.* Qui igitur erant *Græcis* & *Latinis Phœnices*, ſibi erant *Chananæi.* Unde ibidem S. *Auguſt.* Chananæa *enim, hoc eſt*, Punica *mulier de finibus* Tyri & Sidonis *egreſſa* &c. *Sect.* I.

Teſtimonio S. *Auguſtini* planè conforme eſt, quod refert *Procopius lib.* II. *de Bello Vandalico*, duas ſuo tempore ſuperfuiſſe columnas in urbe *Tingitana*, quibus inſcriptum erat linguâ, & charactere *Phœniciis. Nos fugimus à facie Jeſu prædonis filii* Nave. *Phœnices* igitur erant, & regione, & linguâ & nomine *Chananæi* : quis dubitabit & charactere? Videtur *Morinus* in eadem ſententia eſſe cum *Scaligero*, ſed fallitur. *In opuſculo* Hebræo-Samaritano.

Sed dimiſſa hac quæſtione *Phœnicios* characteres fuiſſe *Samaritanos*, quam præcedentia teſtimonia certò confirmare videntur, aſſumamus quod tam efficacibus & antiquis argumentis demonſtratum eſt, quodque communis fama ab ultima antiquitate in hunc uſque diem invariata nobis tradidit : *Græcos* ſcilicet à *Phœnicibus* literas ſuas accepiſſe, ex eo neceſſariò conſequitur alphabetum *Hebraïcum*, ſeu *Phœnicium* non ſecus ac *Græcum* ex literis, conſonantibus, & vocalibus eſſe compoſitum. Quemadmodum enim *Latini*, *Ruſſi*, *Dalmatæ*, *Servii*, aliique populi literas ſuas à *Græcis* mutuantes, *Græcam* ſcribendi rationem ſecuti ſunt: quemadmodum iterum *Itali*, *Galli*, *Hiſpani*, *Germani*, cæterique *Europæi* literas ſuas à *Latinis* mutuati, *Latinam* ſcri-

Cap. X. ſcribendi rationem amplectuntur; ita *Græci* literis acceptis à *Phœnicibus*, *Cadmo* & *Phœnice Ægyptiis* acceptis, quam nos *Coptam* dicimus, non à *Samaritanis*, ſive *Hebræis* literis, ſive literarum formam ſpectes, ſive ſcribendi contrariam rationem, eorum procul dubio ſcribendi rationem à *Phœnicibus* acceptam imitati ſunt. Itaque à poſteriori licet argumentari, *Cadmus*, qui literas *Phœnicias* in *Græciam* detulit, vocales literas *Græcis* dedit, erant ergò *Phœnicibus* vocales literæ, quibus junctis cum conſonantibus ſyllabæ, & dictiones componebantur. Inſuper eidem argumento innixus colliget *Phœnices* præter vicinorum morem vocales literas ubique conſonantibus adjunxiſſe, non ſolùm ut *Hebræi*, cùm dictiones incipiebant, aut finiebant, vel cùm radicales erant, aut nominum formativæ, vel pronominum vicem ſuſtinebant. Unde enim ita completè ſcribere didiciſſent *Græci*, niſi à *Phœnicibus*, à quibus & literas, & vocales, & eorum nomina acceperant?

Conſimili exemplo, contrariâ tamen ratione id illuſtrabo: *Turcæ*, *Perſæ*, *Tartari*, ab *Arabibus* literas cum ſuperſtitione acceperunt: ideo eodem modo, quo *Arabes* ſcribunt. Tres tantùm vocales præter literas agnoſcunt; figuras habent 28, quas inter nullam agnoſcunt vocalem, licet iis non ſecùs quàm *Hebræi* non ſint deſtituti. Vocales iſtas literas in mediis dictionibus rarò collocant. Unde hoc? quia ab *Arabibus* ita ſunt edocti, à quibus literas acceperunt. Valida eſt igitur conſequentia, cùm è *Græco* ſcribendi modo *Phœnicius* colligitur. His accedit vocalium eadem utrobique ſedes, & eadem figura duarum præſertim, de quibus ambigi poſſet: E, ut Π quinto loco poſita eſt, nihilque aliud eſt E *Samaritanum*, quàm E *Græcum* ſeu noſtrum, à dextera in ſiniſtram ſcriptum. Si paginam inverſam reſpicias nihil prorsùs ab E *Græco* & *Latino*, quod hîc vides, *Sect.* I. differet. Eadem ratio quartæ vocalis ע *Ain o* illius figura *Samaritana* ad vocalem *o* proximè accedit, locus illius in alphabeto *Hebraïco*, *Samaritano*, & *Syriaco* eſt 16, in *Græco* 15. Sed ſi poſt *Epſilon* inſeras ϛ, quod vocat Scaliger Στίγμον βᾶν, vultque eſſe antiquum *Æolum* digamma, ſeu f, erit ejus eadem propriè ſedes in alphabeto *Græco*, quæ in *Hebraïco*, & *Samaritano*. De tribus cæteris nihil neceſſe eſt dicere.

Hunc *Phœnicum* ſcribendi morem confirmare videtur *Polybius* hiſtor. lib. 3. cùm enim quas copias *Hannibal* in *Hiſpaniis* reliquiſſet in *Italiam* profecturus, multaque alia minutè admodum deſcripſiſſet, ſibi objicit: Neminem ita ſigillatim iſta deſcribere potuiſſe, niſi aut ipſe ea feciſſet, aut finxiſſet. Reſpondet ſe ea collegiſſe ex *Æneæ* fabula ab *Hannibale* eo tempore deſcripta, quando erat in *Italia*. Hinc apparet *Polybium* linguam *Punicam* ſive *Phœniciam* non ignoraſſe; *Phœnicum* enim colonia erant *Carthaginenſes*. Nuſquam autem *Polybius* maximæ iſtius à *Latinis*, & *Græcis* in ſcribendo varietatis, nec hoc loco, qui huic commemorandæ erat idoneus, nec alibi, mentionem facit. Unde ſane colligere eſt, nullum inter *Græcos*, *Latinoſque*, & *Carthaginenſes*, ſeu *Phœnices* in ſcribendi ratione diſcrimen fuiſſe. Si enim hujuſmodi aliquod fuiſſet, ſilentio rem tam notabilem datâ hâc occaſione non involviſſet *Polybius*, cùm Hiſtoriæ ſuæ magna pars in rerum à *Romanis* cum *Carthaginenſibus* geſtarum enarratione conſiſtat. Sanè *Plautus* poëta comicus hinc occaſionem aliquam illudendi Pœnulo ſuo, aut aliquod ſcomma in eum ejaculandi ad plebis riſum commovendum captaſſet.

Denique id colligi poteſt ex S. *Auguſtino*. *Punicè* ſaltem mediocriter intelligebat, ut ex multis ſcriptorum ejus locis probatur, ſed præſertim ex

Cap. X. ſerm. 24. de verbis Apoſtoli, ubi relaturus proverbium *Punicum* præfatur. ſe *latinè* relaturum, eò quod, inquit, *non omnes punicè noſtis*, deinde dicit, proverbium eſſe apud eos antiquum. Quæ loquendi forma manifeſtè arguit, eum *punicè* intellexiſſe; *Punica* enim lingua erat vernacula pagis & oppidis regionis, in qua natus & educatus fuit, & cujus tandem epiſcopus renunciatus eſt. At nullibi S. *Auguſtinus* mentionem facit ſcriptionis *Punicæ* à dextra ad ſiniſtram, & propter vocalium abſentiam tam ancipitis.

Ecce lector, hæ ſunt rationes, quibus paulò antè citati auctores putant ſe demonſtrare poſſe, characterem *Samaritanum* & *Ionium*, ſive *Græcum* eundem eſſe; quam ſententiam nulla ratione ſubſiſtere poſſe, ſic oſtendo.

Dico enim primò, certum eſſe & indubitatum, linguam *Samaritanam* eandem eſſe cum *Hebræa* & *Aſſyria* lingua, ſolummodò dialecto differentem; characterem verò *Samaritanum*, & *Aſſyrium* non ſpecie quidem à lingua *Hebræa*, ſed tantùm characteribus ex differenti manu ſcribendo & dictas literas formando, natis differre. Quæ omnia cùm in præcedentibus uberrimè ex univerſis Rabbinorum monumentis demonſtraverimus, iis hîc immorari nolumus.

Dico ſecundò. Si lingua *Græca* ab *Hebræa*, & *Samaritana* originem ſuam invenit, id oſtendi deberet; attamen cùm in univerſæ linguæ *Græcæ* ambitu, ne quidem unicum *Samaritanæ* linguæ veſtigium reperiatur, clarè patet, linguam *Græcam* ad linguam *Samaritanam* affinitatem non habere.

Dico tertiò, Neque characteres *Samaritanos* ullum ad linguæ *Græcæ* characteres indicium præbere, quod ita oſtendo ſi characteres *Græci* à *Samaritanis* deſcenderunt, deberent utique eundem ſcribendi modum tenere *Græci*; ſed nunc totum contrarium nos docet experientia; nam *Hebræa*, ejuſque filiæ *Samaritana*, *Chaldaïca*, *Syriaca*, ſeu *Aramæa* à dextra ad lævam ſcribunt, *Græci* verò contrario motu, ex læva ad dextram ſcriptitare ſolent & inde ſat patet, *Samaritanum* characterem cum *Ionio Græco* eundem eſſe non poſſe. Quod verò urgent, *Phœnices Samaritanam*, ſeu *Chananæam* linguam calluiſſe, quamque poſtea in *Carthaginem Africæ* ſub nomine *Punicæ* linguæ propagarint, id quoque libenter, uti poſtea demonſtrabitur, ipſis concedimus; ſed & characteres *Samaritanos*, cum *Græcis*, & *Carthagine* uſitatis, eoſdem eſſe, doleo me in hoc ipſis ſubſcribere non poſſe. Verumtamen ut veritas quàm luculentiſſimè pateat, quinam ſint characteres illi *Cadmæi*, quibus *Græci Ione*s ex *Phœnicia* adductis primò uſi ſunt, reſtat demonſtrandum. *Sect.* I.

Omnes auctoritates paulò antè ex veterum monumentis adductæ apertiſſimè monſtrant, literas à *Cadmo Phœnicis* fratre in *Græciam* primùm allatas fuiſſe, quod nos ubique paſſim docuimus, & adverſariis in hoc conſentimus, ſed Cadmæos hoſce characteres, quos totius antiquitatis conſenſus exinde καδμεῖα γεγράμματα dicit, eoſdem cum *Samaritanis* eſſe ob cauſas jam prædictas, conſtanter nego, & hoc pacto oſtendo.

In præcedentibus docuimus, *Cadmum* & *Phœnicem* fratres fuiſſe *Ægypto* oriundos, qui novas colonias fundaturi, in *Phœniciam*, quæ tunc temporis terra *Aram*, ſive *Aramæa*, pars terræ *Canaan* dicebatur, à *Phœnice*, poſtea ab *Aramæis* in Regem aſſumpto, *Phœniciæ* nomen obtinuit: *Cadmus* itaque regno fratri relicto unà cum literis & characteribus *Ægyptiacis*, quas addidicerat, in *Ioniam Græciæ* profectus, dictas literas primus indigenis communicavit; characteres itaque *Græcos* docuit, non *Samaritanos*, non *Phœnices*, ſed *Ægyptios*, quos nos *Coptos* vocamus,

Cap. X. camus, à *Copto* urbe prima, à qua *Ægyptus* nomen meruit, uti in Prodromo oſtendimus. Qualeſnam hi characteres fuerint, ſi quæres, dico, *Ægyptios* priſcos, uti ex ſe, & ſuâ naturâ ad abſtruſiora proni erant, ita quoque ea quæ ſcribebant, per ſymbolicas literas denotaſſe; unde duplex alphabetum in uſu habebant; unum myſticum ex animalium ipſis ſacrorum motibus, membrorumque agitatione, ſagaci induſtria compoſitum, quod & hieroglyphicum appellabant; alterum vulgare, quo in rebus publicis utebantur, cujus tamen literæ ab Hieroglyphicis, ſeu myſtici Alphabeti literis non diſcrepabant, prout lector ex utroque alphabeto in præcedentibus poſito videre poterit. Atque hujuſmodi literæ fuerunt illæ, quas veteres καδμεῖα γεάμματα dicebant; quæ uti myſteriis conferta exiſtimabantur, ita quoque *Cadmus* ea, veluti literarum novam, & inſolitam formam, dignam judicabat, quæ *Græcis* curioſioribus communicarentur. Neque quiſquam ſibi perſuadeat, uti nonnulli, qui priſcæ literaturæ haud periti, ex ſimilitudine literarum, non *Græcos* ab *Ægyptiis*, ſed *Ægyptios* à *Græcis* literas primùm accepiſſe ſentiunt; quod uti omnium Veterum conſenſui contradicit, ita quoque explodendi ſunt. Sed hiſce propoſitis, utrum alphabetum *Samaritanum Ionico* alphabeto reſpondeat, videamus.

Joſephus Scaliger utrumque in ſuis *animadverſionibus in Euſebium* ponit, atque operosè nimis oſtendere conatur, literas *Samaritanas Ioniis* omninò reſpondere, quod ut probet, dici vix poteſt, quàm coactè, quàm anxiè omnia ex antiquis inſcriptionibus, præſertim ex inſcriptione in Via Appia repertâ, comprobare nitatur; ſed non aliud, niſi aërem verberat: primò enim, uti comparanti literas cum literis patet, nihil quod exactè ſimilitudinem aliquam habeat, ſed coactis auctoritatibus omnia ſe probare poſſe putat. Falſa omnia; cum ex prædictis clarè pateat, *Samaritanos* characteres, præterquàm quòd à dextra ad lævam formentur, è contraria parte *Græci*, uti Hebræorum alphabetum, non niſi 22 literis conſtare, ſolis conſonantibus, ſine vocalibus; *Græci* verò 28 characteribus, quibus *Ionicum* alphabetum conſtat, utuntur, unà cum conſonantibus, vocalibus ei inſertis: accedit, quod ordo literarum *Samaritanarum*, ab ordine literarum *Ionicarum*, plurimùm differat: deberet autem concordare, ſi *Ioniæ* literæ à *Samaritanis*, ſive *Phœniciis* deſumptæ fuiſſent; putat enim *Phœnicias* literas eaſdem fuiſſe cum *Samaritanis*, quod tametſi concedi poſſit, non exiguam tamen difficultatem patitur placitum *Scaligeri*; cùm enim *Phœnix* non *Aramæus*, *Chananæus*, aut *Samaritanus* fuerit, ſed *Ægyptius* natione; multò vero ſimilius eſt, eum nec *Aramæam*, aut *Samaritanam* linguam, multò minùs characteres noviſſe; unde non tam à *Phœnicia*, cui dominabatur, *Phœnicii*, quàm à *Cadmo Cadmæi*, cum uterque *Ægyptius* fuerit, dicti fuerunt. Verùm, ut quæcunque hucuſque dicta ſunt, luculentiùs cognoſcantur, hîc alphabetum utrumque; *Samaritanum & Græcum Ionium*, prout *Scaliger* in ſuis animadverſionibus deſcribit, apponendum cenſui, queîs & alphabetum *Cadmæum*, id eſt, *Ægyptio-Coptum* unà exhibemus, ut ex comparatione literarum unius Alphabeti, cum alterius facta, quænam ad Alphabeti *Ionici* literas maximè concordent, æquus lector cognoſcat, & inveniet, non *Samaritanum*, ſed *Cadmæum*, ſive *Ægyptium*, & ordine, & numero, literarumque ſimilitudine, *Ionio* exactè reſpondere, exceptis paucis, quæ poſteris temporibus alphabeto *Copto* acciderunt.

Sect. I.

TABULA,

Qua characterum Samaritanorum *cum* Ionicis & Copticis *sive* Ægyptiis *comparatio instituitur.*

Litteræ Samaritanæ ex numis.	*Litteræ Jonicæ*	*Litteræ Coptæ seu Ægyptiæ.*	*Litteræ Samaritanæ*	*Valor Literarū*
𐤀	Α Α Α α	Α *Alpha*	𐤀	A
𐤁	Β β	Β Β *vida*	𐤁	V
𐤂	Γ ∧ γ	Γ Γ *Gamma*	𐤂	G
𐤃	D Δ δ	Δ Δ *Dalda*	𐤃	D
𐤄	Ε Є ε	Є Ει ἐπίσημον *Epsylon*	𐤄	E
𐤅	S F C	Ϛ Ϥ *So*	𐤅	S
𐤆	Ζ ʔ	Ϛ ϛ *Zyda*	𐤆	Hh
𐤇	Η η	Η *Hida*	𐤇	I
𐤈	Θ Θ ⊟ θ	Θ Θ *Thita*	𐤈	T
𐤉	Ι ι	Ι Ι *Ita*	𐤉	ch
𐤊	Κ κ	Κ Κ *Kabba*	𐤊	V
𐤋	Λ L λ	Λ λ *Lauda*	𐤋	L
𐤌	Μ Μ μ	Ϻ ϻ *Mi*	𐤌	M
𐤍	Ν Ν ν	Ν Ν *Ni*	𐤍	N
𐤎	Ξ ξ ξ	ξ *exi*	𐤎	S
𐤏	Ο □ ο	Ο Ο ο	𐤏	A
𐤐	Ι Π	Π Π π ι	𐤐	Ph
𐤑	Ϡ Λ	Ρ Ρ *Ro*	𐤑	Ts
𐤒	G Ϛ *ch*	C C *Sima*	𐤒	Q
𐤓	R P ρ	Ꝑ Ρ *Ro*	𐤓	R
𐤔	S Σ C σ	ɯ ɯ *Schè*	𐤔	Sch
𐤕	Τ τ	Τ *Tau dbr*	𐤕	Th
	Υ V ¥	Υ		
	Φ Φ ϕ	Φ Φ ϕ *ph*		
	Ψ Ψ	Ψ *psi* ψ		

Atque hæc est comparatio characterum *Samaritanorum*, quos *Scaliger Phœnicios* vocat, cum *Ionicis* veterum *Græcorum* literis, ex quibus colligit, & demonstrare conatur, *Ionicos* characteres eosdem esse cum *Phœniciis* sive *Samaritanis*; in quo valdè hallucinatur. Quis enim diligenti adhibita comparatione, vel minimum vestigium reperiat characterum *Samaritanorum* cum *Ioni-*

Cap. X. *Ionicis* ? Si quis ſingularum literarum ab eo inſtitutam expoſitionem penitius examinaverit, is apertè & luculenter inveniet, nihil ad ejus propoſitum demonſtrandum ſubſiſtere : neque quoad ſignificationem, neque quoad ſimilitudinem literarum, neque demum quoad modum ſcribendi *Samaritanis* proprium, uti paulò antè dictum fuit. Verùm ut hæc ad veritatis lineam reducantur, apponam hoc loco inſcri- *Sect.* I.
ptionem, quo mirificè triumphat *Scaliger*, quove demonſtrare ſe putat, *Ionicos* characteres, eoſdem cum *Samaritanis* ſeu *Phœniciis* eſſe. Inſcriptio *Ionicarum* literarum, quas *Herodotus* ſimiles eſſe dixit *Phœniciis*, lapidi inciſa, ex via Appia in hortos Farneſianos tranſlata fuit; ubi etiamnum ſpectatur, atque hæc eſt:

Exemplum inſcriptionis Ionicarum *literarum à priſcis* Græcis *lapidi inciſæ.*

ODENI. ⊗EMITON. METAKINESAI. EK. TO. TRIOΠIO. HO. ESTIN. ΕΠΙ. TO. TRITO. EN TEI. HODOI. TEI. ΑΠΠΙΑΙ. EN. TOI. HERΟΔΟ. ΑΛΡΟΙ. ΟΛΑΡ. ΛΟΙΟΝ. TOI. KINESANTI. MARTVS ΔAIMON ENHODIA; KAI. HOI. KIONES. ΔEMETROC. KAI. KOPEC. ANA⊗EMA. KAI. X⊗ONION. ⊗EON. KAI.

Id eſt, *Nemini liceat movere* (transferre) *ex hoc trivio, quod eſt juxta tertium*, ſcilicet lapidem, *in Via Appia, in agro Herodi* ; melius tamen erit, *melius eſt ei qui moverit, eſt enim ſub protectione dæmonis Viarum. Et canes Cereris, & puellæ anathema, & deorum terreſtrium.*

Jam videamus, an hiſce literis priſcorum *Ionum*, literæ *Samaritanæ*, ſive *Phœniciæ* reſpondeant:



&c.

Ecce hanc inſcriptionem *Phœniciis*, ſeu *Samaritanis* characteribus exaratam, inſcriptioni *Ionicis* literis deſcriptam ſupponimus, ut lector ex comparatione unius cum altero, colligat, quàm falſum ſit, quod *Scaliger* tam audacter de identitate *Ionicarum* literarum cum *Phœniciis* aſſeruit. Cui enim ſufficiet animus, ad legenda ea, quæ toto, ut ajunt, cœlo diſſonant?

Primò enim ſcribendi modus *Samaritanis* uſitatus eſt à dextra ad ſiniſtram, *Hebræorum* more; contra characteres *Ionici*, à læva ad dextram.

Secundò, *Ionum* alphabetum vocalibus conſtat & conſonantibus; *Samaritanum* ſolis, ſine vocalibus, conſonantibus, uti *Hebræorum*, *Syrorum*que alphabetum monſtrat, componitur.

Tertiò, uti dicta alphabeta in omnibus eſſentialibus diſcrepant, ita nulla quoque literarum utriuſque ad invicem collatarum ſimilitudo aſſignari poteſt; quod tamen, ut probaret *Scaliger*, alphabetum *Samaritanum*, ſive *Phœnicium Ionico* junxit, ut ſimilitudinem characterum evolveret, quam in ſequentibus ex variis veterum inſcriptionibus, vano labore, & oppidò coactâ ſimilitudine demonſtrat. Quid itaque nos de hac controverſia ſentiamus, partim in præcedentibus diximus, & hoc etiam loco paulò fuſiùs dilucidiuſque expoſituri ſumus.

Nota

Cap. X. Nota itaque lector, quando characteres seu literæ *Ionicæ*, *καδμαῖα γεάμματα* vocantur, ab auctoribus, illa *Phœnicia*, seu *Samaritana* dici minimè posse, ut ex paulò antè dictis lucu-lenter patet, sed *Cadmææ* literæ propriè vocantur eæ, quas *Ægyptias*, sive *Coptas* vocamus, quas *Cadmus* & *Phœnix* fratres, *Ægyptii*, novas colonias fundaturi, secum ex *Ægypto* in *Phœniciam* attulerant, ubi & *Phœnici* relicta colonia apud *Syros*, seu *Aramæos* fundandæ regioni primum nomen dedit *Phœniciæ*; *Cadmus* verò ad *Ionas* progressus, ibidem primum mysticum *Ægyptiorum* alphabetum, quod unà cum scribendi modo à juventute in *Ægypto* didicerat, tradidit. Atque hæc sunt propriè *καδμαῖα* illa *γεάμματα*, quę per abusum, à fratre *Cadmi*, *Phœnice*, posteri *Phœnicia* dixerunt. Sed hæc meliùs intelligi non poterunt, quàm comparando singulas literas *Ionum* cum *Coptis*, sive *Cadmæis* in præcedenti tabula positis, & invenies, ovum ovo non tam esse simile, quàm *Ionicas Coptis*, singulatim inter se collatas. Si verò quis dixerit, *Ægyptios* à *Græcis*, non *Græcos* ab *Ægyptiis* accepisse literas, is sibi consequenter contradicit; cùm jam in præcedentibus ex omni antiquitate ostenderimus, *Cadmum Ægyptium Ægyptias* literas *Ionibus* primùm multis ante *Ilium* ætatibus attulisse, & mysticum *Ægyptiorum* alphabetum sat superque demonstrat, quod non nisi ex sacrorum animalium motibus & gestibus desumptum, atque vel ante ipsum *Moysen* in usu fuisse, variis in *Oedipo* locis exposuimus. Restat altera difficultas hoc loco enodanda, quę est de *Phœniciorum* colonia in *Africam*, & *Carthaginem* ductа, ubi *Phœniciâ* linguâ locutos fuisse, ex *Plauto*, *Plinio*, Divo *Augustino*, suprà citatis constat, nec non ex inscriptionibus ad *Gaditanum* littus repertis.

Dico itaque, coloniam *Phœnicum* in *Africam*, & *Carthaginem* ductam nos negare non posse, quamvis de literis, à *Sect.* I. *Phœnicibus* acceptis, nulla prorsus apud veteres fiat mentio. Id itaque intelligendum existimem de lingua *Phœnicia*, non de literis; cùm enim lingua communis tempore *Phœnicis Aramæa*, linguæ *Hebraïcæ* dialectus fuerit, uti *Syriaca*, *Cananæa*, & *Samaritana*, toti passim terræ *Canaan*, seu *Palæstinæ* usualis; certè colonia *Phœnicum* in *Africam* translata, aliâ linguâ uti non poterant, quàm eâ, quam ab ineunte pueritiæ ætate didicerant. Quemadmodum itaque *Cadmus Ionicos* characteres tantummodò, non verò linguam, quam *Pelasgi*, progenies *Phaleg* in *Græciam* 300 ferè annis post diluvium, introduxerant, ita *Phœnices Afris* non literas, sed linguam solummodò communicârunt; unde & à *Phœnicibus Pœni*, & *Puni*, sicuti & lingua *Penicia* & *Punica* corruptis vocibus postea appellati sunt. Extant apud *Plautum* nonnulla hujus linguæ vestigia, quę ad sententiæ meæ confirmationem hîc adducta, exponenda censui. Sic autem loquitur *Plautus*. Introducit *Pœnum* loquentem.

Ny Thalonim valon uth si corathisima consit
Chim Jach chunith mumis thyalmyctabari imischi
Lipho canethyth bymichy ad udin Bynuthi
Byrnarob Syllo homaolinin uby myristoho
Bythlim mothyn noctothy nelechanti damascon
Issidele brimtyfel yth chilis chon, tem, liph
Utbynim Isdibur thinno cuthnu Agoradocles
Vbe manet ihy chyrs lycoeh sith naso
Binni id chil Juhili gubilim lasibit thim
Bodoalit herain niu nus tim moneoth lusim
Ex anolim volanus.

Quorum interpretationem aliarumque inscriptionum curiosus lector quam amplissimè descriptam reperiet in *Atlante polyglosso*, syntagmate *de Lingua Phœnicum* seu *Punica*.

SECTIO

SECTIO II.

De linguis primigeniis, quas matres vocant, quęque poſt confuſionem Babylonicam etiamnum ſuperſtites in uſu ſunt.

PRÆFATIO.

CONſtitutum eſt nobis in hoc tertio libro tantummodo de primigeniis linguis quas doctrinales vocant, agere, & de earum videlicet origine, antiquitate, propagatione, & corruptione, per quaſdam ſcitu neceſſarias annotationes veluti prodromo quodam rerum in Atlante ſecuturo exponendarum præludere: Itaque lectorem hîc primo notare velim, tria potiſſimum linguarum genera à tanta linguarum confuſione, & corruptione, utique divino quodam nutu, immunia reſtitiſſe, quæ & ea de cauſa quoque in ſacroſanctæ crucis trophæo θεάνθρωπῳ Chriſtus *mundi dominus & redemptor, titulo impoſito conſecrata fidelibus commendavit; fueruntque* Hebræa, *ſeu vernacula* Chriſti Syriaca, Græca, Latina, *unà cum earundem filiabus, ut videlicet per haſce magnalia Dei, & ſacroſancti euangelii veritas, univerſo mundo pateſceret, & ſacroſanctæ miſſæ ſacrificium ubique iis veluti privilegio ſingulari honoratis legeretur. Vocantur præterea doctrinales ob idiomatis diſtinctionem, eò quod tum in ſacris, & profanis conſcribendis, à doctoribus tantum ubique locorum uſurpentur. Quamvis verò linguæ* Hebrææ *in catholica eccleſia nullus in ſacris ſit uſus; in filiabus tamen,* Chaldaïca, Syriaca, Æthiopica, & Arabica *pro ritu, & conſuetudine dictarum gentium, earum uſus in ſacris permittitur, uti* Romæ, *ubi* Maronitæ Syriaca, & Arabica, Chaldæi *ſuâ*, Abyſſini Æthiopica, *ſolennioribus feſtis, juxta ritus ſuos, in hunc uſque diem peragunt. Sed jam ad particularia dictarum linguarum exponenda, calamum convertamus.*

CAPUT I.

De lingua Hebræa *linguarum omnium prima.*

HEbræam linguam primigeniam, & à DEO Opt. Max. protoplaſtis inſitam, ac proinde mundo coævam, nec non divino eloquio exornatam, jure uti dixi primigeniam eſſe, omnium S S. interpretum doctorumque communis ſententia eſt; & vel ex ipſis primævis nominibus, à DEO in ſacra ſua *Geneſi* expoſitis, quàm luculentiſſimè patet; ut proinde nimiùm audax, ne dicam temerarius cenſeri debeat, qui contrarium ſentiat. Verùm cùm hæc in præcedenti capite de primatu linguarum fusè tradiderimus, eò

Cap. I. lectorem relegamus. Quod verò *Goropius Becanus Belgicam* linguam primam omnium linguarum dicat fuisse, is illud non tam verè sensisse, quàm lepido quodam ingenii lusu asseruisse, existimandus est; cùm idem & majori jure de *Germanico* idiomate, cujus *Belgica* filia quædam est, dici possit, cùm vix ulla monosyllaba vox appellativa in *Germanica* occurrat, quæ non ad aliqua monosyllaba *Hebraica* reduci possit, quod & in aliis linguis experientia nos docet. Prima igitur omnium lingua est *Hebraïca*; quæ lingua sancta dicitur, quia hâc DEUS mundi opifex primus omnium *Adamum* & *Evam* appropriatis nominibus allocutus est, cui eâdem Protoplastus & *Eva*, DEO interroganti de lapsu respondere.

Goropius Becanus Belgicam primam linguam jocosè asserit.

Hæc est prima lingua, quâ primi patriarchæ ab *Adamo* ad *Noëmum*, continua successione usi sunt, uti ex nominibus, *Adam*, *Eva*, *Caïn*, *Seth*, *Enos*, *Caïnan*, *Melalael*, *Jared*, *Enoch*, *Mathusalem*, *Lamech*, *Noë*, quæ omnia purè Hebraïca nomina sunt, patet. Hâc post diluvium *Noë*, & tres filii, *Sem*, *Cham*, *Japheth*, in ea ante & post diluvium exercitati usque ad divisionem linguarum *Sect.* II. 276 annis unà cum universa generis humani congregata multitudine usi sunt; juxta sacræ *Geneseos cap.* I. effatum; *Erat enim tunc terra labii unius, eorumdemque sermonum* &c. Duravit itaque lingua sancta ab orbis origine, usque ad divisionem linguarum, annis 1932. Postea vero ex illa à DEO justis de causis immissa confusione, illa pariter in varia, & differentia idiomata distracta, maximam confusionem passa fuit, integrâ tamen in domo *Heber* usque ad *Abraham*, *Moysen*, Judices &c. in synagoga magna Rabbinorum usque ad *Christum*, & ultra adhuc existente, ad nos tandem pervenit mysteriis confertissima, de quibus vide, si placet, *Hebræorum* Cabalam, quam in II *Tomo Oedipi Ægyptiaci* quàm fusissimè descripsi; de quo, uti supra dixi, nulli dubium esse debet, nisi ei forsan, qui ex Utopia quandam linguam delatam, tunc temporis viguisse, sibi imprudentiùs, ne dicam stolidiùs persuaserit. Sed jam qua ratione, quave occasione illa in alia idiomata declinarit, videamus.

CAPUT II.

De lingua Chaldaïca, *una ex primogeniis linguis.*

Cap. II. *Babylonia* portio *Assyriæ*, ad *Tigris* & *Euphratis* confluxum, uti superiori libro dictum fuit, naturalem in terra situm habet, primorum post diluvium hominum, atque adeò totius humani generis colonia fuit, ibidem unà congregata, labii unius, ejusdemque linguæ, videlicet ex omnibus linguis primogenita; quæ tamen post confusionem ex simplici *Hebræa*, successu temporis in quintuplicem dialectum, *Chaldaïcam*, *Syriacam*, *Samaritanam*, *Arabicam*, *Æthiophicam* degeneravit. Et *Nembrodi* quidem soboles in *Babyloniam*, & *Assyriam* diffusa, primam subiit *Hebrææ* linguæ corruptionem, uti supra de *Nino* & *Assur* ostendimus, & nomina Regum tum *Assyriorum*, quorum sedes in *Ninive*, tum Regum *Chaldæorum*, quorum sedes in *Babylonia*, sat demonstrant. Certum itaque est, *Chaldaïcam* sive *Babylonicam* linguam unà cum *Assyriorum* monarchia semper, & assidua artium, scientiarumque cultura, legumque ac jurium, sine quibus nullum imperium consistere potest, promulgatione excultam longè lateque sua pomœria protulisse; sic enim naturâ comparatum est, ut is, uti & supra docui-

Lingua Chaldaïca in 5 principales ramos divisa.

Cap. II. docuimus, penes quem eſt ſumma imperii orbis terrarum adminiſtratio, cum legibus quoque & edictis ſuam linguam populis ſibi ſubditis tribuat, aut ſaltem, ſi non continuò in omnibus provinciis, quibus princeps imperat, ipſius idioma ceu vernaculum omnium ore verſari jubeat, & ſenſim tamen eò irrepſit, ut radicem ſuam quàm latiſſimè diffuderit, uti ex *Alexandri Macedonis* actis, *Romanorum*que Cæſarum hiſtoria luculentiſſimè patet. Tametſi verò hodiè tanta librorum copia in chaldaïſmo non extet, quanta in helleniſmo, latinoque ſermone, credibile tamen eſt, primæ monarchiæ tam latè patentis idioma, non minori, quàm alia duo, ſplendoris, elegantiarum, nominum verborumque opulentiâ inſtructum fuiſſe; ſed quod ſummopere deplorandum eſt, injuriâ temporum, maximam veterum monumentorum partem antiquiſſimæ linguarum, *Chaldaïcæ* theſauros, ſummo Reipublicæ literariæ damno periiſſe. Quis enim dubitaret, quin *Medi*, & *Perſæ*, qui clavem imperii, quam ab *Aſſyriis*, ut in præcedenti libro dictum fuit, vi & armis occupaverant, alternis tenuerunt, eorum quoque libros ex archiviis publicis expilaverint? certè *Alexandrum Aſſyriorum*, *Medo-Perſarum*que literaria monumenta, ad bibliothecam Alexandrinam poſtea incendio deſtructam, augendam ſuſtuliſſe, *Franciſcus Picus Mirandulanus* quàm diſtinctiſſimè in ſuo de doctrinæ veritate libro refert. Addit *Ariſtotelem Alexandri* magiſtrum in comparata bibliotheca, ſuppreſſis auctorum nominibus, quaſi mercem interpolatam in proprios uſus convertiſſe, quin vel ipſe *Clearchus* Ariſtotelicæ diſciplinæ haud ignobilis alumnus, in *libro de ſomnis* id claris verbis oſtendit; *cùm enim* Ariſtoteles *diſceptaret cum* Hyperochide Judæo, *qui ab altioribus* Aſiæ *locis ad maritimas civitates deſcendens, philoſophiæ amore ad* Ariſtotelem *venit, ipſemet fateri non ſit verecundatus, plura ſe ab eo accepiſſe, quàm is à ſe acceperit*: ita Clearchus. Quin vel ipſe *Plato* magni fecit *Chaldæorum* monumenta in ſuo *Alcibiade*, ac maximopere commendat magiam *Zoroaſtris*, quam nil aliud eſſe tradit, niſi divini cultus ſcientiam, quâ & *Perſarum* Reges erudiebantur ut ad Reipublicæ mundanæ exemplar, ſuam ipſi Rempublicam ritè adminiſtrare diſcerent; ſuccentoreſque aſtrologiæ facit: verùm cùm hæc tum ſuprà, tum in II. *Tomo Oedipi* fuſius deſcripſerimus, eò lectorem ablegamus; ubi & de *Sanchathoniate*, & *Beroſo*, priſcis *Chaldæorum* ſacerdotibus, aliiſque plura ex *Joſepho*, *Auguſtino*, *Ptolemæo*, *Lactantio*, *Juſtino*, *Ammonio* traduntur. Quidquid igitur hodie ex lingua *Chaldaïca* reſtat, id totum partim ex prophetia *Danielis* extractum fuit, partim ex *Thargumim Babylonico* & *Hieroſolymitano*, quorum auctores fuerunt *R. Onkelos*, & *Jonathas Ben Uziel*, qui paraphraſtica expoſitione Biblia in linguam *Chaldaïcam* tranſtulerunt.

Ariſtoteles *multa ex* Chaldaïcis *monumentis accepit.*

Sect. II.

Chaldaïcam itaque linguam, ſecundam poſt *Hebræam* ſtatuimus, immediatè poſt confuſionem ex *Hebræa* corruptam, ut jam ſæpiùs inculcavimus. Tertiam ex Hebraïca filiam conſtituimus *Chananæam*, ſive *Samaritiçam*, quam alii *Phœniciam* dicunt.

Chaldaïca *ſecunda ſtatuitur poſt Hebræam.*

CAPUT III.

De *lingua* Samaritana *seu* Phœnicia.

Differentia inter Hebræos & Samaritanos.

SAmaria *Ptolemæo*, tractus *Judææ*, & in eo ejusdem nominis urbs, civilibus tumultibus vastata, ab *Herode* restaurata, tandem *Sebaste* dicta fuit. De *Samaritanorum* studio, moribus, ingenio, S. *Epiphanius* in *Panario* sic scribit: Samaritæ *sive* Samaritani *à* Judæis *erant separati, non templum, non sacrificia aut cerimonias cum illis habebant communia; quinque tantùm libros* Moysis *legebant; prophetas, ac cætera sacræ scripturæ volumina rejiciebant, mortuorum resurrectionem unà cum Spiritu sancto negabant.*

Secta Hebræorum triplex.

Erat autem Judæorum *gens in tres sectas divisa; primæ sectæ assectæ* Esseni *dicebantur; secundæ* Sebuæi *qui cum* Essenis *in omnibus concordabant, præterquàm quod tempora solennium festivitatum mutarent; tertiæ sectæ* Gortheni, *pedissequi appellabantur à* Sebusæis *in temporum digestione discrepantes; ex quibus posteà orta est quarta secta, quæ fautores* Dosithei *dicebantur à reliquis sectis prorsùs dissentientes: nam resurrectionem mortuorum profitebantur; ab animatis abstinebant.* Sab-

Superstitio in observando die sabbathi.

bathum adeò superstitiosè servabant, ut quo in loco & statu reperiebantur, immobiles permanerent, donec diei majestas transisset; uti dicit *Origenes l.* 4. περὶ ἀρχῶν, *Samaritæ* verò cum *Judæis* odio incredibili dissedisse, præter eum locum à S. *Joanne in Euangelio* de muliere Samaritana cum *Christo* colloquente, allegatum, omnes *Hebræorum*, Rabbinorumque libri testantur. Dissidium originem inde habuit, quod templum, à *Samaritanis* in monte *Garizim* in despectum templi Hierosolymitani ædificatum, *Judæi* ab *Alexandro Magno Macedone*, obtenta facultate destruxissent, vel ex eo capite, quod sacra profanis miscentes, juxta gentilium morem, *Venerem* sub columbæ forma adorarent. Vide, quæ de hisce pluribus in I *Tomo Oedipi*, de *Diis Samaritanorum* transegimus.

Lingua & characteres Samaritanorum.

Quibus autem literis scriberent, aut linguam profiterentur, Divus *Hieronymus* in præfatione ad libros Regum paucis definit; *viginti & duas literas*, ait, *esse apud* Hebræos, Syrorum *quoque lingua testatur*, quæ *Hebræa* linguæ magna ex parte confinis est; nam & ipsi viginti duo elementa habent, eodem ferè sono, sed diversis characteribus; *Samaritani* verò pentateuchum *Moysis* totidem literis scriptitant, figuris tantùm & apicibus discrepantibus, certumque est *Esdram* post captam *Hierosolymam* & instaurationem sub *Zorobabele*, alias literas reperisse, quibus & nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem *Samaritanorum Hebræorum*que characteres remanserint. Verùm de hisce vide fusiùs tractatum in II. *Tomo Atlantis polyglossi*, & in præcedentibus, ubi de lingua *Samaritana* amplius egimus.

Etymon literarum Samaritanarum.

Dixi suprà, linguam *Samaritanam* esse eandem cum *Chananæa*, propagata à *Canaan*, unde regio *Canaan* nomen habet, in undecim filios divisa, inter quos & *Samaræus* nominatur, *Samariæ* fundator; constat enim *Chanaan Chami* filium, statim post confusionem eam partem occupasse cum undecim filiis, quæ à nomine suo innumeris ferè locis sacræ scripturæ, terra *Canaan*, & à posteris *Palæstina*, sive terra sancta dicta fuit; fueruntque post divisionem primi hujus partis orbis incolæ, siquidem & inde patet, quod *Abraham* 50. post divisionem gentium annis, ex *Chaldæa* in terram *Canaan* profectus dicatur. Quemadmodum igitur illi undecim filii *Canaan*, quisque sibi locum ad inhabi-

Samaræus Samariæ fundator.

Fundatores urbium in terra Canaan.

Cap. III. habitandum elegit, ita quoque urbibus extructis, quisque nomina ipsis imposuit: *Sidon* urbs à *Sidone* primogenito *Chanaan* extructa nomen dedit populis *Sidoniis*; *Hethæi* urbem *Hebron*; *Jebusæi*, *Jebus*, quæ postea *Jerusalem* dicta fuit; *Amorrhæi* urbem *Cadesbarne* ad *Libanum*, & plures alias in terra *Chanaan*; *Hevæi* montem *Hermon* in *Messpha*; *Aracæi* urbem *Arcas*, postea *Tripolim* dictam ad radices montis *Libani*, & sic de cæteris; *Samaræus* verò *Sect.* II. nomen dedit *Samariæ* in tribu *Benjamin*, à quibus lingua, quam *Samariticam* dicimus, nomen assumpsit; quamvis verò una & eadem lingua fuerit *Chananæa* & *Chaldaïca*, hæc tamen tanquam in medio terræ *Canaan* sita, peculiare posteris temporibus dedit nomen linguæ *Samarææ*, occasione dissidii orti inter *Judæos*, & *Samaritanos*, de quo paulò ante.

CAPUT IV.

De lingua Syriaca.

TAnta est *Geographorum* de *Syria*, ejusque lingua concertatio, ut cui subscribas vix comperias. Sunt qui universam *Syriam* cum *Assyria*, *Babylonia*, & universa terra *Chanaan* confundunt. Sunt qui cum *Phœnicia* ipsam eandem esse putent. Non desunt qui *Syriam* in *Asiam* minorem extendunt, quorum quidem sententiam referre supervacaneum esse ratus sum, cum illud nihil aliud esset, quàm ingenia incredibilibus errorum nebulis offundere; relictis itaque aliorum sententiis, nos strictè *Syriam* hoc pacto una cum *Syriaca* lingua propriè dicta, describimus.

Syria propriè dicta, quæ & in sacris literis ארם *Aram*, ab *Aram* filio *Sem*, primo ejus possessore, à quo & lingua *Aramæa* dicta fuit, & quamvis illa à *Chaldaïca*, *Chananæa* & *Samaritana*, nisi characteribus, vix in alio differat; ex invasione tamen regni *Græcorum*, sub *Alexandro Macedone*, nonnullam corruptionem passa fuit, uti ex nominibus Græcis, quæ in linguam *Syriacam* irrepserunt, sat superque patet: cæterùm eadem prorsus est cum *Aramæa*, *Chaldaïca*, *Chananæa*, *Phœnicia*, ut suo loco dicetur. Characteribus differt ab *Hebræis*, uti inferiùs patebit, ex quorum tamen forma facilè colligimus, *Syros* ex *Hebræis* characteribus originem sumpsisse. *Aramæa* dicitur, eò quod in sacris literis *Syria* passim ארם *Aram* dicitur, ab *Aram* filio *Sem*, uti dixi, qui primus ejus possessor fuit, sic dicta. Differt igitur lingua *Syriaca* à *Chaldaïca*, *Samaritana*, sive *Chananæa*, tum dialecto, tum literis, haud secus ac lingua *Tusca* in *Italia*, à *Romana*, *Neapolitana*, *Mediolanensi*, *Sicula*; quæ tametsi quoad dialectum differant, *Itali* tamen omnes & se intelligunt, & exercent commercia, & sibi ipsis mutua negotia communicant, quamvis una sit purior inter illas, quâ curiæ utuntur, sicuti *Hebræa* inter primævos mortales. Fuit autem lingua *Syriaca* vernacula *Christi* Salvatoris nostri, uti ex variis S. Euangelii nominibus patet.

Lingua Syriaca quomodo distinguatur ab Hebræa, & cæteris ejus dialectis.

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO PUEBLA

CAPUT V.

De Lingua Arabica.

NOn minor Geographorum de *Arabiæ* ſitu, controverſia eſt, ut proinde pigeat me, inutili labore, hoc loco recitare inſuperabilem nominum, quibus eam appellare ſolent, confuſionem; nos communi ſententiæ inſiſtentes, triplicem facimus *Arabiam*; *Deſertam*, *Petræam*, & *Felicem*: prima *Paleſtinæ* confinis eſt; ſecunda monti *Sinaï* adjacet: tertia, littus *maris Erythræi*, quod *Hebræi*, ים סוף *Jam ſuph*, ab arundinum, quibus ſqualet, copiâ, dicunt. *Turcæ* id بحر كارمون *bachar corſun*, mare clauſum vocant, eò quod ad fretum *Aden*, quaſi occluſum videatur. In ſacris literis *Amalecitica* dicitur, à primis *Amalecitarum* habitatoribus; plerique ſacrarum literarum interpretes eam quoque *Iſmaëliticam* appellant, eò quod ejus primus poſſeſſor fuerit *Iſmaël*, filius *Abrahæ* ex ſerva ejus *Agar* genitus; unde & lingua *Arabica* in hunc uſque diem, apud Orientales ſcriptores lingua *Iſmaelitica*, & *Hagarena* dicitur. Sed hiſce paucis præmiſſis, jam ad linguam ejus enodandam procedamus.

Arabica lingua, uti eſt filia ſpuria *Hebrææ*, ita quoque ſemper linguæ *Chaldaïcæ* coæva fuit, quemadmodum ſcitè docet D. Hieronymus in præfatione ad lib. Job. *Habitaſſe*, inquit, Job *in* Hus *in finibus* Idumææ, *&* Arabiæ *fertur*, *eratque ei antè nomen* Johab; *& accepit uxorem* Arabiſſam, *quæ genuit ei filium*, *quem vocavit* Ennon; *erat autem ipſe filius quidem* Zaro, *de* Eſau *filiis*, *filius*; *de matre verò* Boſra, *ita ut ſit quintus ab* Abraham. *Et hi ſunt Reges, qui regnaverunt in* Edom, *in qua & ipſe regnavit. Hæc autem tranſlatio nullum de veteribus ſequitur interpretem, ſed ex ipſo* Hebraïco, Arabicoque *ſermone*, *& interdum* Syro, *nunc verba*, *nunc ſenſus*, *nunc ſimul utrumque refert.* Ita D. *Hieron.* Adeò tamen poſt execrandi *Mahumedis*, impoſtoris nequiſſimi datam legem in *Alcorano* præſcriptam, culta fuit, ut nulla lingua nec hodiè, nec uſquam olim in tot Orbis partibus, illa uſum majorem invenerit: irrupit illa in *Africam* univerſam, præter *Nubianam*, *Abaſſinam* ſive *Æthiopiam*; habet illa *Aſiam* totam à noſtris littoribus in ultimos uſque Orientis terminos diffuſa; intravit illa *Archipelagum*, & vel ipſas *inſulas Moluccas*, quas *Philippinas* vocant, inter quas *Celebes* inſula prægrandis *Mahumedanorum* Regis ſubeſt imperio. In *Europa* tenet *Græciam*, *Macedoniam*, *Thraciam*, *Daciam*, partem *Hungariæ*, *Serviam* & *Boſnam*, omneſque hodiè ab *Adriatico* ſinu, uſque ad *Pontum Euxinum*, interjacentes regiones. Hujus beneficio ſolius quiſpiam ex *Europa*, per *Tartariæ*, *Aſiæ* utriuſque, *Indiæque* regiones ſine interprete in *Chinam* uſque iter ſuſcipere poteſt. Cum enim omnem Orientem Reges, & Imperatores *Perſiæ*, *Syriæ*, *Arabiæ*, *Africæ*, partemque *Europæ*, ſuo ſubjeciſſent imperio, ejuſdemque ſemper religionis, videlicet Mahumedanæ ſequaces fuerint, cujus leges & ſtatuta cum non niſi *Alcoranus*, quem & *Alphurcan Perſæ* vocant, contineret; omnes ejus interpretes, *Arabicam* linguam puram, & elegantem, quâ ſcriptus fuit ab impoſtore *Mahumede*, calluiſſe, & etiamnum præter linguam vulgarem, callere neceſſe ſit, ut proinde ſæpe miratus ſim, cur DEUS OPT. MAX. doctrinam tam impiam, & prorſus ἄλογον in tantum incrementum excreſcere permiſerit. Verùm qui novit abſcondita DEI judicia, circa multa alia, quæ

Job *in* Arabia *natus.*

Arabica *lingua per totum Orientem & Occidentem diffuſa.*

Cap. V. quæ ſacræ hiſtoriæ nos docent, is mirari ceſſabit. *Arabica* itaque lingua ita poſterioribus ſeculis floruit, ut ſemper *Arabes* habuerint ſcriptores eminentiſſimos in omni pœne ſcientiarum genere; quorum monumenta ſi hoc loco recenſere vellem, id eſſet, librum libro jungere.

Scriptores Arabes celeberrimi.

Quis enim neſcit celeberrimos ſcriptores, *Aben Sina* medicorum principem, *Abenràs*, vulgò *Averroem* Ariſtotelicorum operum ſubtiliſſimum interpretem, *Abenragel*, *Aben Mazar*, *Alpharabium*, *Gebrum* chimicorum coryphæum, & innumeros alios, quos alibi citavimus; & quamvis lingua *Arabica* ſit *Hebrææ* quoad inflexiones nominum, & conjugationes verborum, nominumque etymologiam, vicina, habet tamen alia quamplurima nomina, quæ *Chaldaïcam* & *Syriacam* ſapiunt; adeóque verborum nominumque opulentiâ fœcunda eſt, ut linguæ *Græcæ* non cedat, ſive elegantiam, ſive copiam ſpectes. Qualis autem fuerit *Phœnicia* lingua, jam ſupra expoſitum fuit. *Sect.* II.

CAPUT VI.

De Lingua Æthiopica.

Cap. VI.

Deſcriptio Æthiopiæ.

Æthiopia propriè illa regio *Africæ* eſt intima, totius *Africæ* meditullium, quam & *Abaſſiam* vocant geographi, ſub dominio Magni *Neguſch*, ſive Imperatoris *Abyſſinorum*; terminaturque *Montibus Lunæ* à Meridie; à Septentrione *inſula Meroe*; ab Oriente *Mari Erythræo*; ab Occidente, *Congo* & *Angola*; *Nilo*, cujus fons in monte *Bedui* viſitur, qui & ex radice ejus ingentem aquarum molem, per flumen ſat amplum in *Bed* lacum, quem aliqui perperam *Zaire* dicunt, evomit; & hinc in varias partes diviſus, tria maxima flumina generat, quorum prior eſt *Nilus*, qui ingentibus terrarum ambagibus, tandem ingenti aliorum fluminum augmento ditatus, per *Catadupa* in *Ægyptum* præcipitatur: alter eſt *Niger*, qui maximam Occidentalis *Æthiopiæ* partem irrigans, tandem in ſubterraneos meatus devolutus, deinde poſt triduani itineris ſpatium eluctatus, & priſtinæ libertati reſtitutus, in Oceanum occidentalem devolvitur. Tertius fluvius eſt *Zaire*, qui meridianæ *Africæ* occiduam regionem, per vaſtam ſolitudinem in *Angola*, oceano illabitur. De quo vide chartam hîc appoſitam. In hujus meditullio mons eſt, *Amara* nomine, in quo Imperator cum aula ſua commoratur, viginti ſeptem regnorum dominus; qui tametſi religione ſemper Chriſtianus extiterit, à peſtifera tamen *Dioſcori* doctrinâ corruptus, in ſua pertinacia perſtitit, & pro Imperatorum ingenio, jam Eccleſiæ Catholicæ Romanæ unitus, modò ad vomitum reverſus, fidem unicè ſalutiferam ſuſceptam rejecit. Sed hæc pauca de *Æthiopiæ* ſitu ſufficiant; qui plura noſſe cupit, de hiſce conſulat *Tomum* I *Oedipi* noſtri *Ægyptiaci*, ubi de origine *Nili* fusè egimus, & quomodo in ipſius Imperatoris *Zelachriſti* præſentia anno 1615, unà cum noſtris Patribus, fons *Nili* verus, & hucuſque incognitus, detectus fuit.

Ortus Nili, & fluminum quæ efficit.

Antiquitas Æthiopiæ.

Ad antiquitatem *Æthiopiæ*, & primos ejus colonos quod attinet, dico *Chami* filium *Chus* primum hujus regionis poſſeſſorem fuiſſe, idque vel ex ipſis ſacris literis patet, ubi terra *Chus* paſſim *Æthiopia* dicitur, & terra *Cuſiim*, terra *Æthiopum* dicitur; nam quod in *Arca Noë* fuſius oſtendimus, id in hoc præſenti volumine degenerem *Chami* progeniem poſt diviſionem gentium univerſam *Africam*, ſuo imperio ſibi ſub-

Cap. VI. subjeciſſe clare ſed paucis demonſtrabimus; ita ut *Miſraïm*, *Ægyptum*; *Chus* *Æthiopiam* mediterraneam; *Phut* verò totum illum *Africæ* tractum, ab *Ægypto* ad *Gaditanas* fauces *mari mediterraneo* adjacentem occupaverit; & confirmatur ex hiſtoria *Æthiopum Abyſſinorum*, quæ refert, ſex Reges poſt *Chus*, regni ſucceſſores, *Æthiopiæ* præfuiſſe, & ſeptimum ſedem ſuam in civitate *Caxumo* conſtituiſſe, quos referre ob chronologiæ incertitudinem, & confuſam hiſtoriæ relationem potiùs ſilentio ſupprimendum cenſui, quàm tempus in monſtruoſis nominibus terere. Certitudinem, quam habere poſſumus ex archivio *Abyſſinorum*, hæc eſt: quod *Makeda*, vel ut alii volunt, *Nicaula* Regina *Æthiopiæ*, quam & lib. IV Regum *Sabam* vocat, ad ſapientiam *Salomonis* tentandam magno cum comitatu pervenerit *Hieroſolymam*; atque ex diuturna cum Rege conſuetudine ſuſceperit filium, quem *Melich* appellavit; alii *David* nominatum volunt: hic primus in meliorem politici ſtatus formam 29 annorum, quibus vixit, ſpacio, reduxit; poſt hunc ſecuti ſunt alii 22 Reges, uſque ad *Chriſtum*. Referuntur præfuiſſe regno *Æthiopiæ* tunc temporis Reginam *Juditham* nomine, eandemque eſſe, quæ per eunuchum *Candacis* Reginæ *Hieroſolymâ* in *Æthiopiam* reducem, & à ſancto *Philippo* diſcipulo *Chriſti* in via, uti eſt *Actorum* VII. baptizatum, poſtea converſa, nec non ardentiſſimo zelo gloriæ *Chriſti* accenſa primò legem *Chriſti* Salvatoris, magnificentiſſimâ eccleſiâ in ejus honorem S. *Mariæ* in *Sion* extructâ, propagaverit; cui poſtea S. *Matthæus* apoſtolus ſuccedens univerſum regnum euangelica prædicatione, & ſanguinis effuſione *Chriſto* ſubjugaverit, qui cum euangelium ſuâ *Hebraïcâ* linguâ conſcripſerit; *Æthiopes* id poſtea magno ſemper in honore, & veneratione conſervârint,

Coloni primi Æthiopiæ quinam?

Regina Nicaula *eadem cum* Saba.

Judith *Regina Æthiopiæ, quam* Candacis *dicunt.*

uſque ad ſalutis noſtræ ortum, quorum nomina, & annos regiminis qui volet, conſulat *Marinum Romanum in deſcriptione Æthiopiæ*. Cæterùm præ omnibus, qui *Æthiopiæ* ſive *Abyſſinorum* hiſtoriam deſcripſerunt, auctoribus, merito ſuo palmam præfert ſapientiſſimus *Patriarcha Æthiopiæ* è *Societate* noſtra, *Alphonſus Nunnes*, qui opere ſanè digniſſimo, & reconditis eruditionibus conferto, univerſam *Æthiopiæ* hiſtoriam lingua *Luſitanica* complexus, quæcunque αὐτόπτης in *Abaſſia* vidit, & in vetuſtiſſimis archiviorum monumentis legit, ſcitè ſanè conſcripſit. *Sect.* II.

Hiſtoria Alphonſi Nunnez. *è Soc.* Jeſu *Patriarchæ* Æthiopiæ.

Hiſce itaque præmiſſis, jam ad rationem linguæ *Æthiopicæ* exponendam progrediamur: de qua quid ipſemet in eorundem codicum *Abyſſinorum* evolutione obſervârim, candidè lectori proponam. Dico itaque *Æthiopicam* linguam, totam ex *Chaldaïca*, aut *Hebræa* lingua, aut *Syra*, nec non *Arabica*, ob *Arabum Erythræi maris* incolarum confinitatem, compoſitam eſſe: ita ut, qui haſce linguas probè calluerit, non adeò magno labore *Æthiopicæ* linguæ notitiam acquirere poſſit: alphabetum tantummodò toto, ut ajunt, cœlo, à characteribus *Hebræis*, *Chaldaïcis*, *Syriacis* & *Arabicis* differt: cæterùm inflexio nominum verborumque conjugationes eædem ferè ſunt, ut in *Atlante Polyglotto* ſuo loco dicetur. Quomodo verò *Hebræa*, *Chaldaïca*, aut *Syriaca* lingua in *Æthiopiam* in principio diviſionis gentium pervenerit, enodandum reſtat. Certum eſt itaque, *Chami* progeniem, aliam poſt confuſionem linguam, plurimùm ab *Hebræa* & *Chaldaïca* differentem, in *Ægyptum*, & reliquam *Africam* contuliſſe, cùm *Hebræa* ſola in domo *Heber* permanſerit. Qui nodus ut ſolvatur, ſciendum eſt, plurimos ex progenie *Sem* & *Japheth* poſteris temporibus Chamææ progeniei commixtos fuiſſe, pro-

Æthiopia characteribus differentibus utitur, id eſt contrario modo ſcribendi uſitato Hebræis, Syris & Arabibus.

Cap. VI. prout ingeniorum ſimilitudo, & affectiones mortalium ſecum ferre ſolent, qui *Hebræâ*, & *Chaldaïca* linguâ inſtructi, poſtea potiti rerum in *Æthiopia* linguam ſuam ibidem coloniâ inſtitutâ propagarint ; nam uti in *Oedipo* oſtendimus, habebant *Chamæi* populi, id eſt, *Ægyptii* linguam *Ægyptiacam*, quam & *Pharaonicam* dicebant, ab omnibus cæteris linguis oppidò differentem, cum enim *Joſeph Chaldaïcâ* linguâ inſtructus in *Ægyptum*, à fratribus ſuis venditus duceretur, dicit ſacra ſcriptura, *linguam, quam non intellexit audivit* ; quamvis poſtea ſucceſſu temporum alii & alii *Hebrææ & Chaldaïcæ* linguæ periti illuc conceſſerint, linguamque propagârint. De linguis verò extra *Æthiopiam*, *Abaſſina*, barbaris & peregrinis poſtea loquemur. Atque hæc ſunt quæ de *Æthiopiæ* ſtatu & lingua dicenda putavimus. Qui hiſtoricas *Æthiopiæ* relationes fuſiùs deſiderabit, is adeat ſuprà citatum venerabilem Patriarcham *Alphonſum Nunnez*, *P. Alvarez*, *P. Godignum*, *Marinum Romanum*, *Tenethum*, & innumeros alios, qui de *Æthiopicis* rebus ſcripſerunt. *Sect.* II.

CAPUT VII.

De lingua Perſica, *ſeu* Ælamitica.

C. VII. PErſia à voce פָּרַשׁ, id eſt, *equus*, à bonitate equorum, quos producit, ſic dicta, olim *Ælam*, à primo ejus poſſeſſore *Ælam* filio *Sem*, & nepote *Noë*, nomen obtinuit ; unde & *Perſæ* tum à ſacris, tum profanis ſcriptoribus *Ælamitarum* nomine claruerunt. *Perſia* itaque quondam, ſub primævis poſt diviſionem gentium colonis, qui totam penè *Aſiam* diſpertitis regnorum juribus occuparunt, uti in præcedentibus docuimus, ſubdita fuit. Hodierno verò tempore plurima in ſe regna continet, magno *Sophi* Imperatori *Perſarum* ſubjecta ; quorum prior eſt ipſa *Perſia*, & pertingit à *Mari Caſpio* ad *Perſicum* uſque *Sinum*, cujus Metropolis eſt *Siras*, olim *Perſopolis*, vel uti alii volunt, *Cyropolis*, à ſede *Cyri* Regis, *Aſſyriorum* domitoris ſic vocitata, & magnificæ ruderum reliquiæ id ſatis teſtantur, uti & *Itineraria* per *Perſiam* tranſacta referunt ; ſequitur hanc *Tauris*, quæ olim *Ecbatena* dicebatur, regni *Mediæ* caput, veterum monumentis celeberrima ; tertia *Perſiæ* urbs caput Regni *Parthiæ* eſt *Eſpahanum*, ſedes modò Regis *Perſarum*, ſeque extendit ad regni *Mogoris* uſque imperium, continetque regnum *Candahar*, *Indiæ* confine ex parte orientali, ex Occidente *Armeniam* majorem ; præterea *Iberiam*, olim *Colchidem*, quam hodiè *Georgiam* vocant, regionem tenet. Sequitur hoc regnum *Ghilon Mari Caſpio* adjacens, ſerico confertiſſimum ; poſtea *Koraſan*, in bina regna, *Margianam*, & *Ariam* diviſa. Sunt præterea alia regna huic magno *Sophi* ſubjecta, uti *Loreſtan*, *Turchiſtan*, inſula *Ormus*, nobiliſſimo emporio, nec non precioſarum mercium ubertate conferta ; poſteris à *Cyro*, *Dario*, & *Alexandri Magni* temporibus, poſtea ingentes viciſſitudines perpeſſa, vicinorum dominatorum potentiâ, & viribus devicta, præſertim *Turcarum* violentiâ monarchicum ſtatum perdidit, uſque ad *Iſmaëlem Sophi* filium *Xeque Aidar*, qui vir ſtrenuus, & magnanimus, ortus ex *Ardovilla* civitate regni *Ghilon*, videns totam provinciam *Turcarum* tyrannide oppreſſam, nullum non lapidem movit, ut eam in priſtinam libertatem, abjecto *Turcarum* jugo, reſtitueret ; qui uti vir erat zelotes patriæ, & vulpino callidus aſtu, ita quod fieri poſſe cogitaverat, confecit ; abſolutus iſtius regni dominus ;

Perſiæ deſcriptio.

Iſmaël Sophi inſtaurator Imperii Perſici.

C. VII.

Cha Abbas Sophi 2 Rex Perſiæ *imperium ampliavit.*

nus; atque adeò primus familiæ Regum *Perſiæ*, qui *Sophi* dicuntur. Hic fatis cedens ſucceſſorem habuit filium ſuum *Cha Abbas*, qui intra breve tempus ad ſupremum Perſici imperii culmen aſcendit, receptis omnibus jis regnis, quæ Regi *Parthorum* priùs à circumjacentibus Regibus violentâ invaſione fuerant ablata; ſedemque ſuam incredibili urbis hominumque incremento *Eſpahani* fixit; & eadem felicitate, vivente adhuc patre in poteſtatem redactâ *Siras* metropoli *Perſiæ*, nec non regno *Loriſtan*, victricia armorum trophæa à *Mari Caſpio* ad uſque *Sinum Perſicum* extendit; nec hiſce contentus in *Mediam* regnum vaſtiſſimum movens exercitum, *Tauris*, olim *Ecbatenas*, ſui juris fecit; deinde movens in ſeptentrionale regnum *Colchidem* ſeu *Iberiam Armeniæ* majori junctam, *Babyloniam*, *Meſopotamiam*, aliaque intermedia regna ſuo ſubdidit imperio; regnum quoque *Candahar*, quod magni *Mogoris* monarchæ imperio ſubdebatur, expugnavit; tandem in obſidione *Baſſoræ Arabiæ* felicis urbis ad *Euphratis ſinum Perſicum* ſitæ, & ipſe mortis obſidione cinctus, vitâ ceſſit, relicto imperii ſucceſſore uno ex nepotibus ſuis; corpus ejus *Arduillam* commune omnium Regum *Perſiæ Sophorum* ſepulcrum, tranſlatum fuit; urbs eſt, in qua ob merita *Iſmaëlis Sophi*, primi, ut dixi imperii *Perſici* fundatoris, Regum *Sophorum* cadavera in hunc uſque diem, magnâ ſolennitate deponi ſolent. Hiſce itaque prolixiùs, quàm par eſt, prolatis, jam ad linguæ *Perſicæ* conditionem exponendam progrediamur.

Lingua Perſica qualis olim fuerit.

Duplex hoc loco ſtatus *Perſidis* conſiderari poteſt; vel à primævis poſt diviſionem gentium temporibus, uſque ad *Alexandrum Macedonem*; & ſub hiſce Regibus *Aſſyriorum* & *Chaldæorum*, *Chaldaïcam* linguam, ſive quod idem eſt, *Aſſyriorum* viguiſſe, vel ipſa ſacra ſcriptura in *Danielis prophetia* teſtatur, ubi ferè nihil, niſi de *Chaldaïca* lingua profertur. Nulli itaque dubium eſſe debet, de *Chaldaïcæ* linguæ uſu, qui tunc temporis vigebat per omnia regna *Chaldæis* Regibus, uti *Nabuchodonoſor*, *Balthaſari* ejus filio, & poſtea *Dario Aſſuero*, cæteriſque ſubjecta: accidit tamen, ut *Alexander Macedo* vaſtâ *Græcorum* multitudine, *Dario* interfecto, omnia imperio ejus ſubjecta, in ſuam poteſtatem redigeret, quo facto, *Græci* commixti *Chaldæis*, aliarumque diverſarum gentium nationibus, *Chaldæa* corrupta à ſuo genuino ſtatu paulatim in varias differentium populorum linguas diviſa deflexerit: ſecuti poſt *Alexandri* obitum *Romani*, & poſt hoſce *Turcæ*, linguas in tot genera mutarunt, quot regna, nationes & provincias *Perſarum* tenebat imperium; & hodiernus monarchicus *Perſarum* ſtatus luculenter docet, ſiquidem primæva *Chaldæorum* lingua linguâ *Græcâ*, *Latinâ*, *Arabicâ*, *Turcicâ* & *Tartaricâ* variè corrupta fuit; hodierna enim *Perſarum* lingua à *Tartaris* regnum *Perſiæ* invadentibus, *Tartarica* eſt, commixtis nominibus *Arabicis*, ob *Alcoranum*, qui uti purè *Arabicâ* linguâ à *Mahumede* conſcriptus eſt, ita quoque nemo pro viro literato & docto habetur in regno Perſidis, qui eam non calleat, ut poſtea ex ejus inſtitutionibus patebit; in reliquis verò regnis, *Tartariæ*, *Candahar*, *Loriſtan*, *Gorgiſtan*, *Armenia*, *Coraſan*, *Carmania*, *Samarcanda*, omnes ita differentes ſunt, ut una gens alteram intelligere non poſſit. Atque hæc de lingua *Perſica* ſufficiant.

Corruptio linguæ Perſicæ veteris, ex varia temporum revolutione.

Sect. II.

CA-

CAPUT VIII.

De lingua Ægyptiaca, *seu* Copta, *quam & veterem* Pharaonicam *appellamus.*

ÆGyptus regio *Africæ* omnium antiquissima est, & in sacris literis non solùm, sed & apud profanos scriptores nullo non tempore, celeberrima fuit, cujus situs, & constitutio uti omnibus nota est, ita quoque ulteriorem ejus descriptionem hîc omittendam censui, præsertim cùm eam in *Oedipo* quàm uberrimè descripserimus. Hodie in *Ægypto* dominatur lingua pura *Arabica*, exceptâ *Coptâ*, quâ monachi, quos *Coptitas* vocant, in sacris utuntur; & ab hac, utpote omnium, ut dixi regionum antiquissima, & à filiis, *Cham*, *Chus*, & *Misraim*, à quo *Ægyptus* nomen accepit primùm culta fuit. Nam sacræ literæ quando nominis *Ægypti* faciunt mentionem, illam semper nomine ארץ מצרים terram *Misraim* nominant, quam *Arabes*, *Chaldæi*, *Syri* sequuntur, post divisionem gentium primùm introductum nomen; *Pharaonicam* appellamus, eo quod primi Reges *Ægypti*, *Pharaon* primæ dignitatis nomine appellari voluerint; est autem *Pharaon* idem quod moderator rerum, uti hoc tempore omnes Imperatores Romanorum Cæsares, à primo ejus imperii Romani fundatore *Julio Cæsare* denominantur Cæsares, & Reges *Persidis* ab *Ismaële*, primo institutore, *Sophi*. Et tametsi in *Prodromo Copto*, & in *Tomo* integro, quod *Onomasticum Copto-Arabico-Latinum*, sive *Ægyptiacam*, seu *Pharaonicam linguam restitutam* inscripsimus, de hujus linguæ origine, antiquitate, & corruptione quàm fusissimè egerimus, nonnulla tamen ibidem omissa hîc apponenda censuimus.

Misraim *primus Rex Ægypti, quæ & à nomine ejus in sacris literis* Misraim *dicta.*

Lingua Ægyptiaca nullam

Certum est, ex nominibus *Ægyptiacis* hanc linguam fuisse unam ex primogeneis linguis, à filiis *Cham*, *Chus*, & *Misraim* post divisionem gentium in *Ægyptum* translatam, & propagatam; & quamvis illa nullam prorsus similitudinem ad *Hebræam*, *Chaldaïcam*, *Syriacam*, *Arabicam*, & *Æthiopicam*, linguæ *Hebrææ* filias habeat, mutuata tamen videtur denominationem literarum alphabeti sui à linguæ *Hebrææ*, aliarumque linguarum confinium alphabeto, quemadmodum ex alphabeto infrà suo loco ponendo patet, literis ab illis, & characteribus toto cœlo differentibus; cum verò dictum alphabetum *Copticum* 32 literas habeat, omnes reliquæ, præter 22 *Hebræis* proprias, successu temporis adjunctæ videntur, vel vocalium loco, vel *Ægyptiacæ* pronunciationis ritè formandæ causâ. Duravit autem lingua *Pharaonica*, seu *Ægyptiaca*, vel *Copta*, usque ad *Cambysis* tempora, qui *Ægypto* subjugatâ, devastatâ, sacerdotibus, & hieromanthis occisis, nec non obeliscis, cunctisque sacris hieroglyphicorum monumentis prostratis & diffractis, totam *Ægyptiorum* religionem in nihilum quasi reduxit, usque ad tempora *Alexandri Macedonis*, qui regno potitus *Ægyptiorum*, expulsis *Persarum* superstitibus, totum suæ fecit potestatis, libertate perampla iis, siqui adhuc reperirentur, hieromystis sacerdotibus, veteris religionis suæ instituta exercendi, relictâ. Hoc pacto, veluti post messem collectis pauculis tritici spicis, lingua *Copta* instaurata quidem fuit, ita tamen, ut perpetuo *Græcorum* commercio, magna ex parte corrupta, loco *Ægyptiorum*, quorum inopiâ laborabant nominum, ex *Græcâ* suppleverint, ita tamen Ægyptiacæ Grammaticæ adapta-

ad alias affinitatem habet.

Duratio linguæ Ægyptiacæ sive Coptæ.

Cambyses regni Ægyptiorum eversor.

C.VIII. adaptatâ, ut ne ullum quidem *Græcorum* declinationis nominum, aut verborum conjugationis veſtigium retinuerit; quemadmodùm infra ex inſtitutionibus ejus in *Atlante polyglotto* patebit. *Sect.* II.

CAPUT IX.

De lingua Armenica.

*Cap.*IX. QUemadmodum ab *Aſiæ* linguis primævis initium duximus Polyglottias noſtræ; ita hîc reliquas in Oriente linguas ordine proſequamur, quæ tametſi toto, ut ajunt, cœlo, ab *Hebraïcæ* linguæ hucuſque declarata loquelâ, & characteribus differant, uti ſunt *Armenica*, *Georgiana*, *Tartarica*, *Turcica*, quia tamen & hæ magna progenie ex corruptione unius cum altera fœcundæ ſunt, illas ordine deſcribemus.

Armeniæ deſcriptio. *Armenia*, magna *Aſiæ* majoris portio, dividitur in *Majorem*, & *Minorem*, quæ prima tunc ſub unius regni *Perſarum* imperio ſubdebatur, poſteris tamen temporibus à Rege *Perſarum* dempta, *Mahumetani*, & *Turcici* juris facta fuit; contingit hæc *Aſiæ* minoris, quam *Anatoliam* vocant, terminos ab Occaſu; ab Ortu *Armeniam* majorem; à Septentrione *Mecreliam*, ſive *Georgiam*, *Iberiam*, olim *Colchidem*; à Meridie *Meſopotamiæ* partem; Major ab Occaſu *Aſiam* minorem; ab Ortu *Perſidem*; à Septentrione *Mare Caſpium*, & montem *Ararat*, quem in *Arca Noë* uberrimè deſcripſimus; à Meridie regiones, & deſerta uſque ad *Sinum Perſicum* conterminata. *Armenia* etymon ſuum obtinuit ab *Aram* filio *Sem*, primo ejus poſſeſſore, quaſi diceres, *Arameniam*; quicquid alii dicant tum hiſtorici, tum geographi de etymo hujus nominis, infinitis litibus inter ſe diſſidentes, quos conſule. Hæc hodie magno *Perſarum* Regi paret; regnum quaſi totum Chriſtiana religione colitur, per Patriarcham proprium, qui in *Naſchevan* urbe, ad radices montis *Ararat*, reſidet; qui quamvis pluries eccleſiæ Romanæ fuerit unitus, ſemper tamen ad ſchiſma reverſus, ſui juris & arbitrii in eccleſia *Armenorum* gubernanda eſſe maluit, quàm Romanæ eccleſiæ catholicæ, & orthodoxæ legibus humili mentis obſequio ſe ſubjicere. Linguam habent prorſus & loquelâ & characteribus à cæteris Orientalibus diverſam; & quamvis non exiguam huic operam olim impenderim, ne ullum tamen ejus veſtigium in *Hebræa*, *Chaldaïca*, *Syriacaque* fundatum, me reperire potuiſſe fateor, uti in inſtitutionibus ejus ſecuturis patebit.

Patriarcha Armeniorum.

Georgiana *lingua.* Lingua *Georgiana* propriè utuntur Chriſtianæ legis cultores ii, qui *Mecreliam* ſeu *Iberiam*, quam *Georgiam*, olim *Colchidem* vocant; eſtque regio inter *mare Euxinum*, & *Caſpium* interjecta, nec non Caucaſeis montibus ſubjecta; *Georgiam* nonnulli appellatam fuiſſe autumant à S. *Georgio*, glorioſo *Chriſti* martyre, iſtius regionis apoſtolo; linguam habent ex *Tartarica*, & *Armenica* compoſitam, characteribus tamen ab *Armenicis* oppidò differentem, de qua ſuo loco in ſequentibus, ubi inſtitutiones ejus producemus.

Lingua Tartarica. *Tartarica* lingua, univerſam *Tartariam magnam* occupat, quamvis innumeris idiotiſmis diverſa, pro varia videlicet vicinorum Regum in eam irruptione, eiſdemque ſubjugatione facta, quâ lingua quoque primæva variè corrupta in diverſiſſimas linguas, in *Indias* uſque propagatas abiit. Reges enim *Indoſtan*, ſive *Mogor*, ex *Tartaria* tranſmigratores ſemper eam unicè ceu nati-

Cap. IX. nativam tenuere ; quamvis ea poſt legem *Mahumetis* in iſtud imperium introductam ex *Arabicæ* miſtura linguæ non exiguam corruptionem paſſa, à ſinceritate ſua deflexerit. Verùm de hiſce conſule *Haitonem Armenum in libro de Tartariæ regionibus*, *Marcum Paulum Venetum*, & noſtram *Chinam illuſtratam*, in quibus fusè de hiſce egimus. Hodie *Tartari* utuntur adhuc veteri ſuâ linguâ, ſed characteres, quos olim obtinuerant à ſacerdotibus *Chaldæis*, qui primi in *Tartariam magnam* ſub magno *Cham* Imperatore, fidem Chriſtianam introduxerant, in hunc uſque diem, quemadmodum in *China* noſtra *illuſtrata* docuimus, conſervant. Extat in noſtro muſæo ingens tabula, ex *China* ad me tranſmiſſa, quâ Rex, ſeu Imperator *Tartariæ*, cum univerſum *Sinarum* regnum in quindecim regna diviſum ſuo ſubjeciſſet dominio & jurisdictioni, ſub duplici lingua *Tartarica*, & *Chinenſi*, promulgationem legis Chriſtianæ ; templorum, ſeu eccleſiarum ritu Chriſtiano extruendarum, liberrimam toti ſuo imperio, quo vaſtius orbis terrarum hodiè non continet, permiſſionem quàm clementiſſimè concedit. Et Tartarica quidem tabula, non aliis, quàm *Chaldaïcis* characteribus, altera *Sinicis*, eo fine inſcripta fuit, ut in utroque imperio, & *Tartarico*, & *Sinico*, mentem Imperatoris quiſque ſuâ linguâ intelligere poſſit. Characteres quidem *Chaldaïcos* ſine ulla difficultate legi, ſenſum tamen Tartaricum ſub ipſis latentem, ex linguæ imperitiâ penetrare non licuit; haud ſecus, ac ſi quis characteribus latinis ſcriberet cujuſcunque alterius linguæ ignotæ idioma. Innumera hoc loco apponere poſſem ad hanc materiam pertinentia ; verùm qui ea dilucidiùs noſſe cupit, is *Chinam* noſtram *Illuſtratam*, paulò antè citatam conſulat. *Sect.* II.

Hayton Armenus. M. Paulus Venetus.

Edictum Regis Sinarum Tartarico-Sinico *characlere conſcriptum.*

Turcica lingua, tametſi multis variiſque gentium confuſionibus corrupta, tota tamen ex *Tartarica* lingua originem invenit. Certum enim eſt, & omnium geographorum hiſtoricorumque teſtimoniis comprobatum, *Turcas* primos omnium ex *Tartariæ* regione, quam *Turciſtan* ex ſeptentrionalis plagæ regione, à quo & nomen obtinuêre, profectos, per *Mare Hircanum*, portas Caſpias penetrantes in citeriores *Armeniæ*, & *Aſiæ* minoris regiones innumerabili hominum multitudine irrumpentes, illud ſui feciſſe juris; & tandem quoque impiam *Mahometis* legem amplexos fuiſſe cum magno Chriſtianæ Reipublicæ detrimento; *Turciſque* à Regione *Turchiſtan*, unde eruperant, impoſitum nomen in hunc uſque diem reliquiſſe. Vide de hiſce *Leonclavium*, *Jovium*, *Auguſtinum Curionem*, *Lambinum*, libris *de origine Turcarum*. Porrò linguam *Turcicam*, ex *Tartarica*, *Boſnica*, nec non *Arabica* commixtam, in ejus inſtitutionibus ſecuturis oſtendemus.

SECTIO III.

De linguis *Europæ* primigeniis, earumque proprietatibus.

CAPUT I.

De linguæ Græcæ *origine.*

TEmpus haud dubiè perdam, ſi de argumento tam vaſto, tam celebri, & antiquo novum quidpiam, in quo à magni ingenii viris jam à bis ferè mille annis, affatim deſudatum fuit, adferre me poſſe ὑπερφανεστέρως mihi perſuaſero. Tria itaque cum primis conſideranda occurrunt; primum eſt, linguæ *Græcæ* origo, & antiquitas; ſecundum, hujus linguæ excellentia & dignitas; tertium eſt propagatio, cultus, ejuſque jam ruinæ vicinæ nova per viros doctos facta, inſtauratio.

Lingua Græca una ex primigeniis; ejus dignitas & præſtantia.

Ad primum quod attinet, nulli dubium eſſe debet, quin hæc una ex primogeniis linguis, poſt *Hebræam* filiaſque ejus, meritò ſecundum inter omnes linguas locum poſſideat; veriſimile enim eſt, poſt diviſionem linguarum, à filiis *Japheth*, qui *Turris* ruinæ præſentes adfuerunt in diviſione gentium, hac lingua utique divino nutu beatis eam in primam obviam regionem, quæ poſtea *Græcia* dicta fuit, tranſlatam fuiſſe, quæ quidem ſucceſſu temporis tantos progreſſus fecit, quos ſatis in hunc uſque diem mirari non poſſumus.

Et primum quidem hujus linguæ propagatorem fuiſſe *Ivan*, quem & alii *Ionen* vocant, filium *Japheth*, à cujus nomine *Ionia* poſteà *Græcia*, *Ionia* communi *Arabum*, *Hebræorum*, *Chaldæorum*que ſcriptorum teſtimonio dicta fuit; cui ſubſcribit *Bibliander* in libro *de linguarum proprietatibus*; centum, *inquit*, hiſtoria ſacra *Geneſis* facit filios *Japheth*, *Magog*, *Madai*, *Javan*, *Moſoch*, *Thyras*; nepotes verò fuiſſe ex *Gomero*, *Aſcenez*, *Riphat* & *Thogorma*; ex *Javan* autem *Eliſa*, *Tharſis*, *Cethim* & *Dodanim*; ab hiſce diviſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familiam in nationibus ſuis. Ab *Ivane* itaque filio *Japheth* *Græcos* originem ſuam obtinuiſſe, *Hecatæus* apud *Strabonem* aſſerit; confirmat hæc *Plutarchus* in *Theſeo*; de hoc igitur nemo dubitet. Secutus fuit *Ivani* ſucceſſu temporis quidam nomine *Pelaſgus*, qui occupata *Peloponneſo* nomine ei indito à ſuo nomine *Pelaſgiam* appellavit. Quis verò hic *Pelaſgus* fuerit, paucis enodandum duxi. Dico itaque hunc unum fuiſſe ex domo *Heber*, qui dum felices in regnis occupandis ſecreta cognatorum *Javan*, nepotumque ſucceſſus audiret, & ipſe heroïco ſpiritu agitatus, nomine *Phaleg* filii *Heber*, cui diviſionis linguarum nomen impoſitum fuit, inſignitus, ſive frater *Phaleg*, ſive nepos fuerit, perinde eſt, in *Peloponneſum* abiens, à ſuo nomine *Pelagiam* vocavit, quaſi diceret פלגים id eſt, *gentem* Phaleg; quæ poſtea corrupta, *Pelaſgia* dicta fuit, & populi *Pelaſgæ*, id eſt, *populares* Phaleg, & *Pauſanias*, *lib.* 8. *de Arcadicis* id haud obſcurè innuit: ubi dicit, veniſſe in *Arcadiam* hominem quendam *Pelaſge* dictum, quem poſtea *Gorici* filium *Jovis*, & *Niobæ*, quæ idem juxta æquivoca *Xenophontis* ſunt, ac *Noë*, & uxore *Rhea* prognatum; virum excellentem

Cap. I. tem nobili formâ præditum, ingenio & viribus pollentem, quem *Arcades* ex ſplendidis corporis, animique talentis impulſi in Ducem Regemque ſuum aſſumpſerint, qui & eos, cum rudiores eſſent, nec ingenio, nec induſtriâ, ad humanam vitam commodè tranſigendam pollerent, ad politioris vitæ cultum traduxerit; unde memores beneficiorum à nomine ejus *Phaleſge*, pau- *Sect.* III. latim univerſam *Græciam Pelaſgiam*, & incolas *Pelaſgos* nominarent. Atque hi primi fuerunt, qui coloniam in *Italiam*, ubi *Aborigenes* & *Siccani* dominabantur, traduxerunt. Quæ omnia in *Latio noſtro* de *Latini agri antiquitatibus* quàm ampliſſime proſecuti ſumus, ad quas lectorem remittimus.

CAPUT II.

De linguæ Græcæ *dignitate & excellentia.*

Cap. II. SEd jam de origine linguæ *Græcæ* ſatis prolocuti, pergamus ad ſecundum punctum linguæ *Græcæ*, quod eſt hujus linguæ dignitas, & excellentia, quæ ramos ſuos in tantam celſitudinem, amplitudinemque extendit, ut quotquot in orbe terrarum linguæ viguerunt unquam, ſive elegantiam, ſive dicendi ſplendorem, ſive denique verborum, nominumque ubertatem ſpectes, hæc unica meritò palmam præripuerit. Quamvis autem primævi *Græci* corrupto jam ex aliis linguis barbaris idiomate uſi fuerint, varia tamen, & ingeniosè excogitata carmina, variis nominibus in unum coagmentatis pangebant, quibus mores hominum miris ſarcaſmis cavillabantur; cujuſmodi eſt ſequens:

Οφρυα να απασπ) ρινεγ καταπηξογλυεισι
Σακκυγλυειολεφοι λοπαδαρπαγιδαι
Ιματανω φειφαλλοι νηλιποκαι βλεπελαοι
Νυκλα θραιοφάγοι, νυκτατα ταυπλογοι
Μιεραχνεξ άπασαι ξ συλλαβοπάσι λαβηται
Δοξομαλαι σοφοι ζητεπσια).

Quos aliqui moderni ſic vertunt, ſed perperam:

Siloni Capeſones, vibriſſa aſperamenti
Mantico barbicolæ ex terebro patinæ
Planipedutique lucernitui ſuffarcinamicti
Noctlatentivori, noctidoloſtudii
Pullipremopagii, ſutelo captiotrica
Rumigeraucupidæ, nugicanoicrepi.

Hoſce ſecutus *Ariſtophanes* ex *Comœdia latina Plauti*, græcis ſuis poëmatibus inſeruit ſequentia:

Nugipolyloquides, argenti extenebronides
Techniloquides, nummorum expalponides.

Ubi vides vel unum nomen ex tribus aliis compoſitum; uti *Nugipolyloquides*, homines in nugas multum loquaces; argentum ex tenebris fodientes, dolosè loquentes, & nummos mira arte extorquentes. Utrum autem talis fuerit in principio, non auſim dicere, cùm ſcriptoribus ante bellum *Trojanum* careamus: quamvis plures exiſtiment, *Linum*, *Orphea* & *Muſæum* poſt *Moſem*, multo ante *Ilii* excidium tempore exiſtentes, hymnos ſuos de Diis, linguâ *Græca* quàm elegantiſſimè ſcripſiſſe, quos etiamnum cum admiratione legimus; quos ſecuti ſunt poſtea temporibus ſequentibus *Demodocus*, *Phœnius*, *Epimenides Cretenſis*, *Ariſteus Procanæſius*, *Asbolus*, *Centaurus*, *Iſatis*, *Drimon*, *Orus Samienſis*, *Protenidas Athenienſis*, *Philammon*, *Thamire*, *Amphion*, *Oribantius Threcanienſis*, *Syagrius*, *Dares Phryx*, quos omnes Græcos ſcriptores ante *Homerum* floruiſſe, *Solinus*, *Tatianus*, & *Sui-*

Scriptores Græci ante excidium Trojanum.

Linus, Orpheus, Muſæus.

Cap. II. & *Suidas* teſtantur; imò *Homerum* poëticam *Ilii* hiſtoriam ex quodam *Eueclo* & *Corinno*, quorum hic poëta heroicus, diſcipulus *Palamedis*, durante adhuc *Trojana* obſidione, hiſtoriam ejus conſcripſit, quam multùm *Homero* profuiſſe, *Suidas* aſſerit. Poſt hoſce itaque ſurrexit *Homerus*, centum ferè annis poſt captum *Ilium*, divini ingenii venam tantò altiùs extulit poëſi ſanè admiranda, quantum ramos altius extollit inter viburna cypreſſus, de quo plura vide tranſacta in noſtro *Latio*. Secutus hunc *Heſiodus*, aliique, qui *Græcam* linguam ingenioſis operibus egregiè promoverunt. Poſt hos ſecutus eſt *Herodotus*, primus hiſtoricorum parens, quo nullus aliorum hiſtoricorum veteres & inacceſſas *Ægyptiorum*, *Babyloniorum*, *Medorum* & *Perſarum* antiquitates ſcitiùs deſcripſit, ſi ei quidem fides habenda ſit quam in enneade Muſarum *Ionico* ſtylo poſteritati reliquit hiſtoriæ; cujus exemplum ſecuti in Athenienſium polypædias orcheſtra ſucceſſerunt in omni ſcientiarum genere coryphæi, *Socrates*, *Plato*, *Ariſtoteles*, univerſæ philoſophię capita; in mathematum cultu, *Euclides*, *Archimedes*, *Apollonius Pergæus*; ex medicorum athenæo, *Hippocrates*, *Theophraſtus*, *Galenus*; ex jurisconſultis, *Lycurgus*, *Solon*, *Critias*; ex hiſtoricis *Thucydides*, *Pauſanias*, *Diodorus Siculus*; ex rhetoribus, *Demoſthenes*, *Iſocrates*, *Lucianus*, *Heliodorus*, aliique, uti & ex poëtis, quorum multitudo vix ſub numerum cadit; qui omnes ſtylo Græco elegantiſſimo, & uberrimo commemoratas ſcientias, bonarumque artium ſtudia promovêre. Sileo hic ſanctorum Patrum, *Juſtini*, *Athanaſii*, *Cyrilli*, *Baſilii*, *Chryſoſtomi*, *Epiphanii*, & *Gregoriorum* in proſequendis ſtylo græco ſanè pereleganti Chriſtianæ fidei dogmatis æquitatem; in interpretandis ſacrarum literarum ſenſibus perſpicaciam; in hæreſibus extirpandis zelum, & conſtantiam; quorum quidem ſacris, piiſque laboribus actum eſt, ut per univerſam *Europam* *Græcæ* linguæ ſtudium; uti in omnibus ardentiſſimum affectum excitavit, ita longe lateque diffuſum innumeros mox invenerit hujus liuguæ cultores. Cum enim id *Turcarum Mahumedanorum*que truculentiâ, quâ *Græciam* deſtructis & templis, & gymnaſiis, bibliothecisque exuſtis, invaſerunt, illud mirum in modum debilitaſſet; non defuerunt tamen eximii viri, qui Reipublicæ literariæ bono impulſi, illud in *Italiam* primò, deinde in cæteras *Europæ* partes tranſplantârint, cujuſmodi inter alios principales fuerunt *Beſſarion* Card. *Emanuel Chryſoloras*, *Laſcaris Byzantinus*, *Georgius* Trapezuntius, *Joannes* Argyropylus, *Chalcondylas*, qui beneficio principum, potiſſimum magnorum ducum *Hetruriæ*, (de quorum geſtis vide noſtram *Hetruriam*) advocati magniſque ſtipendiis adjuti, non ſolùm ſcriptis ſuis *Italiam* illuſtrarunt: ſed ex *Græcia* libris manuſcriptis magno numero aſportatis, animos literatorum vehementi deſiderio eas in *Latinam* linguam tranſvertendi, accenderunt, quorum quidem ſtudio accidit, ut conſiderato emolumento per totam Europam in omnibus paſſim ſcholis linguæ *Græcæ* ſtudium publicâ prælectione, innumeros in hunc uſque diem excitaverint linguæ *Græcæ* aſſeclas, & propagatores, ita-ut ut doctorum numero virorum hodie non accenſeatur, qui *Græcam* linguam ignorârit. Sed hæc de *Græcæ* linguæ origine ſufficiant.

Homerus.

Heſiodus & Euripides.

Herodotus.

Græci doctores.

Inſtauratores linguæ græcæ.

Sect. III.

CA-

Sect. III.

CAPUT II.

De linguæ Latinæ *origine, antiquitate, corruptione, & restauratione.*

Antiquitas linguæ Latinæ.

LAtina lingua à *Latio* sic dicta, indigenæ verò *Latini*, sive *Aborigenes*, de cujus situ, & habitatoribus cum integro Tomo, quod LATIUM, sive *de Latini Agri antiquitatibus* inscripsimus, jam quàm amplissimè actum sit, supervacaneum esse ratus sum, ea hoc loco reïterare. Quare ad linguæ *Latinæ* originem & antiquitatem describendam, tanquam argumento nobis proposito propriam, calamum convertamus. Et primò quidem ad literas, & characteres quod attinet; non defuerunt *Plinio*, & *Solino* testibus, qui *Nicostratam*, sive *Carmentam Euandri* matrem, characteres & *Latinam* linguam ex *Arcadia* in *Italiam* primò transtulisse, putârint. Alii ex *Phaliscorum* regione ab *Hercule* in *Latium* allatam arbitrantur. *Dionysius Halicarnassæus*, *Euandrum* ait ex *Arcadia* profugum hujus beneficii auctorem fuisse in *Italia*. Alii aliter rem narrant. Quicquid sit, nos posthabitis aliorum opinionibus, quid nobis videatur, & quomodo hujusmodi opinionum congeries concordanda sit, paulò fusiùs exponemus.

Cadmus & Phœnix Græcos *literas docuerunt.*

Cadmum, & *Phœnicem* ortu *Ægyptios* fuisse, S. *Hieronymus* testatur: *Temporibus*, inquit, Josue, Cadmus *unà cum fratre suo* Phœnice Thebis Ægyptiorum, *unde oriundi erant*, *in* Syriam *profectos esse*, *& tempore* Othonielis *Judicis Israëlitici è* Phœnicia *in* Græciam *venisse*, *atque ibi in memoriam* Thebarum Ægyptiarum Thebas Bœotias *condidisse*, *relictâ fratri* Phœnici Syriâ, *quæ deinde ab ejus nomine* Phœniciæ *nomen obtinuit*. *Ægyptias* itaque literas, quas in *Ægypto* à juventute didicerat, *Græcis* communicavit; nam ut in linguæ *Coptæ* Onomastico docuimus, erat ingenium *Ægyptiorum* à natura ad omnia sua mysteriosis formis & significationibus obumbranda proclive, quemadmodum ex eorum mystico alphabeto patet; unde verisimile est *Misraim Chus* filium primum *Ægypti* Regem aut *Trismegistum* ejus consiliarium, notas ipsis literas, & characteres linguæ *Hebrææ*, in alias more ipsis solito, figuras ingeniosè excogitatas transformasse, uti in *Oedipo* fusè exposuimus, hos postea à *Cadmo*, tanquam singulare quidpiam, in *Græciam* allatos, juris communis feciisse, sunt enim pleræque literæ adeò *Græcis* similes, ut si octo exceperis, posteris temporibus 22 propriis adjunctas, exactâ similitudine in omnibus, *Græcis* correspondeant. Verùm ad hoc demonstrandum, nihil requiri videtur, nisi ut utriusque alphabetum, quod in præcedentibus exhibuimus, consulas.

Aque hæc est differentia alphabetorum *Copti*, sive *Ægyptiaci*, & *Græci*; ex quo apparet, ab *Ægyptiis*, vel per *Cadmum*, vel etiam per *Inachum*, qui & *Phoroneus* dicitur, aut *Cres* à regno *Cretæ*, cujus primus Rex fuit, utrumque *Ægyptium*, ad *Græcos* translatos fuisse characteres; vixit autem *Inachus* post diluvium anno 2100. *Cadmus* verò post diluvium 2400 anno. Verùm de hisce in præcedentibus uberius.

Cum itaque *Græci* literas ab *Ægyptiis* acceperint, & *Latini* à *Græcis*, certè latinas literas inde originem sumsisse quam clarissimè suo loco patebit.

CAPUT III.

De varia qualitate, viciſſitudine, & augmento linguæ Latinæ.

Varius ſtatus Italiæ variavit linguam Latinam.

CErtum eſt, linguam *Latinam* ab initio non ſtatim ad ultimam ſuam perfectionem pertigiſſe; quare hoc loco triplicem linguæ ſtatum conſideramus: priſcum, Romanorum, & poſterum mixtum. *Priſcam* linguam vocamus, quæ tempore *Pelaſgorum*, *Euandri*, *Turni*, *Aborigenum* in *Latio*; *Romanam* verò linguam vocamus, quæ paulò poſt conſulatus *Romani* initium uſque ad declinationem imperii *Romani*, ejuſque monarchiæ ex Occidente in Orientem tranſlatione, uſque ad *Gothorum* adventum duravit; poſteram, quæ à barbaris corrupta in varias dialectos, *Italicam*, *Gallicam*, *Hiſpanicam*, quæ ſunt *Latinæ* linguæ filiæ, abiit; *Latina* ſolummodò inter doctos remanente uſque ad hæc tempora. Si itaque priſcam conſideremus, illa utique tempore *Pelaſgorum*, *Euandri*, *Turni*, *Faunique* à *Romana* lingua multùm diſtitit, cujus argumento ſunt verſus & carmina ſacerdotum *Saliorum* numinum; hæc enim teſte *Dionyſio Halicarnaſſæo*, vix, ac ne vix quidem ſuo tempore à quoquam intelligebantur, utpote quæ cum *Græca* & *Latina Aborigenum* commixta, legentibus inextricabilem difficultatem adferebat; idem de verſibus deorum, & legibus regni à *Numa Pompilio* compoſitis, & promulgatis, quæ vix à poſteris *Romanis* intelligebantur, & *Tabulæ Roſtratæ*, tempore Conſulum in *Capitolio Romano* etiamnùm ſuperſtes, inſcriptio ſat teſtatur.

TABULÆ ROSTRATÆ

Inſcriptio priſca lingua Latina *peracta.*

SEd hanc noſtram interpretationem genuinam eſſe, duo magnæ conſiderationis antiquitatum monumenta quàm luculentiſſimè demonſtrant: quorum primum eſt *Tabellæ Columnæ Roſtratæ* fragmentum, in Capitolio in hunc uſque diem ſuperſtes, ex quo verà horum numerorum ratio petenda eſt, quam ad majorem veritatis atteſtationem hîc apponendam duxi, cujus defectum *Petrus Ciacconius* ſupplevit in proprio de hujus columnæ interpretatione edito libello.

Colu-

Columnæ Roſtratæ Inſcriptio.

C. Bilios. M. F. aduorsom. Cartacinienseis. en. Siceliad rem. Cerens. ecest. ANOs. cocnatos. Popli. Romani. artisumad obſedeone D. eXEMET. LECIONeis. Cartacinienseis. omneis mAXIMOSQVE MAGISTRaTOS. Lucaes bouebous. relicteis noVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELam. moenitam. vrbem pVCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACestratod. proſpere rEM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. Ceset. resmecosque cLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PArauetque. diebous. LX. cVMQVE. EIS. NAVEBOVS. CLASEIS. POENICAS. OMnis. paratasque. sVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAESENTEd. maxumod DICTATORED. OlorOM. IN. ALTOD. MaRID. PVCnandod uicet. xxxQVE. NAueis. cepeT. CVM. SOCIEIS. SEPTEm. res momque. ducis quin res mOSQVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. Xx. depreset. auroM. CAPTOM. NVMEI. ↀ. ↀ. ↀ DCC.

arcenTOM.CAPTOM. PRAEDA.NVMEI. $\overline{\text{CCCIↃↃↃ}}$. e craue. CAPTOM. AES. $\overline{\text{CCCIↃↃↃ}}$ pondod triompOQVE NAVALED. PRAEDAD. POPLOM. romanom. donauet captiuos. CARTACINIenseis. inceNVOS. Duxet. ante. curom. primosque. Consol. de. sicelEIs. claseque. CARTacinienſeom. triompauet. earom. rerom. erco. S. P. Q. R. ei hance columnam. p.

In hac priſcæ *Latinæ* linguæ barbaries unà cum exotico numerandi modo clarè apparet, dum enim expeditionem *C. Duillii* Conſulis contra *Carthaginenſes* refert in *Sicilia*, prædam quoque ex parta victoria reportatam quàm exactiſſimè, tum quoad naves, tum quoad monetam, aurum, argentum, ænea, deſcribit, ubi & inter cæteras figuras millenarii hæc nota ↀ ↀ ↀ ter occurrit, una cum DCC, quæ numerum 3700 conſtituit. Sed hujus notæ originem ſupra vide expoſitam: deinde vigeſies ſemel repetit hanc notam CCCIↃↃↃ; & quoniam illa 100000 numerum conſtituit, hic in 21 ductus dat 2100000 numerum in ære, cupro, pondus. Contigit autem hæc victoria *C. Duillii* contra *Carthaginenſes* anno Urbis conditæ CDXCIII. 493.

Primi igitur, qui ad linguam *Latinam* excolendam ſe accinxerunt, fuerunt *Plautus*, *Accius*, *Pacuvius*, *Ennius*, *Nævius*, veteres Poëtæ; quos ſecuti ſunt Oratores, *Cato*, *Siſennas*, *Quadrigarius*, *Antius*, *Varro*, *Quintilianus*, *Julius Cæſar*, *Cicero*; Hiſtorici, poſt *Livium*, *Plinium*, *Florum*, *Solinum*, innumeri alii jam noti, quorum ſtudio, curâ & labore

Cap. III. bore veluti exculta *Latina* lingua ad perfectionis apicem pertigit. Verùm uti viciſſitudo temporum incerta eſt, & inſtabilis, ita quoque tum ex monarchiæ, à *Conſtantino* in Orientem *Byzantium* tranſlatæ ingenti mutatione, tum ex inundatione barbarorum, *Gothorum*, *Herulorum*, *Vandalorum*, *Hunnorum*, *Longobardorum* in totam quaſi *Europam* diffuſa, dum *Galliam*, *Hiſpaniam* violenter irruunt, ex linguarum barbararum cum *Latina*, quæ principem locum in *Italia*, *Gallia*, *Hiſpania* priùs tenebat, commixtione, à ſua prima puritate deflectens, *Italicam*, *Gallicam*, & *Hiſpanicam* peperit, *Latinâ* linguâ ſolummodò inter viros doctos remanente. Quomodo verò hæ linguæ inter ſe differant, in ſequentibus patebit. Verùm cum multitudo doctorum, qui de lingua *Latina* ſcripſerunt, vix ſub numerum cadat, ad eos lectorem remittimus; noſtrum erat, originem ejus, propagationem & corruptionem hîc pro nobis propoſito argumento paucis demonſtrare. *Sect.* III.

Prima linguæ Latinæ corruptio.

CAPUT IV.

De linguæ Germanicæ *origine, propagatione, & corruptione.*

NUlli dubium eſſe debet, *Germanos* ab *Aſcanez* filio *Japheth*, qui in diviſione gentium in ſeptentrionales partes ſe receperat, denominatos fuiſſe, & unanimi *Hebræorum* opinione ſtabilitur, qui in hunc uſque diem, *Germaniam* אשכנז, & indigenas אשכנזים *Aſchenazim*, vocant, uti pluribus teſtatur in ſua *Thiſbe Rab. Elias*, ubi ſe *Askenazi* vocat, id eſt, ortu *Germanum*; quoniam verò *Tuiſcon* pronepos *Noë* unà cum *Aſkenez*, diviſis dominiorum juribus hancce terrarum portionem vaſtiſſimam primò inhabitabant, hinc ab ejus nomine *Germania*, *Tuiſconia*, ſeu *Theutonia*, & *Germani Teutones*, in hunc uſque diem appellati fuerunt; à robore verò & Martio ſpiritu, quo vigebant, *Germani*, id eſt, *Garmanni*, quaſi diceres, totos viros, vel *Allemanni*, id eſt, omnes viri, etymon vocis ſortiti ſunt, de quibus vide *Bibliandrum*, *Trithemium*, *Aventinum*, Germanos ſcriptores.

Aſchenaz Germania. Aſcenazim Germani.

Garmann.

Allemann.

Lingua Germanica *Imperialis.*

Hodie ad tantam perfectionem Imperatorum cultu exaltata fuit, ut ſive ubertatem, & copiam, ſive elegantiam, & in rebus genuinè exprimendis aptitudinem ſpectes nulli alteri linguę cedere videatur, idque innumeri auctores, Theologi, Hiſtorici, Phyſici, Chymici, Medici, Mathematici, Poëtæ, Oratores qui omnis generis artes, & ſcientias, linguâ Germanicâ excultas publicæ luci dederunt, apprimè teſtantur. Ad dialectos ejus, quod attinet, illæ in *Germania* adeò differentes ſunt, totque inveniuntur, quot differentes provinciæ, & regna in ea inveniuntur, quod & *Italiæ*, *Galliæ*, & *Hiſpaniæ* uſu venit.

Germanicæ linguæ cultus.

Filiæ autem, quas peperit, ſunt *Belgica*, *Anglica*, *Scotica*, *Danica*, *Suecica*. *Belgica* & *Hollandica* communicat cum proximis *Colonienſibus*, & *Weſtphalis*. *Anglica* originem ſuam ſumpſit à *Saxonibus*, qui expulſis *Valliis* inſulam occuparunt, *Saxonicâ* in *Wallicam* veterem ſubſtitutâ: unde & in hunc diem *Anglo-Saxones* dicuntur: vide de hiſce *Bedam*. Totus denique Septentrio linguæ Germanicæ uſum recipit, qui tamen ſucceſſu temporis ita deflexit, ut vix tamen, niſi frequenti uſu & conſuetudine ſe mutuò intelligant. Sed de hiſce ſuo loco.

Miſtura linguæ Germanicæ cum aliis.

Lingua *Hollandica* filia *Germanicæ* adeò hodiè dilatata fuit, ut vel in ultimis

Cap. IV. *Lingua Batavica.*

mis finibus terræ, quin & in meditullio *Indiarum*, *Batavia* nova, quam Geographi *Java* vocant, non audias nisi linguâ *Germano-Batavicâ* loquentes, quæ procul dubio successu temporum, barbararum hujusmodi regionum linguis commixta, novas semper & novas spurias parturiet. Constat lingua *Germanica* tot ac tantis monosyllabis, ut nonnullas integras periodos non nisi monosyllabis vocabulis congestas proferre soleat, v. g. **Ich wil mit dir nach haus gehn/wo ich mit dir reden wil/weil ich ietzt kein zeit hab:** & similia. Constat & polysyllabis vocibus verborum nominumque, quàm elegantissimè contextis, quæ quidem nulli nisi dictæ linguæ peritis patent. Verùm de elementis, articulis nominum, pronominibusque suo loco amplius.

Cæterùm cæteræ linguæ ex *Germanica*, tantò majorem corruptionem passæ sunt, quantò magis ad Septentrionem accesserunt, *Anglica*, & *Scotica*, uti & *Belgica* ex vicina *Gallia*, plurima verba *Gallica* suæ inseruerunt, adeoque ex *Gallica*, & *Germanica* compositæ videntur, radicali tamen *Germanico* semper retento. *Danica*, *Nortvegica*, *Suecica* adeò deflexerunt, à materna indole, ut vix intelligantur, uti suo loco ostendetur. Est & in Septentrione lingua, quam *Runicam* vocant, & verbis, & characteribus differens; de qua pariter in sequentibus.

Linguam *Boëmicam* in meditullio *Germaniæ* usurpatam, *Sclavonicæ* linguæ filiam esse, uti & *Polonicam*, & *Moscoviticam*, non est quod memorem, utpote ex *Dalmatia* illuc introductam: cum omnibus hujusmodi regiones notæ sint, eorumque idioma, instituta, & mores passim explicentur à Geographis; una sanè consideratione digna occurrit *Hungaria*, quæ tametsi inter dictas regiones medium ferè locum, situmque obtineat, linguâ tamen ab omnibus diversissima utitur. Quod ut explicetur; dico *Hungaricam* linguam prorsus esse *Geticam*, seu *Scythicam*, quod innuere videtur *Matthias Michou* in suis de regionibus Septentrionalibus commentariis: *Juhres*, seu *Juhri*, de *Juhra* terra *Scythiæ* Septentrionalissima juxta ac frigidissima, utpote ad *Mare glaciale* sita, 500 milliar. Germanicorum à *Moscua Moscoviæ* metropoli dissitâ, descenderunt, & invenerunt terram planam ad Meridiem in regionem *Gothorum* in *Scythia*, ubi modò *Tartari Zavalenses* degunt, qui postea dum *Attila Hunnorum*, & *Pannoniæ* Rex ingentes exercitus ad intentam expeditionem cogeret, & hi è sede sua moventes, ad ripam *Danubii* consederunt; & cum tota *Pannonia Sclavorum* jurisdictioni subesset, *Juhri* bello moto post abitum *Attilæ Sclavos* omnes ferè trucidarunt, terramque in hunc usque diem possederunt, reliquis *Sclavis* in finibus *Pannoniæ* regiones inhabitantibus. Itaque *Juhri* à regione *Scythiæ* sic dicti, de qua oriundi exierunt, nominati sunt, quos postea *Sclavi Hugros*, & vicinæ nationes *Hungaros* vocarunt; unde profectò diversitas linguæ *Hungaricæ* luculenter patet, quam *Hugri Scythæ* secum, tanquam vernaculam, & nulli alteri permixtam ex *Tartaria* in *Hungariam* transtulêre, in hunc usque diem durantem. Si quis verò meliorem *Hungarorum* originem ostenderit, huic non difficulter subscribemus. Termini verò *Hungariæ* nec non linguarum diversitas à *Georgio Vernero lib. de Aquis mineralibus Hungariæ* sic describuntur. *Pannoniæ* appellatione non eam tantùm comprehendo *Danubii* ripam, cùm qua ea, quæ dicta est secunda *Pannonia*, ab *Arabone* fluvio, qui *Ptolemæo* est *Narabo*, nunc vulgò *Raba*, ad *Savum* excurrit; sed quicquid præterea *Hungari* in altera *Danubii* ripa tenent, quod quidem latissimè patet. Tenet enim totam *Jazygam Metanastarum*

Sect. III.

Cap. IV. *rum* regionem, quam *Ptolemæus* fluminib. *Danubio, Tibiſco*, ac montibus *Sarmaticis* finit. Sunt autem montes *Sarmatici*, qui *Hungaros* à *Rutenis*, *Polonis, Moravis, Sileſiis*, & eâ *Auſtriæ* parte, quæ citra *Danubium* eſt, dirimunt. Ad quos pertinet *Carpathus*, ita ut jam vulgata appellatione, omnis tractus *Sarmaticorum* montium *Carpathus* vocetur, quanquam mihi *Ptolemæi* deſcriptionem intuenti, *Carpathus* iiſdem, quibus *Dacia* finibus videtur terminari. Porrò extat nunc quoque *Jazygum* natio inter *Hungaros*, quos ipſi voce decurtatâ *Jaz* vocant, ac retinent iidem etiamnum linguam ſuam avitam, & particularem, *Hungaricæ* diſſimillimam, atque eas ſedes, quas *Plinii* deſcriptione quondam tenuerunt, nimirum campos, & plana, *Dacis*, ut idem ait, pulſis ad *Patiſſum* amnem, quem ego detractâ primâ ſyllabâ *Tiſſum*, vel, ut nunc vulgò vocant, *Tizam* accipio. Is verò *Tibiſcus* eſt *Ptolemæo*, limes veteris *Daciæ*, cujus cultiſſima pars eſt *Tranſſylvania*, provincia multis habitatoribus frequens. Nam eam & *Germani*, quos appellant *Saxonas*, & *Hungari*, & *Hungarorum* antiquiſſimi dicti *Siculi*, qui linguâ ſuâ ſunt *Zekheli*, & ad hujus imitationem à quibuſdam vocantur *Ceculi*, incolunt, ut omittam pervetuſtas *Romanorum* reliquias *Valachos*, qui frequentes ibidem vicos, & pagos habent: potiuntur tamen rerum *Hungari*, & penes eos imperium eſt: eoque fit, ut *Tranſſylvani* quoque *Hungarorum* nomine cenſeantur. Verùm de elementis hujus linguæ in II *Tomo Atlantis Polyglotti*. Sect. III.

CAPUT V.

De intimis Septentrionalium regionum linguis.

Cap. V.

Situs harum regionum.

SEptentrionalis mundi pars, quam Geographi *Scandiam*, ſive *Scandinaviam* vocant, in varias regiones dividitur, ut ſunt *Finlandia, Suecia, Lappia, Scricfinnia, Finmarchia, Norvegia, Gothia*. *Finlandia* ex Oriente confinis eſt *Moſcoviæ*; ex Occidente *Sueciæ*; ex Septentrione *Scricfinniam*, & *Lappiam*; ex Meridie *Livoniam* reſpicit, & à *Suecia* diſtinguitur *Sinu Bodnico*; à *Finlandia*, cujus metropolis *Viburgum* eſt, & ex parte Orientali habet emporium *Moſcoviticæ* juriſdictionis *Michael archangelo* dictum toto ſeptentrione celeberrimum: & Germanicè **Feinland**/dicitur, id eſt pulchra regio; & hæc regio linguam ex *Suecica* & *Moſcovitica* compoſitam tenet. *Scricfinnia* inter *Lappiam* & *Finmarchiam* media eſt; incolæ *Scricfinni* dicuntur, à calceis ligneis, chalybeata lamina ſuffultis, quibus celerrimo motu per glaciales, & nive induratos campos, flumina, lacuſque congelatos ex uno loco in alterum promoventur, & apud *Batavos, Belgaſque* paſſim **Schrichſchoe** vocantur; linguâ utuntur *Germanica*, corruptiſſima tamen. *Finmarchia*, quaſi diceres, **Feinmarc**/ex Oriente reſpicit *Lappiam*; ex Occidente *Oceanum Septentrionalem*, cujus metropolis eſt *Nortcap*, eſtque ultimus terminus habitati Septentrionis; *Norwegiam* reſpicit ex Meridie; à Septentrione *Veigaz* fretum, & *Novam Zemblam*. *Nortvegia*, quaſi diceres, **Nortweg**/id eſt, *Via Septentrionis*, *Daniæ* Regis jurisdictioni ſubeſt, ejuſque metropolis olim *Nidroſia, Trunden* vulgò, ſedes epiſcopalis, totius Septentrionis domicilium erat, uti ſplendidæ eccleſiæ adhuc ibidem ſuperſtitis veſtigia ſat oſtendunt: hodiè *Bergen* totius Septentrionis nobiliſſimum emporium in *Norvegia*, celebris urbs eſt; & reſpicit ex Septentrione *Finmarchiam*; ex Oriente *Sueciam*; ex Occaſu *Oceanum*; ex Meri-

Finlandia.

Schricfinnia.

Finmarchia.

Norvegia.

Cap. V. Suecia.

Meridie, interfluo mari *Daniam*, & *Gothiam*. *Suecia* nobiliſſimum regnum, & rerum geſtarum gloriâ celeberrimum, à Septentrione *Lappiam;* ex Ortu *Sinum Bodnicum;* ex Meridie *Mare Balthicum;* ex Occaſu *Gothiam*. Atque omnes hæ vaſtiſſimæ regiones idiomate utuntur ex *Danico*, *Suecico*, *Anglico* adeò corrupto, ut vix à *Germanis* inteligi poſſint.

Cæterùm ex aliquibus hiſce regionibus pleræque perpetuo damnatæ gelu, nec frumentum, neque fructus ferunt, neque pecoribus alendis aptæ, ſolo aquæ potu, & piſcibus ſole exſiccatis, vivunt; exceptis iis partibus, in quibus aliunde panis, vinum, cereviſia, & carnes infumatæ advehuntur. Pecuniam non habent, ſed ſola commutatione pellium, piſciumque, mercimonia ſua exercent.

Rangiferi jumenta, cervorum forma.

Habent in *Lappia* certum cervorum genus, quos *Rangiferos* vocant, quibus loco equorum, aſinorum, boumque utuntur, & uti velociſſimo curſu pol-*Sect.* III. lent, ita quoque trahis alligati longiſſima itinera breviſſimo tempore conficiunt. In nonnullis quoque locis non deſunt urſi prægrandes, & albo pilo prædíti; item vulpes, & lynces; cætera animalia domeſtica ob frigoris atrocitatem, ibidem ſubſiſtere non poſſunt; de quibus lege *Itineraria* variorum; *Olaum Magnum*, in multis tamen ſuſpectæ fidei. Scripſit de hiſce, dum hæc ſcribo, librum de Septentrionalium partium natura & proprietate, *Franciſcus Nerius* Italus, Ravennas, Sacerdos religione & zelo animarum conſpicuus, amicus inter paucos ſingularis, qui *Sueciam*, *Daniam*, *Norvegiam*, *Lappiam*, *Finmarchiam* uſque ad ultimum habitati Septentrionis terminum, *Nordcap* dictum, ipſemet quàm curioſiſſimè luſtravit, & quæ obſervavit, publicæ luci tradidit. Verùm de hiſce fuſiùs in ſequentibus.

CAPUT VI.

De lingua Illyrica, Dalmatica, Slavonica, *ejuſque filiabus.*

Cap. VI. *Etymon* Thraciæ.

Illyris, hodiè *Slavonia*, vel *Dalmatia*, antiquitus *Thracia*, à *Thyras* nepote *Japheth* dicta, qui primus hujus regionis poſſeſſor fuit; quamvis nonnulli *Eliſan* fratrem ipſius primum hujus regionis colonum, ex vicina *Græcia* huc motum fuiſſe exiſtiment. Nos ex Rabbinorum ſententia, *Thraciam*, à *Thyras*, quaſi diceres *Thyraciam*, etymon ſuum ſumpſiſſe, veriſimiliùs credimus. Qualisnam lingua illa à *Thyras* in *Thraciam* tradu&ta fuerit, difficile eſt conjicere. Hoc conſtat, hanc poſteris temporibus poſt *Chriſtum* ex *Græco*, *Latino-Italico*, imò & *Germanico* idiomate, tandem in propriam, & naturalem linguam, ab omnibus differentem degeneraſſe. Habet tamen complures dialectos, diverſis nationibus proprias; & quamvis hodiè, quæ olim *Thracia*, vel *Zervia* dicebatur, in innumeras regiones diviſa ſit, unâ tamen hac linguâ utuntur omnes regiones ſub *Thracia*, ſive *Illyria* comprehenſæ; cujuſmodi ſunt *Zervi*, *Dalmatæ*, *Boſni*, *Croatæ*, *Raſci*, *Valdavi*, *Walachi*, *Podoli*, *Daci*, & coloniæ *Boëmorum*, *Moravorum*, *Polonorum*, & *Moſcovitarum;* de quibus *Bibliander*. Vide de hiſce quàm copioſiſſimè tractantes, *Geſnerum*, *Sigiſmundum ab Herberſtein*, *Matthiam Michou* Polonum, & Boëmum ſcriptorem *Sigiſmundum Gelenium*.

Illyricæ linguæ dialecti.

Ex hiſce patet, linguam *Illyricam*, ſive *Sclavonicam*, *Boëmicam*, *Polonicam*, *Lithvanicam*, *Moſcoviticam*, & quæ in aula Conſtantinopolitana maximè in uſu eſt, unam & eandem eſſe linguam, ſolum-

Cap. VI. ſolummodò diverſis, pro conditione diverſarum regionum, dialectis corruptam, utpote quæ omnibus cæteris linguis communem corruptionis ſortem, cum tempore ſubiit. Sed relictis hiſce, ad literas & characteres explicandos progrediamur.

Alphabetum Illyricæ linguæ.

Duplex *Illyrici* habent alphabetum literarum iis propriarum, queis in libris conſcribendis utuntur. Prius, exceptis aliquibus, *Græcorum* alphabeto ita ſimile, ut vix ſit litera, quæ non Græcum quid ſapiat, & hoc dicitur à *Cyrillo epiſcopo Velegradenſi* compoſitum; alterum Divo *Hieronymo* attribuitur; de quo *Bibliander*: verùm de hiſce vide ampliſſime actum in ſequenti libro, *de principiis linguæ Illyricæ*, alphabetiſque variis quibus utuntur *Dalmatæ*. Nihil porrò reſtat, niſi ut ad meliorem lectoris inſtructionem, apponamus chronologiam annorum poſt diluvium, ut quo tempore quiſque ex citatis hucuſque auctoribus *Hebræis, Græcis, Latinis*, vixerit, innoteſcat. *Sect.* III.

TABULA CHRONOLOGICA

Annorum poſt diluvium, quâ linguarum ortus, & incrementum exponitur.

Anno mundi.	
1656.	Diluvium.
Poſt diluvium anno 1984.	Diviſio linguarum. *Abraham. Cres* Rex *Cretæ.* Incendium Sodomiticum. Regnum Sicyonium in *Græcia.* Regnum *Argivorum.* Regnum *Aſſyriorum.* Regnum *Ægyptiorum. Triſmegiſtus.*
2006.	*Noë* moritur, ſub quo jam orbis inhabitabatur, urbes condebantur. *Inachus, Phoroneus Argivorum* Reges.
2158.	*Sem* moritur. Tribus *Iſraël* dominantur. Deorum regnum fabuloſum.
2373.	*Moſes* naſcitur. *Amenophis* Rex *Ægyptiorum. Cecrops* Rex *Athenienſis.* Linguæ *Græcæ* initium.
2493.	*Moſes* moritur. *Joſue*, & *Judices. Cadmus, Phœnix, Orpheus.*
2600.	*Debora* prophetiſſa *Judææ. Picus Saturni* filius. *Ilium* conditur. *Sicani, Latii, Aborigines.*
2700.	*Gedeon*, & cæteri Judices. *Faunus* Rex. *Tyrus* conditur. *Pelaſgorum* in *Italiam* expeditio, & lingua *Græca* commixta *Latinæ. Sicani*, & *Aborigines* expelluntur ex *Italia.*
2800.	Judices. *Jephte* filia mactatur. *Heli* naſcitur. Incendium Trojanum. *Æneas. Turnus. Lucumones* in *Hetruria. Sampſon* apud *Philiſtæos.*
2900.	Reges *Hebræi. Saul, David*, & cæteri. *Samuel* obiit. *Homerus* naſcitur, anno mundi 2960. & non longè poſt *Heſiodus.* Templum *Salomonis* abſolutum. Cultus linguæ *Græcæ.*
3000.	Reges *Judæ. Achab.* Regni *Aſſyriorum* finis ſub *Sardanapalo. Jonas* prædicavit *Ninivitis.* Reges *Albæ. Elias* 3079. *Heliſæus. Carthago* conditur 3098. Lingua *Phœnicia* in *Africa* viget.
3100.	Reges *Judæ* & *Iſraël. Perſarum* regnum ſub *Cyro*, & *Babylon* ſub *Chaldæis* Regibus.
3200.	Reges *Judæ*, & *Iſraël.* Captivitas *Hebræorum* in *Babylone.* Olympiadum initium anno 3208. *Romulus* naſcitur 3214. Roma condita 3230.

3300.

C. VII. 3300. Transmigratio Babylonica. *Nabuchodonosor. Daniel. Albæ* excidium. *Sect.* III. *Thales* Milesius. *Stesichorus. Græcæ* linguæ studium promovetur.

3400. *Salathiel. Zorobabel.* Finis servitutis Babylonicæ, 70 annorum, 3446. *Darius. Cyrus. Tarquinius Superbus.* Consules Romani 3473. *Pherecydes Pythagoræ* præceptor. Poëtæ veteres. *Æschylus. Pindarus. Anaxagoras.* Linguæ *Latinæ* ruditas.

3500. *Xerxes. Furius Camillus. Vejorum* obsidio. *Roma* capta à *Gallis. Herodotus* nascitur 3501. *Thucydides. Socrates* nascitur 3515. *Plato. Melissus. Simonides. Empedocles. Diogenes Cynicus. Aristoteles* nascitur 3565. *Alexander Magnus* nascitur 3595. *Darius. Demosthenes. Calippus. Demetrius Phalereus.*

3600. *Alexander Magnus* moritur 3625. Regnum Ægyptium *Ptolemæorum. Scipio* Africanus. Incipit cultura linguæ Latinæ.

3700. *Ennius* poëta nascitur 3712. *Terentius. Archimedes. Hannibal. Cannensis* pugna 3707.

3800. *Machabæi* pro fide trucidati. *Judas. Machabæus* bella gerit. *Pacuvius. Plotius* Gallus, primus legit Rhetoricam in lingua Latina. *Accius* poëta. *Lucretius. Marius* & *Sylla.* Bella civilia. *Cicero*, & *Cn. Pompejus* nascitur.

3900. *Joseph, Joachim, Anna,* beatissima Deipara nascitur. JESUS *Christus* filius DEI anno 3984. Bellum Triumvirorum. *M. Tullius Cicero. Julius Cæsar*, & Monarchia Romanorum Cæsarum. *Ovidius. Horatius. Virgilius* florent. Cultus latinæ linguæ magno incremento propagatur.

Anno Christi. Ab anno primo usque ad 100. florent *Tibullus*, *Catullus*, *Propertius, Dionysius Halicarnassæus. Philo, Orosius, Lucanus, Cornelius Tacitus, Valerius Flaccus, Juvenalis, Martialis*, *Plinius, Pedianus*, poëtæ, sub *Augusto* usque ad *Trajanum.*

Ab Anno Christi 100 usque ad 200. sub *Trajano*, *Adriano, Antonino*, &c. usque ad *Severum* floruerunt, *Plutarchus*, *Pausanias*, *Favorinus*, *Ptolemæus*, *Galenus, Justinus Martyr, Arrhianus*, *Max. Tyrius*, *Lucianus, Athenæus, Apulejus, Gallus.*

Ab anno 200 usque ad 300. sub Imperatore *Caracalla* usque ad *Diocletianum* floruêre *Philostratus, Appianus, Cassiodorus, Plotinus, Censorinus, Porphyrius, Lampridius, Tertullianus.*

Ab anno Christi 300 adusque 400. *Constantinus* Magnus, & Christianæ religionis propagator, floruêre *Juvencus* Presbyter, *Libanius, Themistius*, *Claudianus, Ausonius, Synesius*, S.S. Patre s*Eusebius* Cæsarienfis, *Athanasius*, *Gregorius* Nazianzenus, *Epiphanius, Ambrosius*, *Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus.*

Ab anno 400 usque ad 500. imperium Romanum ex Occidente in Orientem translatum, Barbarorum invasio; atque huc usque *Latina* lingua pura in *Italia* viguit, sed à *Gothis, Alanis*, *Vandalis*, *Hunnis, Longobardis* corrupta in varia idiomata *Italicam, Gallicam*, *Hispanicam*, aliasque degeneravit, *Latina* lingua solummodo inter literatos permansit. Sed hisce sat & in genere quidem expositis, jam ad IV. Librum, præcipuum hujus operis argumentum progrediamur, in quo linguas & idiomata ex primæva illa rerum confusione in ordinem redigere nobis propositum est. DEUS O. M. Spiritus sancti παντοδότου gratia ausibus nostris adsit.

Cap. VI. Verum antequam opus *Atlantis polygloſſi* arduum ordiamur, hoc loco celebrem illam de univerſali lingua quæſtionem examinabimus; & deinde noſtram de univerſali lingua intentionem in curioſi lectoris gratiam apponemus. *Sect.* III.

CAPUT VII.

Utrum radices linguarum reperiri queant ad univerſalem quandam linguam conſtituendam.

C. VII. COmplures varia quadam perſuaſione deluſi primævarum linguarum radices conſtitui & aſſignari poſſe, ex quibus univerſalis lingua confici poſſit, etiamnum credidere. Cum itaque à multis ea de re conſultus fuerim, potiſſimum à *Ferdinando* III. Imperatore Mecœnate munificentiſſimo, qui uti in aliis ita & de hoc clientis ſui judicium more ſolito experiri non fuit dedignatus: (nam quid de hoc propoſito univerſalis linguæ argumento ſentirem, ſibi exponi præcepit:) utique Cæſareo perculſus imperio, ut laudabili Cæſaris curioſitati quovis modo ſatisfacerem, à primis principiis propoſitum mihi dubium, ſingulari ſtudio & diligentia adhibita, enodandum cenſui. Sed vix dum cœperam, cum ecce, ut verum fatear, idem mihi accidiſſe videtur, quod typothetæ, qui plura librorum folia, compoſitione peracta, jam typis prælo deſtinata in promptu habet. Verum neſcio quo caſu diſſolutis ligaminibus typi ſparſim per terram diſſipati, nullum prorſus veri ſenſus veſtigium relinquunt, neque ad priſtinam formam prototypi jam perditi reduci queunt. Pari prorſus modo accidit in infinita illa prope linguarum & idiomatum multitudine & varietate, quæ ab origine mundi hucuſque ob inacceſſam antiquitatis vetuſtatem, ob tot imperiorum mutationes, tot populorum diverſorum commixtionem, inter tot denique rerum humanarum viciſſitudines & corruptelas expoſitæ fuerunt, ut proinde minimè fieri poſſe exiſtimem, aut fundamentum omnibus linguis commune reperiri poſſe, credam. Quot enim in lingua *Chaldaïca*, *Syriaca*, *Arabica* & *Æthiopica* verba occurrunt, quæ nullam prorſus ad primariam linguam quam nos *Hebræam* eſſe determinavimus, (exceptis iis quæ ab ea demanarunt) ſimilitudinem obtinent? totoque ut ajunt cœlo differunt? Quis rogo vel unicum verbum in lingua *Hebræa* cæteriſque reperiet? quod ad linguam *Græcam*, ne dicam *Latinam* aliquam affinitatem habeat? ſi verò nonnullæ voces occurrerint, quæ tametſi quoad ſonum quandam ſimilitudinem polliceantur, illæ ſignificatione tamen prorſus contrarium exhibeant. Hac itaque diligentia præmiſſa, & combinatoriæ artis amuſſi applicata, dico temerarium, ne dicam ſtolidum eorum eſſe tentamentum, qui in hoc negotio adeo arduo & viribus humanis ſuperiori aliquid ſe præſtare poſſe præſumptuoſius credunt. Deſinant itaque hujuſmodi imperiti rerum indagatores piſcari in aëre ranas, quæ ſine alis volare cenſent. *Siſyphi* ſaxum volvant, atque inutili labore revolvant, omnemque humanam in hiſce explorandis induſtriam vanam irritamque ſe comperturos certo ſibi perſuadeant. Horum numero jungi poſſunt omnes ii qui linguam *Germanicam*, aut quamvis aliam ex *Hebraïcis* verbis vocibuſque conſtitutam demonſtrare ſe poſſe exiſtimant. Quos inter meritò primum locum obtinet *Goropius Becanus*, qui *Belgicam* linguam libro integro primævam illam veramque *Hebræorum* linguam

C. VII. guam aut ſaltem mediatè ab ea derivatam conatur demonſtrare; miratus ſum equidem virum cæteroquin eruditiſſimum, in re adeò ludicra, tot bonos dies horaſque conſumpſiſſe. Quis enim neſcit, in omnibus pene linguis nonnullas voces *Hebræis* quoad ſonum ſimiles reperiri, quarum tamen genuinam ſignificationem ut exprimat dici vix poteſt, quam violenter quam coactè, ut quoad ſenſum Hebrææ reſpondeant, detorquere conetur. Et certe mihi perſuadeo virum judicio pollentem difficultates occurrentes non potuiſſe non prævidiſſe. Ut proinde ne ejus exiſtimationi nonnullo præjudicio eſſe videar, eum non tam veritate convictum, id ſenſiſſe, quam ingenii luxuriantis æſtu abreptum ad ſagacitatem ſubtilitatemque ingenii oſtentandam ſimilia effutiiſſe arbitrer.

Sed hiſce jam ſatis expoſitis, reſtat ut hoc modo alium univerſalis linguæ modum deſcribam, qui ad Cæſaris poſtulationem noviter detectus fuit: & dicitur *Polygraphia univerſalis*, qua quiſque tametſi non niſi vernacula lingua inſtructus, cum omnibus tamen populis & nationibus, per literas reciproco commercio, mentem ſuam aperire poſſe demonſtratur, quod & jam dudum ad multorum ſollicitationem non niſi paucis tantum exemplaribus impreſſis publici juris fecimus. Eſt verè univerſalis methodus qua quis ſuam alteri intentionem quacumque lingua communicare poſſit; fateor ſane illud ab omnibus antequam in lucem ederetur velut incredibile & quaſi παράδοξον habitum fuiſſe. Sed edito jam opere, poſtquam in praxin id redegerunt multi ex magnatibus, tum enimvero illud non dicam ἀδύνατον, ſed vel maximè facile compererunt. Quo cum primis relexandi animi cauſa *Ferdinandus* III. Cæſar & *Leopoldus Guilielmus* Archidux uſi fuerunt; uti in fronte *Polygraphiæ*, ex litera ad lectorem datâ conteſtata rei veritas demonſtratur. Quin & *Alexander* VII. glor. mem. ſummus Pontifex comperta veritate adeo ipſi arriſit artificium; ut inventori annuæ penſionis minerval aſſignare non ſit dedignatus. *Sect.* III.

CONCLUSIO.

HOrrendos tandem cataclyſmi fluctus eluctati inviſam ſtupendamque mundi cataſtrophen, ob enormia filiorum hominum vindice DEO illatam cum tremore conſpeximus, qua finita ex monte *Ararat* in ſubmontanos campos, itinere directo, tandem in terram *Sennaar* appulimus. *Turrim*, ejuſque portentoſam fabricam dimenſi uti intercurrente linguarum confuſione imperfectam incompletamque reliquimus; ita quoque ex confuſo ſermonum commercio, novorum ſemper novorumque idiomatum argumentum exortum; mirè ad id proſequendum, animum meum ſollicitavit. Verum cum id primi hujus tomi limites longè excedere videretur, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi in auxiliarem adminiculationem, *Atlantem* adſciſcerem, ut is Geocoſmo univerſi orbis terrarum linguis conſpicuo humeris ſuppoſitis virium mearum imbecillitatem, ea qua fieri poſſet induſtria ſublevaret. Quod tandem aſpirante divini Numinis gratia accidit, eo modo, quo lector in ſecuturis, ſuo tempore, duobus Tomis in 72 linguarum, juxta 72 tribus trium filiorum *Noë* diſparatiſſima genera diviſis peractum videbit. Vale lector & ſi in hiſce quidpiam admiratione dignum occurrerit, id unicè D. O. M. qui ſolus infantium linguas facit eſſe diſertas, adſcribas velim.

Laus DEO *Virginique* MATRI.

INDEX RERUM,

in hoc opere contentarum : in quo

Numerus paginam denotat, *a* columnam priorem, *b* posteriorem.

A.

ABimelech *Rex apud* Palæstinos *tempore* Abrahami. 44. a, b.
Aborigines. 216. *expelluntur ex* Italia. ibid.
Abrahamus *natus anno regni* Nini. 43. 104. b. 105. a. *anno vitæ patris sui.* 60. 105. a. 106. 113. a. *ex ejus semine qui populi prodierunt.* 120. b.
Abubacer *de prava opinione, quæ fuit* Zabæorum. 134. b.
Abydenus *de lapsu* Turris. 110. b.
Abyssina *lingua.* 132. a.
Accius *Poëta.* 217.
Achab. 216.
Achad Hieronymo Edessa. 117. a.
Adamus *primus* [illegible]. 146. b. *sive primus animantibus nomina imposuit.* 147. a. 165. a. *omnium purorum hominum perfectissimus, & scientissimus.* 162. a. *infusam concreatamque scientiam habuit.* ibid. b. *linguam habuit pariter sibi infusam.* ibid. *ejus theologia.* ibid. *physiologia.* 163. a. *omniscius.* 162. a. 163. b. *ejus instructor Annisius.* 164. a. *eum ex luna prodiisse fuit* Sabæorum *traditio.* 35. b. 134. a.
Adonis *vide* Osiris.
Adris *arabicè & græcè* Hermes Trismegistus *dicitur* Ægyptiorum Thoyth. 82. b.
Ægyptiaca *lingua. Vide* Coptica. *Ejus primatus.* 152. a.
Ægyptiaci *regni initium.* 112. b.
Ægyptiarum *literarum primæva fabrica & institutio.* 177 & seqq.
Ægyptii *Simiæ* Babyloniorum *in obeliscis erigendis.* 65. a. *credebant primos homines in* Ægypto *natos.* 135. b. *& ex quâ causâ.* ibid. *monachi sequebantur hieroglyphicam doctrinam veterum* Ægyptiorum. 172. b.
Ægyptus *non fuit habitata ante divisionem & confusionem linguarum.* 113. b. *Primorum hominum genetrix secundum* Ægyptios. 135. b. *A primo Rege* Misraim *dicta.* 203. a.
Ælamitica *lingua. Vide* Persica.
Æmilius Scaurus *in suâ ædilitate extruxit apud* Romanos *theatrum* 360 *columnis conspicuum.* 90. b.
Æneas. 216.
Æolica *dialectus linguæ* Græcæ. 131. a.
Ære Colossi Solis quot cameli onerati fuerint. 88. b. 89. a, b. 90. a.
Aëris benignitas requisita ad bonitatem regionis. 17. a.
Æschylus. 217.
Æthiopes *primos homines in* Æthiopia *veluti in medio terrarum natos asserebant, & ex quâ causâ.* 135. b.
Æthiopia *primorum hominum genetrix, secundùm* Æthiopes. *ibid. ejus descriptio.* 199. a. *antiquitas.* ibid. b. *coloni primi quinam.* 200. a.
Æthiopica *lingua ex* Hebræa. 131. a. 200. b. *à qua differt characteribus & modo scribendi.* ibid.
Æthiopicum *alphabetum diversissimum ab* Hebraico. ibid.
Africanæ *linguæ.* 132. a.
Agareni. *Vide* Ismael.
Agriculturæ necessitas. 5. a.
Aivan Kesra. 97. b. 99. a, b. 100. a.
Albæ *excidium.* 217.
Alcoranus lingua Arabica *pura conscriptus à* Mahumede. 198. b. 202. b.
Alexander Magnus *nascitur.* 217. *moritur.* ibid.
Allegoriarum Ægyptiarum *expositio.* 173. a. & seqq.
Alphabetum Æthiopicum *diversissimum ab* Hebraico. 200. b. Copticum *commune & mysticum.* 177. & seqq. Dalmatarum *varia.* 216. b. Illyricum *duplex; alterum* Cyrilli, *alterum* Hieronymi. 216. a, b. Samaritanum *non est idem quod* Phœnicium. 185. b.
Altitudo lunæ à terra. 37. b. *triplex: major in apogæo, minor in perigæo, media in quadraturis.* 39. a. Turris *quanta debuerit esse usque ad cœlum lunæ.* 37. b.
Amalech *filius* Eliphaz, *filii* Esau, *à quo* Amalecitæ. 121. a.
Amara *mons.* 199. b.
Amasis *Rex* Ægypti *advexit templum monolithum.* 72. a.
Ambrosius *floret.* 217.
Amenophis *Rex* Ægyptiorum. 216.
Americanæ *linguæ.* 132. a.
Ammon *filius* Loth, *à quo* Ammonitæ. 121. a.
Amraphel *Rex* Sennaar. 19. a. *Rabbini fabulantur eum esse* Nembrodum *ibid. fuit prorex* Ninyæ *Regis Assyriorum, sive gubernator* Babylonis, *aut terræ* Sennaar. 19. b.
Amstelodamum *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45. a.
Analogia rerum à primis mundi patriarchis gesta-

ſtarum, geſtis Oſiridis, Iſidis, Typhonis, Hori *parallela.* 136.
Anaxagoras. 217.
Angelus qua lingua & characlere ſcripſerit in pariete Balthaſaris *ſententiam ei à Deo latam.* 154.a.
Anglica *lingua filia* Teutonicæ. 131.b.
Angolana *lingua.* 132.a.
Anna. 217.
Appianus *floret.* ibid.
Apulejus *floret.* ibid.
Aquila cur hebraïcè dicatur Neſra. 166.a.
Arabes *putabant* Arabiam felicem *primorum hominum genetricem.* 135.b. *ſcriptores celeberrimi.* 199.a. *eorum relatio de pyramidibus* Ægypti. 70.b.
Arabia *triplex;* Deſerta, Petræa & Felix. 198.a. Deſertæ *ſitus.* ibid. Petræ *ſitus.* ibid. Felix *primorum hominum genetrix ſecundum* Arabes. 135.b. *ejus ſitus.* 198.a. Amalecitica & Iſmaëlitica *dicta.* ibid.
Arabica *lingua, in* Andaluzia *commixta* Latinis Arabiciſque *vocibus, in* Melitenſi *inſula commixta vocabulis* Italicis Arabiciſque. 130b. *ex* Hebraica. 131.a. 198.a. *per totum Orientem & Occidentem diffuſa.* 198.a. *pura dominatur in* Ægypto. 203.a.
Arach Hieronymo Niſibis. 113.a.
Ararat *non eſt unus mons particularis, ſed ingens concatenatorum montium ſeries.* 12.a.
Arcadia *primorum hominum genetrix, ſecundùm* Theodoretum *ex relatione antiquorum.* 135.b.
Archimedes. 217.
Architectura Turris Nembrod. 40.41.
Arcus Soliman Pac. 100.a,b. 101.a,b.
Ariſtides *Athenienſe ſolum primam terram hominum genetricem aſſerit.* 135.b.
Ariſtoteles *naſcitur.* 216. *multa ex* Chaldaicis *monumentis accepit.* 195.a.
Armenia *duplex:* minor & major. Minoris *ſitus.* Majoris *ſitus.* 11.b. *Deſcriptio.* 204.a. *etymon ab* Aram *filio* Sem. *ibid.* Armenica *lingua.* 204, 205.
Armenorum *Patriarchæ ſedes in* Naſchevan. 204.a.
Arphaxad *tertius filius* Semi. 120.a. *natus duobus annis poſt diluvium.* ibid. *à quo prodierunt* Chaldæi & Suſii. 120.b.
Arrhianus *floret.* 217.
Artapanus *ſcribit à* Moſe *literarum inventore literas accepiſſe* Judæos & Ægyptios, *à* Judæis Phœnices, *à* Phœnicibus Græcos. 123.b.
Artemiſia *Regina* Cariæ Mauſolo *marito defuncto ſepulcrum erexit, à quo omnia Regum Imperatorumque monumenta precioſa Mauſolea vocantur.* 88.a,b.
Artes quas ſuos docuit Noë. 27.a. *earum propagatio.* ibid.b.
Aſinus cur hebraïce dicatur Chamor. 166.a.
Aſſur *ſecundus filius* Semi, *à quo* Aſſyrii. 119.a. *diverſus ab* Aſſur *egreſſo de* Babylonia, *qui ædificavit* Niniven. 119.b.
Aſſyria *eſt terra* Sennaar. 18.b. *quæ nunc corruptè* Azimia *dicitur, ſitus.* 119.a.
Aſſyriacus *character. Vide character.*
Aſſyriorum *Reges dicti* Aſſur. 120.a. *catalogus à* Nino *uſque ad ultimum* Sardanapalum. 50. *eorum imperium duravit ſub* 32 *Regibus annos* 1239. ibid.
Athanaſius *floret.* 217.
Athenæus *floret.* ibid.
Athenienſe *ſolum primos homines produxit ſecundùm* Ariſtidem. 135.b.
Attica *dialectus linguæ* Græcæ. 131.a.
Atribiticus nomus. 79.a.
Aulæ labyrinthæ terrorem incutientes. 83.a.
Auguſtinus *de numero linguarum.* 199.a. *floret.* 217.
Auri abundantia primis ſeculis. 27.b.
Auſonius *floret.* 217.

B.

BAbylon *urbs magnificentiæ pene incredibilis à* Semiramide *condita.* 93.a. *ejus magnitudinis & operarum examen.* 53.a, b. *rudera an hodie ſuperſint.* 92.a.
Babylonia *eſt terra* Sennaar. 18.b.
Babylonica *lingua. Vide* Chaldaica. *Ejus character. Vide* Character.
Babylonico regno nullum nec antiquius nec majus. 112.b.
Baculus Tauticus S. Antonii. 172.b.
Bagdadum *extructum ex lateribus bonis & vetuſtis* Babyloniæ *veteris,* &c. 104.a.
Batavica *lingua.* 213.a.
Becanus (Goropius) *probat linguam* Belgicam *omnium primam fuiſſe.* 194.a.
Belgica *lingua omnium prima ſecundùm* Goropium Becanum. 194.a. *filia* Germanicæ. 131.b. 194.a.
Bella civilia. 217.
Bellonius (Petrus) *de pyramidibus* Ægypti. 68.b.
Bellum Triumvirorum. 217.
Belus *idem qui* Nembrod. 82.b. 104.a. 105.a,b. 112.a. *ejus ſepultura.* 47.b. *templum.* 52.a. *Vide* Oſiris.
Ben Salamas *de pyramidibus* Ægypti. 70.b.
Benjamini Tudelenſis *obſervatio de civitate* & Turri Babel. 95.b.
Beroſus Annianus *vult* Zoroaſtrem *fuiſſe* Cham *filium* Noë. 44.a.
Bibliotheca ſacra Iſmendii. 76.b.
Boëmica *lingua ex* Illyrico *traducta,* & *linguæ* Germanicæ *ac* Polonicæ *ita commixta,*

mixta, ut nec Dalmata, *nec* Polonus *eam prorsus intelligat.* 130. b. *filia* Sclavonicæ. 213. a.
Bosnica *lingua ex* Illyrica. 131. b.
Bubasticus *nomus.* 79. a.
Bulgarica *lingua ex* Illyrica. 131. b.
Buratinus (Titus Livius) *pyramidem* Memphiticam *delineavit.* 71. b.
Brachmanica *lingua.* 131. b.
Brasilica *lingua.* 132. a.
Briax *Mausoleum* Artemisiæ Cariæ *Reginæ à borea cælavit.* 88. a.

C.

CAdmus *literas primùm ad* Græcos *ab* Ægyptiis, *ipse* Ægyptius *existens, attulit.* 174. b. 175. a. 184. a, b. 185. a. 209. a. 216.
Cadmææ literæ quo tempore Græcis *traditæ.* 175 a. *dictæ etiam* Phœniciæ, *item* Pelasgicæ. 185. a. *diversæ fuerunt à* Samaritanis. 188. b.
Cafrarienses *lingua.* 132. a.
Caïnan *generatio secundum quosdam minimè computanda.* 105. a. *genuit* Sale. 106.
Cairus *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45. a.
Calcis præparandæ artem suos docuit Noë. 27. a.
Calculus propagationis generis humani ad Turris *fabricam.* 9. 37. a.
Calippus. 217.
Cambyses *regni* Ægyptiorum *eversor.* 203. b.
Cannensis pugna. 217.
Canopicus *nomus.* 79. a.
Captivitas Hebræorum *in* Babylone. 216. *ejus finis.* 217.
Cares *architectus* Colossi Rhodii *seu Solis.* 88. b.
Carthaginenses Phœnicum *colonia.* 187. b.
Carthago *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45. a. *conditur.* 216.
Cassiodorus *floret.* 217.
Catalogus Regum Assyriorum *à* Nino *usque ad ultimum* Sardanapalum. 50.
Catullus *floret.* 217.
Causæ universales quinque corruptionis linguarum: 1. diversarum gentium populorumque commixtio. 2. imperiorum monarchiarumque mutatio. 130. a. *3. calamitates publicæ regnorum. 4. varia in differentia regna coloniarum introductio.* 130. b. *5. cæli solique in certis nationibus constitutio.* 131. a.
Cecrops *Rex* Athenienses. 216. *τείχωσις & altitudo ejus.* 175. a.
Censorinus *floret.* 217.
Cha Abas Sophi *secundus Rex* Persiæ *imperium ampliavit.* 202. a.
Chabreus *Rex* Ægypti *erexit secundam pyramidem.* 6. 8.
Chabor *seu* Chobar *fluvius.* 103. a.
Chalanne Hieronymo Seleucia. 117. a.
Chaldæa *est terra* Sennaar. 18. b.
Chaldæi *ab* Arphaxad. 120. a.
Chaldaïca *lingua ex* Hebræâ, *ejusque dialectus.* 131. a. *prima linguarum à nonnullis perperam traditur.* 149. b. *secundum in primatu linguarum locum habet.* 151. a. 195. b.
Chamæa *familia cur tam grandia monumenta post se reliquerit, non verò familia* Semi, & Japheth. 65. a.
Chamus Noë *filius* Zoroastres *dictus.* 9. a. 44. a. *ejus progenies authores idololatriæ.* 135. b.
Chananæa *lingua. Vide* Samaritana.
Character linguæ Samaritanæ, *utrum verè* Assyrius *aut* Hebræus *sit.* 152. & seqq. Assyriacæ *seu* Hebraïcæ. 153. a. & seq. Babylonicæ. 154. a. Samaritanus *accidentaliter tantùm ab* Assyriaco *differt.* 154. b. Assyriacus *sive* Esdræus *in sacris scribendis fuit adhibitus; in profanis verò* Samariticus. 155. a. Assyriacus Hebræus *verus est, quo tabulæ legis scriptæ fuerunt.* ibid. Samaritanus *in Siclis* Hebræorum. 158. b.
Chemmis Diodoro; *at* Herodoto *dictus*
Cheobus *octavus Rex* Ægypti *ædificavit trium pyramidum maximam, inter septem præclarissima opera numeratam.* 66. a, b.
Chilensis *lingua.* 132. a.
Chinica *lingua.* 131. b.
Chobar *seu* Chabor *fluvius.* 103. a.
Chodorlahomor *subegit* Sodomitas. 106.
Christus *per titulum Crucis, reduxit per varias linguas, populos in unitatem, die Pentecostes misso Spiritu Sancto super Apostolos.* 128. a.
Chrysostomus *floret.* 217. *ejus sensus mysticus historiæ* Turris. 22. a, b. 23. a.
Chusi *progenies, & utrum fuerit verè colore nigro imbuta, vel saltem, an omnes, qui postea nigri nati sunt, ab ipso prodierint,* 113, & seq. *nigredo naturalis.* 114, a. *unde.* 114. b. *altera causa.* 115. a. *genealogia.* 115. a, b.
Cicero. 217.
Circulus aureus qui circumdabat Simendis *monumentum.* 77. a.
Civitas quænam fuerit, quam sacer textus Nembrod *extruxisse refert.* 41. b.
Claudius Marius Victor *de confusione linguarum.* 107. b. 108. a.
Claudianus *floret.* 217.
Climatis bonitas requisita ad bonitatem regionis. 17. a.
Cn. Pompejus *nascitur.* 217.
Coloniæ filiorum Sem, Elam & Assur, 119. & seq.

Coloſſi Ægyptiaci *omnes alios mirabilium operum magnitudine ſuperantes.* 90. a. Capitolinus. *ibid.* Palatinus. *ibid.* Rhodius *ſeu* Solis, Apollini *dicatus.* 88. b. *ejus altitudo, deque eâ diverſæ ſententiæ* Plinii & Volaterrani. ibid. Tarentinus. 90. a. Thebanus *peregrinum ſonum edens.* 83. b.
Columnæ roſtratæ inſcriptio. 211.
Columnæ 127 *in templo* Dianæ *Epheſiæ.* 88. a. 36 *Mauſolei* Artemiſiæ Cariæ *Reginæ.* ibid.
Computus totius Symmetriæ templi monolithi. 73.
Commorina *lingua.* 131. b.
Conciliatio duarum ſententiarum de primatu linguarum. 150. a.
Conditiones tres requiſitæ ad bonitatem alicujus regionis. 17. a.
Confuſio linguarum. 104. & ſeqq. 216. id eſt, A. M. 1931. 15. b. *accidit* a. 275 *poſt diluvium.* 105. b. 106. *quomodo facta.* 107. b. *cauſæ.* 125. a. *auctor ſolus Deus, non homines.* 125. b. *cacodæmones eſſe non poterant.* ibid. *radix maledictio* Noë *in* Canaan *filium* Cham. 126. a. *gravis ſed juſta & maximè digna pœna.* 107. a. 126. b. *inque ea maxima* DEI *clementia.* 126. 127. a. *ſapientia, potentia, bonitas, juſtitia.* 127. a. & *providentia.* 127. b. *in ea jurgia & rixæ.* 125. a.
Congana *lingua.* 132. a.
Conſectaria quatuor abſurda ex poſſibilitate Turris *uſque ad cœlum lunæ erigendæ.* 39. b. 40. a.
Conſectarium ex deſcriptione fabricæ Iſmendis. 77. a.
Conſtantinus Magnus. 217.
Conſules Romani. ibid.
Coptica *lingua una ex primigeniis, ejuſque literæ myſticæ.* 172. & ſeqq. 175. b. *origo.* 174. b. *quomodo corrupta.* 175. b. 176. a, b. *alphabetum commune & myſticum.* 177. & ſeqq. *ad nullas alias affinitatem habet.* 203. a, b. *characteres ab* Hebraïcis *toto cœlo differunt.* 203. b. *duratio.* ibid.
Corruptionis linguarum cauſæ quinque. 130. a, b. 131. a.
Cres *Rex* Cretæ. 216.
Crocodilopolitanus nomus. 79. a.
Crocodilorum ſacrorum ſepulcra ſeu monimenta in medio ſeu ſubterraneo labyrintho. 80. b. 81. b.
Cteſias Cnidius *refert Pyramidem* Nini *fuiſſe molem altitudinis novem ſtadiorum.* 47. b.
Cteſiphon *olim, poſtea* Seleucia *dicta.* 96. b. 97. b. 98. a, b.
Cteſiphon *architectus templi* Dianæ Epheſiæ. 88. a.
Cuamenſis *lingua.* 132. a.
Cubitus unus trium palmorum. 66. b.
Cynopolitanus nomus. 79. a.
Cyrus. 217.

D.

DAdan *alter filius* Regmæ, *à quo* Dedanæi. 116. a.
Dædalus *admiratione labyrinthi* Ægyptiaci *captus, alium in* Lemno *condidit.* 73. b. *architectus labyrinthi Cretenſis.* 85. a, b.
Dalmatia *vel* Slavonia *olim* Thracia *dicta.* 215. a.
Dalmatica *lingua.* ibid. *ejus alphabetum. Vide* Alphabetum.
Danica *lingua filia* Teutonicæ. 131. b.
Daniel. 217.
Darius. ibid.
Debora *prophetiſſa* Judææ. 216.
Dedanæorum *ſitus.* 116. a, b.
Delubrum ex unico lapide conſtructum. 72. a, b. *ejus menſura.* 72. b.
Demetrius Phalereus. 217.
Demonſtratio de Turris *ad lunæ cœlum exaltandæ impoſſibilitate.* 36. a. 37. 39. 40.
Demoſthenes. 217.
Deorum Ægyptiorum 48 *manſiones, imagines & ſtatuæ.* 76. b. 81. b.
Deſcriptio cœnaculorum porticuumque labyrinthi Ægyptiaci. 74. a. *hortorum penſilium* Semiramidis. 61. a, b. *labyrinthi* Ægyptiaci. 78. & ſeqq. *lacus* Mœridis. 77. b. *pontis* Babylonici *à* Semiramide *ſupra* Euphratem *extructi.* 55, 56. *terræ* Sennaar. 17. & ſeqq.
DEUM *omnes homines ſemper agnoverunt.* 136. a. b.
Dialecti linguæ græcæ, Æolica, Attica, Ionica, Phrygia. 131. a.
Dialecti variæ an fuerint in lingua primordiali ſeu primæva. 11. a.
Differentia exterioris & interioris dimenſionis templi monolithi. 73.
Diluvium. 216
Diodorus Siculus *deſcribit res geſtas* Nini. 42. a, b. 43. *quando ait eum ſubegiſſe* Ægyptum, *ac finitimas regiones, intelligendum id eſt vel non plenè, vel dicendum eum non diu eas poſſediſſe.* 44. a, b. *ait turres* 1500 *in mœnibus fuiſſe, quas non omnes mœnibus inſertas fuiſſe putandum eſt.* 47. a. *nihil habet de* Turri Nini & Semiramidis *octozoniâ, niſi forte id intelligat per* Beli *templum.* 52. a. *de urbe* Semiramidis. 53. a. *refellitur cùm ait* 2000000 *hominum occupata fuiſſe in extruenda urbe* Semiramidea. 53. a, b. 55. b. *item cùm ait muros urbis* Babylonicæ *continuiſſe tantum* 250 *turres.* 54. b. *de ponte ſupra* Euphratem, *deque duobus regiis Palatiis in oppoſitis urbis*

bis locis extructis à Semiramide. 55. 56. 57. *de* Horto pensili. 58. a, b. *refellitur cùm ait* Hortum pensilem *non à* Semiramide, *sed à quodam Rege* Syro *postmodum in gratiam ejus factum.* ibid. *refellitur cùm ait lapidem obelisci* Semiramæi *curruum multitudine ad flumen, indeque navi impositum* Babylonem *delatum fuisse.* 62. b. 63. a. *refellitur scribens de excessu* Semiramidis. 64. a. *de pyramide* Memphitica *omnium maxima.* 66. a, b. *de labyrintho* Ægyptaico. 73. a. *ex Hecatæo.* 75. b. 76. a, b. *de miraculis Thebanæ civitatis.* 77. b.
Diogenes Cynicus. 217.
Dionysius Halicarnassæus *floret.* ibid.
Divisio prima gentium contigit A. M. 1788. 15. a, b. *secunda* A. M. 1931. 15. a. 104. & seqq. 206. 111. b. *quando cœperit.* 111.
Divisionem linguarum non semper fuisse ostenditur. 34. b. *Vide* Confusio.
Dogmata philosophorum. Vide Opiniones.
Dosithei *sectatores.* 196. a.

E.

ECbatenæ *nunc* Tauris *dictæ, regni* Mediæ *caput.* 201. a. 202. a.
Edictum Regis Sinarum Tartarico-Sinico *characlere conscriptum.* 204. b.
Edom. *Vide* Esau.
Elam *primus filius* Sem, *à quo* Elamitæ. 119. a.
Elamitarum *situs, qui à prophanis scriptoribus vocantur* Elimæi, *ex quibus exierunt* Persæ. ibid. 216.
Elias.
Elimæi. *Vide* Elamitæ.
Empedocles. 217.
Ennius *Poëta nascitur.* ibid.
Epilogismus Genealogiæ, ex quo series generationum filiorum Noë *colligi potest.* 14. b. 15. a.
Epiphanius *de numero linguarum.* 109. a, b. *de* Turris *dejectione.* 110. b. *floret.* 217.
Equus cur hebraicè dicatur Sus. 166. a, b.
Esau *filius* Isaac, *à quo* Idumæi. 121. a.
Esdræus character. Vide character.
Esdras *non invenit novum characterem ad legem describendam; sed veterem nonnihil degenerem in pulchriorem formam adaptavit.* 155. a.
Esseni. 196. a.
Etymon literarum Samaritanarum. 196. b.
Eupolemon *de lapsu* Turris. 111. a.
Eupolemus *scripsit à* Mose *literarum inventore* Judæos & Ægyptios *accepisse literas, à* Judæis Phœnices, *à* Phœnicibus Græcos. 123. b.
Eusebius *de numero linguarum.* 109. a. *floret.* 217.

Examen trium mirabilium in fabrica Ismendis. 76. b. 77. a.
Exemplum inscriptionis Ionicarum *literarum à priscis Græcis lapidi incisæ.* 191.
Exercitus Nini *contra* Zoroastrem 1700000 *peditum*, 200000 *equitum*, *paulò minus* 10600 *curruum falcatorum.* 43. b.
Exhortatio Nembrod *ad* Turrim *civitatemque inchoandam ad progeniei suæ proceres.* 29. a, b. 30. a.
Expositio Allegoriarum Ægyptiarum. 173. a. & seqq.
Expositio singularum partium hortorum pensilium. 60.
Ezechielis *prophetæ sepulcrum.* 103. a, b.

F.

FAbula *de* Ariadna Minoïs *filia* & Minotauro. 85. b.
Fabulæ de animalibus irrationalibus, quæ ajunt olim communi voce inter se de rebus suis, ut solent homines, agere consuevisse, origo ex Turri *prodiit.* 33. b.
Fabulæ de aquila jecur Promethei *depascente origo.* 140. a.
Fabulæ de gigantibus montes montibus superimponentibus, ut bellum diis inferrent, sed ab ipsis fulmine dejectis, origo ex Turri *prodiit.* 33. b. 36. a.
Fabularum Ægyptiorum *de* Osiride & Iside *origo.* 137. b.
Fabrilis artis necessitas. 5. a.
Faunus *Rex.* 216.
Favorinus *floret.* 217.
Ferrariæ artis necessitas. 5. a.
Figulina ars à Noë *tradita.* ibid.
Filiorum trium Noë *in tribus distributio.* 6. a.
Finlandiæ *situs.* 214. a.
Finlandica *lingua ex* Suecica & Moscovitica *composita.* ibid.
Finmarchiæ *situs.* 214. b.
Flammæ igneæ in quibusdam Regum Ægypti *sepulcris.* 85. a.
Fluviorum rivorumque irrigatio requisita ad bonitatem regionis. 17. a.
Forma Turris Nembrod *rotunda, secundum alios quadrata.* 41. a.
Furius Camillus. 217.

G.

GAlenus. 217.
Gallica *lingua ex* Latina, *peperit plurimas dialectos.* 131. b.
Gallus *floret.* 217.
Gedeon. 216.
Genealogia filiorum, nepotumque Noë. 14. b. 15. a. 104. & seq.
Georgiæ *descriptio.* 204. b. *etymon.* ibid.

Geor-

Georgiana *lingua.* 204. a, b. *compoſita ex* Tartarica & Armenica. *ibid. ejus characteres ab* Armenicis *differunt.* ibid. *eâ utuntur Chriſtiani incolæ* Mecreliæ *ſeu* Iberiæ, *alias* Georgiæ, *olim* Colchidis. 204. b.
Germanica *lingua. Vide* Teutonica.
Germanorum *denominatio ab* Aſcanez *filio* Japheth. 212. a.
Globus Ariadnæus labyrinthi Cretenſis *quantus eſſe debuerit.* 86. a.
Gortheni. 196. a.
Græca *lingua, corruptiſſima in nonnullis* Calabriæ *oppidis.* 130. b. *peperit dialectos* Atticam, Ionicam, Æolicam, Phrygiam, &c. 131. a. *an ab* Ægyptiis *proceſſerit,* 174. b. *ejus origo & antiquitas.* 206, 207. *una ex primigeniis.* 206. a. *ejus dignitas & excellentia.* 207, 208. *inſtauratores.* 208 b. *initium.* 216.
Græci *à* Phœnicibus *literas ſuas acceperunt.* 174. b. 175. a. 184. a, b. 185. a. 186. b. *ſcriptores ante excidium* Trojanum. 207. b. *poſt excidium* Trojanum. 208. a.
Græcorum *ſuperbæ fabricæ monumentaque ad imitationem* Ægyptiorum *extructa.* 88, 89, 90.
Gregorius Nazianzenus *floret.* 217.
Gregorii *ſenſus myſticus hiſtoriæ* Turris. 21. a, b. 22. a.
Grimanus (Marcus) *de pyramidibus* Ægypti. 69. a, b.

H.

HAnnibal. 217.
Heber *propheta magnus.* 16. a. *genuit* Phaleg. 106. *ab eo deſcendunt* Hebræi. 20. b.
Hebræa *lingua utrum & quomodo poſt confuſionem linguarum, in domo* Heber *permanſerit.* 122. 123. 150. a. 194. a. 200. b. *ab* Heber *ad* Abraham *continua ſerie propagata fuit.* 122. b. *primò deflexit in dialectum* Chaldaïcam, *ſecundò in* Arabicam *ſeu* Madianiticam, *tertiò in* Samaritanam, *quartò in* Æthiopicam, *quintò in* Syriacam, *veluti ex* Græca & Hebræa *mixtam.* 131. a. 194. a. *in domo* Thare *conſervata fuit.* 148. b. *prima fuit omnium linguarum.* 148. a. 150. b. 193, 194. a. *protoplaſtis à* Deo *infuſa.* 150. b. 193. a. *ejus propagatio ad poſteros.* ibid. *character. Vide* character. *Ejus mira vis in rerum ſignificationibus eluceſcens, quam infuſam habuit* Adamus. 164. & ſeqq.
Hebræorum *ſecta triplex.* 196. a.
Hecatæus *de fabrica* Iſmendis, *ſeu monumento* Oſimandri. 75. a. 76. a, b.
Heli *naſcitur.* 216.
Heliopolitanus nomus. 79. a.
Heliopolis *immenſæ vaſtitatis civitas in* Ægypto. 45. a.
Heliſæus. 216.
Hella *proculdubio à* Semiramide *ad* Euphratis *littora exſtructa.* 101. b. 102. a, b. 103. a.
Henoch *aſtrologus.* 54. a.
Heracleopolitanus nomus. 79. a.
Hermes Triſmegiſtus *hebraïcè dicitur* Henoch, *& eſt* Adris Arabum, Ægyptiorum Thoyth. 71. a. 82. b. *auctor hieroglyphicorum.* ibid. Miſraimi *conſiliarius.* 209. b.
Hermonticus nomus. 79. a.
Herodoti *ex ſententia* Turris *altitudo fuit* 1000 *paſſuum.* 33. a. *ipſe narrat* Turrim *intra templum* Beli *erectam octozoniam.* 52. b. *de pyramide* Memphitica *omnium maxima.* 66. a. *de templo monolitho.* 72. a, b. *de labyrintho* Ægyptiaco. 73. a. 74. a, b. 80. b. 81. a. *de lacu* Mœridis. 77. b. *de miraculis* Thebanæ *civitatis* ibid. *naſcitur.* 217.
Heshiæus *de* Sennaar *in* Babylonia. 32. b.
Heſiodus *naſcitur.* 216.
Hevila *ſecundus* Chuſi *filius, à quo* Hevilæi. 115. b.
Hevilæorum *ſitus.* ibid.
Hieroglyphica varia in ſtatuis Iſmendii. 76. a.
Hieronymus *ait, à quibuſdam dici, altitudinem* Turris *fuiſſe* 4000 *paſſuum.* 33. a. *floret.* 217.
Hieronymus *mathematicus jugerum* 200 *pedibus contineri ſcribit.* 60. a.
Hiſpanica *lingua ex* Latina *peperit plurimas dialectos.* 131. b.
Hiſtoria Moſaïca *de* Turri *myſtico ſenſu exponitur.* 20, 24.
Hiſtoria de muliere, quæ ex ſola imaginatione peperit infantem Æthiopi *ſimillimum.* 114. b.
Homerus *naſcitur.* 216.
Horatius *floret.* 217.
Horti penſiles à Semiramide *in* Babylonico *campo extructi, & inter ſeptem miracula mundi numerati.* 58, 60, 61, 62. *eorum deliciæ, arborumque inſertio in ſupremo domus tecto.* 62. *a.*
Hungarica *lingua eſt* Getica *ſeu* Scythica. 213. b.

I.

JAnus & Saturnus *ſunt iidem ſi per eos* Noë *intelligatur, ſin æquivocè, diverſi.* 140. b.
Japonica *lingua.* 131. b.
Ichnographia labyrinthi Ægyptiaci. 78. & ſeq.
Idololatriæ origo & introductio in mundum. 132. a, b. 134. a. *auctores* Chami *progenies.* 134. b.
Idumæi. *Vide* Eſau.
Jephte *filia mactatur.* 216.
Jeſus Chriſtus *filius* Dei. 217
Ignis Chaldæorum. *Vide* Uræus.
Ilium *conditur.* 216.
Illyrica *lingua produxit ramos ſuos in* Poloniam, Lithvaniam, Moſcoviam, Tartariam; *ex hac porrò natæ* Turcica, Bulgarica, Boſnica, Tartarica. 131. b. 215. a. *ejus dialecti.* 215. b. *alphabetum. Vide* alphabetum. 216. a.
Illyris. *Vide* Thracia.

Imagines omnium Ægypti *deorum.* 76. b.
Inachus *Argivorum Rex.* 216.
Incendium Sodomiticum. 216. Trojanum. *ibid.*
Inconſtantia rerum humanarum. 90. b.
Indicæ *linguæ.* 131. b.
Inſtrumenta ad humanæ vitæ uſum parata jam ante tranſmigrationem. 17. a.
Inventio diametri globi terreni, unà cum circulo, ſuperficie & cubo. 37. b.
Joachim. 217.
Job *in* Arabia *natus.* 198. a.
Jonas *prædicavit* Ninivitis. 216.
Ionica *dialectus linguæ* Græcæ. 131. a.
Jonithun *filius* Noë *aſtrologus juxta Rabbinos &* Syros. 54. b.
Joſeph. 217.
Joſeph Ben Altiphaſi *de pyramidibus* Ægypti. 70. b.
Joſephus *Gorionides de fabula de* Jano *primo* Italiæ *numine.* 138. b. 139. a. 216.
Joſue.
Iſis & Oſiris *prima* Ægyptiorum *numina.* 138. a. 139. a.
Iſmaël Abrahæ *filius ex* Agar, *à quo* Iſmaëlitæ & Agareni. 121. b.
Iſmaël Sophi *inſtaurator imperii* Perſici. 201. b.
Iſmendis *fabrica.* 75. a, b. 76. a, b.
Iſraelitæ *tria non mutarunt in* Ægypto, *nomina, veſtimenta, linguam.* 151. b. *eorum* 600000 *bellatorum, præter parvulos, mulieres & ſenes, cum* Moſe *duce eorum, ex* Ægypto *egreſſa ſunt.* 9. b. *omnium &* Samaritanorum *ante primum templi excidium fuit character, qui nunc dicitur* Samaritanus. 186. a.
Italica *lingua ex* Latina, *peperit plurimas dialectos.* 131. b.
Ivan *primus propagator linguæ* Græcæ. 206. a.
Judæi. *Vide* Iſraelitæ.
Judas Machabæus *bella gerit.* 217.
Juditha *Regina* Æthiopiæ, *quam* Candacis *dicunt.* 200. a.
Jugerum quid ſit in deſcriptione hortorum penſilium. 60. a.
Julius Cæſar. 217.
Jupiter *à nonnullis creditur natus* A. M. 2092. 106.
Juſtinus Martyr *floret.* 217.
Juvenalis *floret.* ibid.
Juvencus *preſbyter floret.* ibid.

L.

L*Abium quid notet.* 10. b.
Labyrinthi in Ægypto *prodigioſa fabrica.* 73. & ſeqq. *magnificentia inexplicabilis.* 73. a. *ſitus.* 73. b. *deſcriptio exacta ſeuichnographia.* 78. & ſeq. *ſuperioris fabrica.* 81. a. *materia.* 80. b. *extruendi finis.* 80. a. 81. b. 82. a, b.
Labyrinthi in Creta, Lemno, *aliiſque* Græciæ *locis ad ſimilitudinem* Ægyptiaci *conſtructi.* 85, 86.
Lacedæmonii *cognati* Judæorum. 121. b.
Lacus leonum Danielis. 96. b. 101. a.
Lacus Mœridis. 77. b.
Lampridius *floret.* 217.
Latina *lingua* [illegible] *peperit* Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Luſitanicam; & *porrò ex* Italicæ & Latinæ *commiſtione prodierunt inſulares,* Sarda & Sicula. 131. b. *ejus origo, antiquitas, corruptio & reſtauratio.* 209. *cum characteribus à* Nicoſtrata *ſive* Carmenta Euandri *matre ex* Arcadia *in* Italiam *primò tranſlata.* 209. a. *ſecundùm alios ab* Hercule *ex* Phaliſcorum *regione.* ib. *ejus varia qualitas, viciſſitudo, & augmentum.* 210. *triplex ſtatus: priſcus,* Romanorum & *poſterus mixtus.* 210. a. *prima corruptio.* 212. a.
Latinæ *literæ à Græcis ortæ ſunt.* 185. b. 186. a.
Latini primi ſcriptores: Poëtæ, Oratores, Hiſtorici. 211. b.
Legis tabulas perforatas fuiſſe Rabbini tradunt. 156. b.
Leo cur Hebraïcè dicatur Arieh. 165. b. 166. b.
Leocares *Mauſoleum* Artemiſiæ Cariæ *Reginæ ab occaſu cælavit.* 88. a.
Libanius *floret.* 217.
Lingua Abyſſina, Ægyptiaca, Ælamitica, Æthiopica, Anglica, Angolana, Arabica, Armenica, Babylonica, Batavica, Belgica, Boëmica, Boſnica, Brachmanica, Bulgarica, Braſilica, Cafrarienſis, Chaldaïca, Chananæa, Chilenſis, Chinica, Commorina, Congana, Coptica, Cuamenſis, Danica, Gallica, Georgiana, Germanica, Græca, Hebræa. *Vide* Abyſſina, Ægyptiaca, &c.
Lingua prima fuit Hebræa. 148. a. 150. b. *ejus ratio prima.* ibid. *ſecunda.* 149. a. *tertia.* 149. a, b. *duplex à principio uſurpata. Originalis ſeu doctrinalis, & illa fuit* Hebræa. *Altera idiomatica ſive uſualis, illaque fuit* Chaldaïca *vel* Aſſyriaca, *Hebrææ vicina.* 150. a, b.
Lingua primordialis ſeu primæva an varias habuerit dialectos. 11. a.
Lingua qua immediatè poſt diluvium utebantur erat ſancta lingua. 10. a, b. & ſeqq.
Lingua univerſalis impoſſibilis. 218. a, b.
Linguæ idiomaticæ omnes ab originali ſeu doctrinali aliqua deſcendentes, ea quoque poſteriores ſunt. 150. b. Europæ *primigeniæ, earumque proprietates.* 206. & ſeqq. *Septentrionalium regionum.* 214.
Linguæ idiomatumque communionis utilitas. 172. a.
Linguarum numerus. 108. b. 109. a. *ignorantia homines ab invicem alienantur.* 127. *varietatis emolumentum.* 128. b. *corruptionis cauſæ quinque.* 130. a, b. 131. a. *univerſalium*

ſalium quintuplex genus: Hebræa, Græca, Latina, Teutonica, Illyrica. 131.a.
Literæ ab Ægyptiis *per* Cadmum *ad* Græcos *tranſlatæ*. 174. b. *quo tempore*. 175.a.
Literæ Coptitarum *myſticæ*. 172. & ſeqq. 177. & ſeqq.
Literarum & ſcriptionis origo. 162.
Lithvanica *lingua ex* Illyrica. 131.b.
Literæ Latinæ *à* Græcis *ortæ ſunt*. 185.b. 186.a.
Londinum *urbs incredibili magnitudine prædita*. 45.a.
Lucanus *floret*. 217.
Lucianus *floret*. ibid.
Lucretius. ibid.
Lucullus *erexit in Capitolio* Coloſſum. 90.a.
Lucumones *in* Hetruria. 216.
Lunæ *altitudo à terra*. 37.b. *triplex*: *minor in perigæo, major in apogæo, media in quaduraturis*. 39.a.
Luſitanica *lingua ex* Latina. 131.b.
Lyſippus *erexit* Coloſſum Tarenti. 90.a.

M.

M. Tullius Cicero. 217.
Machabæi *pro fide trucidati*. ibid.
Machinæ artificioſæ in labyrintho. 83, 85.
Macrobius *contendit deos omnes ad ſolem referri*. 141.a.
Madian *filius* Abrahæ *ex* Cethura, *unde* Madianitæ. 121.a.
Madianitica *lingua*. *Vide* Arabica.
Makeda. *Vide* Nicaula.
Malaica *lingua*. 131.b.
Maria *Deipara naſcitur*. 217.
Marius. ibid.
Martialis *floret*. ibid.
Mauſolea Regum Ægypti *unà cum theſauris eorum condita erant ad centrum labyrinthi*. 86.b.
Mauſoleum Artemiſiæ Cariæ *Reginæ*. 88.a. *ejus altitudo, ambitus, columnæ*. ibid.
Mauſoleum Simandis *potentiſſimi Regis*. 75. a, b. 76.a, b. 78.a.
Maximus Tyrius *floret*. 217.
Mechanicas artes ſuos edocuit Noë. 27.a.
Medain *Arabum*. 98.a. 99.a.
Meliſſus. 217.
Memnonis *ſtatua*. 83.b.
Memphis immenſæ vaſtitatis civitas in Ægypto. 45.a.
Memphiticæ pyramides in Ægypto *præ cæteris admirationis argumentum ac veluti mundi miraculum fuerunt*. 66.a.
Memphiticus nomus. 79.a.
Metallorum eruendorum fundendorumque artem ſuos edocuit Noë. 27.a.
Mexicana *lingua*. 132.a.
Miracula Thebanæ civitatis. 77.b.
Miſraim *primus Rex* Ægypti. 203.a.
Moab *filius* Loth, *à quo* Moabitæ. 121.a.
Monachi Ægyptii. *Vide* Ægyptii.
Monarchia Romanorum Cæſarum. 217.
Monarchiæ quatuor per ſtatuam Nabuchodonoſoris *indicatæ*. 49. a. *prima* Aſſyriorum, *ſecunda* Perſarum & Medorum, *tertia* Græcorum, *quarta* Romanorum. ibid.
Monomotapenſis *lingua*. 132.a.
Moſcovitica *lingua ex* Illyrica. 131.b. *filia* Sclavonicæ. 213.a.
Moſes *naſcitur, moritur*. 216.
Moſes *Ægyptius de* Sabæorum *opinionibus*. 134.b.
Multiplicatio humani generis, à diluvio uſque ad Turris *ædificationem*. 8 & ſeqq.
Multitudo quanta hominum intra 275 annos poſt diluvium naſci potuerit. 8.b. *nimirum ad* 2332800000 *hominum*. 9. *vel* 9094468. 37.a.
Murus urbis Babylonicæ *continebat* 365 *ſtadia*. 53.b. & 365 *turres*. 55.a. *ſecundùm* Diodorum. 54.b. 250.
Myſterioſa muri urbis Semiramideæ *conſtructio ex ſiderum obſervatione*. 53.b. 54.a,b.
Myſticæ literæ Coptitarum. 172. & ſeqq.
Myſticæ pyramidum obeliſcorumque figuræ. 82.b.
Myſticus ſenſus, qui ſub Moſaïca Turris *hiſtoria continetur*. 20. & ſeqq.
Mythras. *Vide* Oſiris.
Myzerinus *Rex* Ægypti *tertiam pyramidem erexit*. 68.a.

N.

Nabuchodonoſoris *ſtatua quatuor monarchias indicat*. 49. a. *palatium*. 96.b.
Nachor Tharæ *pater moritur*. 106.
Nembrodus Turris *fabricator, exceptis fœminis & parvulis, è ſua ſolùm progenie, in campum duxit* 200000 *hominum armatorum*. 8. b. *ſextus filius* Chus. 116.a. *quo tempore natus ſit, & quot annis vixerit*. 19, 20. *ad* Abrahæ *tempora pervenit*. 19. a. *in* Armenia *à* Chus *natus, unus ex tranſmigratoribus in terram* Sennaar. 20. a. *dotes naturales*. 28.a. *ſollicitatio ad* Turris *fabricam*. 28.b. *Exhortatio ad progeniei ſuæ proceres ad* Turrim *civitatemque inchoandam*. 29.a,b. 30.a. *verſutia in populo retinendo*. 31.a. *divinitatem affectat*. 32.a. *primus in orbe architectus*. 44.a. *ædificavit* Babel, Arach, Achad, Calna. 96.a. *ſucceſſit ei* Ninus. 104.b. *à diviſione linguarum regnavit 65 annos*. 105.a. *mortuus*. 106. 216. *in* Babylone *cur reſtitit*. 111.a. *regnum ejus quando cœperit*. 111. *idem qui* Belus. 82.b. 104.a. 105.a,b. 112.a. 117.b. & *cur* Bel *dictus*. 118.a. *primus rex primuſque tyrannicam vitam profeſſus eſt*. 116.b. *ejus regni anni eumerari debent ab ædificatione* Babylonis. 116.a.

mores. 117. a. *fuit idololatra, primusque idololatriam induxit in orbem.* ibid. *impuro coïtu sine discrimine utebatur.* 118. a.
Nero *erexit aureum colossum in monte Palatino.* 90. a.
Nicaula *seu* Makeda *Regina* Æthiopiæ *eadem cum* Saba. 200. a.
Nili *ortus, & fluminum quæ efficit.* 199. a.
Ninive *à* Nino *condita.* 42. b. 48. b. *ejus descriptio, ædificatio, vastitas.* 45. & seq. *magnitudine omnes urbes tam veteres quàm modernas superat.* 45. a. *de ejus vastitate variæ opiniones.* 45. b. *ejus magnitudinis & formæ demonstratio.* 46. b. 48. b. *magnitudo comparata cum Romanæ urbis magnitudine.* 46. a. *cum amplitudine* Latii. 46. b. *condita non supra* Euphratem, *sed supra* Tigrim. 48. b. *quo tempore.* ibid. *ejus vestigia.* 96. b. *situs genuinus.* ibid.
Ninus Nembrodi *filius ad civitatem* Niniven *condendam adhibuit* 140000 *operarum.* 8. b. 9. a. *Rex* Assyriorum *qualis fuerit.* 42. a. *de ejus rebus gestis.* 42. & seq. *scriptura eum vocat* Assur. 42. a. 119. b. & *cur.* 120. a. Niniven *ædificavit, & eò sedem regni sui de* Babylone *transtulit, ac deinde* Assyriorum *Rex nuncupari cœpit.* 42. a. *ejus bella adversus varios Reges.* 42. b. Farnum *Regem* Mediæ *victum, cumque uxore & septem filiis captum, cruci affixit.* ibid. *quænam regiones sibi subjecerit.* ibid. *in exercitu suo habuit* 1700000 *peditum, equitum* 200000, *currus falcatos paulò minùs* 10600. 43. b. *superavit* Zoroastrem *Regem* Bactrianorum. *ibid. idque post conditam* Niniven. *ibid. cum* Semiramide *extruxit* Turrim *in civitate* Babylonicâ. 51. *moritur.* 106.
Ninus minor. *Vide* Ninyas.
Ninyas, *qui &* Zameis, & Ninus minor, Nini majoris *ac* Semiramidis *filius, tertius Rex* Babel *seu* Assyriorum. 64. b. 106.
Nitocris *secundùm quosdam extruxit Pontem* Babylonicum. 56.
Noë *filiorumque ejus exitus ex* Arca. 4. a, b. *non statim in plana descenderunt.* ibid. *sed in montibus hæserunt.* ibid. 14. a. *eorundem cum uxoribus in montibus occupationes.* 4. a, b. 5. a, b. Noë *instruebat genus humanum in omnibus necessariis procurandis.* 4. a, b. *nimirum docebat artem ferrariam, fabrilem, figulinam & agriculturam.* 5. a. 13. a. *descensus in submontanam regionis planitiem, hodie* Persidem *dictam.* 6. a. *vel* Mediam & Bactriam. 13. a. *vel* Armeniam. 14. a. & Parthiam. 36. b. *non statim post descensum, iter in terram* Sennaar *occœperunt.* 12. a. 14. a. *populus non continuato itinere ex Oriente in Occidentem, sed cum mora multorum annorum in intermediis locis constitit.* 17. a. Noë *politicam vivendi rationem suos edocuit.* 26. b. & *œconomiam, artes mechanicas, calcis præparandæ, metallorum eruendorum fundendorumque artem.* 27. a. *utrum* Turris *ædificationi præsens fuerit.* 28. a. b. *vinum bibens inebriatus est.* 106. *genuisse dicitur* Jonithun. ibid. *fertur misisse* Jonithun *in* Ethan. *ibid. moritur.* ibid.
Nomi duodecim Ægyptiorum. 79. a. 81. a, b. *eorum usus.* ibid. *singuli uni ex præcipuis diis consecrati.* ibid.
Nominum primæva impositio. 145. *naturalis quomodo intelligenda.* 146. a.
Norvegiæ *situs.* 214. b. 215. a.
Numerus 72 linguarum præcisè positus difficilis. 109. a. *defenditur.* 110. a.
Numinum varietas & multitudo ex confusione linguarum & divisione gentium nata. 133. & seqq.
Numismata Hebræorum *antiquissima docent differentiam characteris* Samaritani & Assyriaci. 158. b.

O.

Obelisci in Ægypto *erecti.* 66.
Obeliscorum mysticæ figuræ. 82. b.
Obeliscus Babylone *à* Semiramide *erectus, omnium qui unquam fuerant primus & maximus.* 62. b. 82. Thebanus *omnium qui in* Ægypto *inventi sunt maximus.* 62. b. 63. a. Semiramæi *sive* Babylonici *cum* Lateranensi *comparatio.* 63. a. Semiramæus *quomodo* Babylonem *devectus sit, ibique quibus machinis erectus.* ibid.
Oeconomiam suos edocuit Noë. 27. a.
Olympiadum initium. 216.
Opinionum de æternitate mundi, de mundorum pluralitate, de astrorum vita & divinitate, de metempsychosi & animarum revolutione origo. 135. a. *causa hujusmodi fabulosarum narrationum.* ibid.
Origo variorum regnorum. 112. a. *fabularum.* 33. b. 36. a. 135. a. 137. b. 140. a. *literarum & scriptionis.* 162. *linguæ* Coptæ. 174. b.
Orosius *floret.* 217.
Orpheus. 216.
Osiris & Isis *prima* Ægyptiorum *numina.* 138. a. 139. a. *eundem* Osiridem *cum* Baccho *seu* Dionysio *eundem facit* Tibullus. 140. b. *eundem constituere* Mercurium, *aliosque deos.* 140. b. *idem qui* Chaldæorum Uræus *sive* Ignis, Persarum Mythras, Babyloniorum Belus, Hebræorum Thamuz, Phœnicum Adonis. 141. b.
Osiris *nomus.* 79. a.
Osymandiæ Regis *epitaphium.* 76. a.
Ovidius *floret.* 217.

P.

PAcuvius. 217.
Palatia duo regia à Semiramide *extructa in oppositis urbis* Babylonicæ *locis.* 56, 57.
Pannoniæ *descriptio.* 213. b.
Παραίνεσις Noë *ad tres filios* Sem, Cham, Japheth, *jam constitutos principes populorum.* 6. b. 7. a, b. 8. a, b.
Parisiorum *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45. b.
Patriarchæ Armenorum *sedes in* Naschevan. 204. a.
Pausanias *floret.* 217.
Pedianus *floret.* ibid.
Peguana *lingua.* 131. b.
Pelasgicæ *literæ* Cadmææ. 185. a.
Pelasgorum *in* Italiam *expeditio.* 216.
Pelasgus *ex domo* Heber. 206. b.
Pererius *dubia movet contra numerum* 72 *linguarum.* 109. b.
Peristylia superiorem labyrinthum Ægyptium *sustentantia.* 81. b.
Persæ *dicti à* Paras, i. e. *equus.* 119. a.
Persia *unde dicta.* 201. a. *ejus descriptio.* ibid.
Persica *lingua qualis olim fuerit.* 202. a, b. *ejus corruptio.* 202. b.
Peruana *lingua.* 132. a.
Phaleg *ortus quando & quo anno.* 16. a. 104. a. *genuit* Rheu. 106. *moritur.* ibid. *à quo* Pelasgi. 121. a.
Pharao *Rex* Ægypti *tempore* Abrahami. 44. b. *idem quod moderator rerum.* 203. a.
Pharaonica *lingua. Vide* Coptica.
Pherecydes Pythagoræ *præceptor.* 217.
Philippinarum *insularum lingua.* 131. b.
Philippus de S. Trinitate *de* Babyloniæ *antiquitatibus.* 91. b. *de* Babylonis, Turrisque Babel *ruderibus.* 92. a, b.
Philonis *sensus mysticus historiæ* Turris. 22. a. 23. b. 24. a, b. *ipse refutat calumniam ethnicorum.* 35. b. *inventionem literarum* Hebraïcarum Abrahamo *tribuit.* 123. a. *floret.* 217.
Philosophorum absurdorum dogmatum origo. 135. a.
Philostratus *floret.* 217.
Phœnices *iidem* Chananæi. 186. b.
Phœnicia *lingua una ex primigeniis.* 184. & seqq. *in* Africa *viget.* 216. *Vide* Samaritana.
Phœniciæ *regionis descriptio.* 184. a.
Phœniciæ *literæ* Cadmææ. 185. a.
Phœnix. 216.
Phoroneus Argivorum Rex. ibid.
Phrygia *primorum hominum genetrix secundum* Psammetichum. 136. a.
Phrygia *dialectus linguæ* Græcæ. 131. a.
Picus Saturni *filius.* 216.
Pindarus. 217.
Plato *magni fecit* Chaldæorum *monumenta.* 195. b. *floret.* 217.
Plinius *de pyramidibus* Ægypti. 68. a, b. *de labyrintho Ægyptiaco.* 73. a. *ambigere videtur, num præter Solem Deus sit.* 141. a. *floret.* 217.
Plotinus *floret.* ibid.
Plotius *Gallus, primus legit Rhetoricam in lingua* Latina. ibid.
Plutarchus *floret.* ibid.
Politicam vivendi rationem suos edocuit Noë. 26. b.
Polonica *lingua ex* Illyrica. 131. b. *filia* Sclavonicæ. 213. a.
Polygraphia universalis. 219. a.
Pontis Babylonici *supra* Euphratem *à* Semiramide *extructi descriptio.* 55, 56.
Porphyrius *floret.* 217.
Præparatio rerum ad Turrim *ædificandam necessariarum.* 40. a.
Primæva seu primordialis lingua. 10. b. 11. a.
Primævorum hominum utriusque sexus occupationes. 13. a, b. *post ingressum in terram* Sennaar *occupationes & studia.* 26. & seq.
Primi homines nati in Æthiopia *secundùm* Æthiopes, *secundùm alios in* Arcadiâ, *vel in solo* Athenienfi, *vel in* Arabia *felice, vel in* Ægypto. 135. b. *vel in* Phrygia. 136. a.
Primum rerum principium semper animis hominum fuit insculptum. 136. a.
Propertius *floret.* 217.
Prosper Aquitanicus *de numero linguarum.* 109. b.
Psammetichus *Rex* Ægypti *ex quodam experimento concluſit primos homines in* Phrygia *natos fuisse.* 136. a.
Ptolemæus *floret.* 217.
Pyramis Memphitica *omnium maxima describitur ab* Herodoto & Diodoro. 66. a. *erecta fuit aggeribus constipatis.* 66. b. *in ejus erectione quantum temporis fuerit insumptum.* 68. a. *magnitudo descripta à* Bellonio. 69. a. *secunda.* 68. 70. a. *tertia.* 68. a. 70. b.
Pyramides in Ægypto *erectæ.* 66. & seq. *earum magnificentia & splendor.* 66. a. Memphiticæ *præ cæteris admirationis argumentum ac veluti mundi miraculum fuerunt.* ibid.
Pyramis immensa altitudinis 9 *stadiorum sepulchrum* Nini. 47. b. *examinatur.* 48. a.
Pyramidum mysticæ figuræ. 82. b.

Q.

QUineana *lingua.* 132. a.
Quintilianus 200 *pedibus in longitudinem, dimidio in latitudinem jugerum describit.* 60. a.

R.

R*Abbini fabulantur* Nembrodum *esse* Amraphel. 19. a. *in mari rubro* Jonam *evomitum esse nugantur.* 46. a. *eorum sententiæ de characlere* Assyriaco &

Samaritano *quatuo: prima.* 153.a. *ſecunda.* 153.b. 154.a. *tertia & quarta.* 154.b. *tradunt legis tabulas fuiſſe perforatas.* 156.b.
Radzivilius *de pyramidibus* Ægypti. 69.b.
Rangiferi jumenta cervorum forma in Lappia. 215.a,b.
Regma *quartus filius* Chus, *à quò* Regmæi. 115.b.
Regmæorum *ſitus.* ibid.
Regni Aſſyriorum *finis ſub* Sardanapalo. 216.
Regnum Ægyptiorum, Argivorum, Aſſyriorum, Perſarum, Sicyonium *in* Græcia. 216.
Regnum Ægyptium Ptolemæorum. 217.
Regum Ægypti *ſepulcra in medio ſeu ſubterraneo labyrintho.* 80.a,b. 81.b. *in nomorum centris.* 86.b.
Reinaudus (Theophilus) *ait* 14000000 *hominum* Turri *præſentes fuiſſe.* 37.a.
Religio primæva perſtitit ſub unius linguæ dominio uſque ad confuſionem. 132.a.
Reliquiæ. Vide Veſtigia.
Reſponſio ad 2 object. impiorum, qui Turris *ædificationem fabuloſam eſſe exiſtimant.* 34.a,b.
Rhodopes *ſtatua, oraculum.* 70.b.
Roma *condita.* 216. *capta à* Gallis. 217. *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45.a. *ejus magnitudo comparata cum* Ninive. 46.a.
Romanarum fabricarum vanitas. 23.a.
Romulus *naſcitur.* 216.
Rudera. Vide Veſtigia.
Runica *lingua Septentrionalis.* 213.a.

S.

SAba *primus filius* Chus, *à quo & altero* Saba *filio* Regmæ Sabæi. 115.a,b.
Sabæorum *ſitus.* ibid.
Sabæorum *ridicula & fabuloſa traditio*, Adamum *ex Lunâ prodiiſſe.* 35.b. 134.b. *falſa dogmata: creatorem eſſe cæli ſpiritum ſeu animam: ſtellas corpora ipſa* DEI *ſubſtantiâ informata: cœlum & ſtellas eſſe deos: mundum æternum:* Adamum *natum ex maſculo & fœmina, prophetam & apoſtolum* Lunæ, *prædicaſſe gentibus, ut ſervirent* Lunæ; *& compoſuiſſe libros de cultu terræ: ex* Luna *ſecum attuliſſe arborem auri, quæ creſcebat cum ramis & foliis, arborem lapidum, & folia cujuſdam arboris viridis, quæ non comburebantur igni: ſub cujus arboris umbra* 10000 *hominum continebantur: arboriſque altitudinem æquaſſe ſtaturam humanam: attuliſſe quoque ſecum duo folia, quorum utrumque duos homines cooperiebat:* Sethum *contraxiſſe opinionem patris ſui in ſervitio* Lunæ. 134.b. 135.a.
Sabatha *tertius filius* Chus, *à quo* Sabathæi. 115.b.
Sabathæorum *ſitus.* ibid.
Sabathaca *quintus filius* Chus, *à quo* Sabathachæi. 116.b.
Saiticus nomus. 79.a.
Salathiel. 217.
Sale *genuit* Heber. 106.
Samaræus Samariæ *fundator.* 196.b. 197.b.
Samariæ *deſcriptio.* 196.a.
Samaritana *lingua ex* Hebræa. 131.a. *ejus character. Vide* character. *Eadem cum* Hebræa & Aſſyria, *ſolummodò dialecto differens.* 188.a.
Samaritanorum *dogmata.* 196.a.
Samaritanum *alphabetum non idem quod* Phœnicium. 185.b. *commune omnium* Judæorum *ante primum templi excidium.* 186.a.
Samaritanus *character &* Aſſyrius *non differt ſpecie à lingua* Hebræa. 188.a. *ejus nulla communio cum charactere* Græco. ibid. *conſtans 22 literis.* 196.b.
Sampſon *apud* Philiſtæos. 216.
Samuel *obiit.* ibid.
Sarai *naſcitur in* Chaldæa. 106.
Sarda *lingua ex commiſtione* Latinæ & Italicæ. 131.b.
Saturnus. 139.a. & Janus *ſunt iidem ſi per eos* Noe *intelligatur, ſin æquivocè, diverſi.* 140.b.
Satyrus *auctor labyrinthi Cretenſis.* 85.a,b.
Saul. 216.
Saxorum *ſtupenda magnitudo.* 70.a.
Scaliger (Joſephus) *refellitur, dicens alphabetum* Samaritanum *idem eſſe quod* Phœnicium. 185.b. & ſeqq.
Scenographia hortorum penſilium. 60.a.
Schaba *filius* Regmæ. 115.a.
Schabæorum *ſitus.* ibid.
Schematiſmus Siclorum omnis generis, qui olim apud Hebræos *in uſu erant, una cum interpretatione* Samaritana *qua inſignitos reperies, & myſterii ſymbolorum ſub iis reconditorum expoſitione.* 161.
Scipio Africanus. 217.
Scopas *Mauſoleum* Artemiſiæ Cariæ *Reginæ ab ortu celavit.* 88.a.
Scotica *lingua filia* Teutonicæ. 131.b.
Scricfinniæ *ſitus.* 214.a.
Scricfinnica *lingua eſt* Germanica *corruptiſſima.* 214.b.
Sebuæi. 196.a.
Seleucia *olim dicta* Cteſiphon, *nunc* Suleiman. 96.b. 98.a,b.
Sem *moritur.* 216.
Semiramidem *condidiſſe* Babylonem *quoſdam aſſerere ait* Auguſtinus. 44.a. *cum* Nino *extruxit* Turrim *in civitate* Babylonica. 51. *in ea fortitudo fœminâ major.* 53.a. *condidit urbem magnificentiæ pene incredibilis in* Babylonia. 53.a. *pontem* Baby-

Babylonicum *supra* Euphratem & *duo regia palatia in oppositis urbis locis.* 55, 56, 57. *in ea incredibilis animi magnitudo.* 58.a. *extruxit hortos pensiles.* ibid. *auctor fuit deditionis Bactriæ urbis, & consequenter totius* Bactrianorum *regni.* ibid. *erexit in* Assyria *juxta* Niniven *viro suo* Nino, *ejusque patri* Nembrod, *pyramidem, una cum obelisco* Babylone, *qui & primus & maximus omnium qui unquam fuerunt.* 62.b. 82.b. *ejus gesta in bello.* 63.b. *defuncta* A.M. 2090. ibid. 106. *mors infamis.* 64.a. *nimirum à* Nino *minore, proprio filio trucidata, sexaginta duos annos nata, postquam ejus concubitum expetivisset.* ibid. *de antiquitatibus* Babyloniæ. 91.a, b.

Sennaar *terræ descriptio.* 17.a. *prædita omnibus conditionibus requisitis ad bonitatem alicujus regionis.* 17.b. *ubertas & felicitas.* 18.a. Babel *dicitur.* ibid. *diversæ denominationes.* ibid. *situs.* ibid. *dicta primò terra* Babel, Babylon, Babylonia, *deinde* Chaldæa, *tandem* Assyria. 18.b. 121.b.

Septentrionalium regionum linguæ ex Danica, Suecica, Anglica *adeò commixtæ, ut vix à* Germanis *intelligi possint.* 214, 215. *situs & descriptio.* ibid.

Sibylla *de confusione linguarum,* & Turris *destructione.* 32.b. 110.b.

Sicani. 216. *expelluntur ex* Italia. ibid.

Sicli Hebræorum Samaritano *charactere insigniti.* 158.b. *veterum qualitas.* 159.a. *duplex, sacer sive ecclesiasticus & vulgaris.* 159.b. *sacer propriè dicitur Siclus Sanctuarii.* ibid. *Vulgaris sive profanus in promiscuum usum deputabatur.* ibid. *argentei valor.* ibid. *figuræ symbolicæ.* 160.a, b.

Sicula *lingua ex commistione* Latinæ & Italicæ. 131.b.

Simendis *mausoleum seu monimentum.* 75.a, b. 76.a, b.

Simonides. 217.

Slavonia *vel* Dalmatia *olim* Thracia *dicta.* 215.a.

Slavonica *lingua.* ibid. *ejus filiæ* Boëmica, Polonica, Moscovitica. 213.a.

Socrates *nascitur.* 217.

Sol *idololatrarum omnium deus.* 140.b. 141.a.

Soliditas Turris *usque ad cœlum lunæ erigendæ quanta esse debuerit.* 39.a.

Solis propinquitas seu adustio, terræque ariditas non sufficit ad producendos homines naturaliter nigros. 114.a.

Spartani *sive* Spartiatæ. *Vide* Lacedæmonii.

Speculum geneatheologicum. 144.

Statuæ numinum Ægyptiorum. 81.b. *labyrinthæ terrorem incutientes.* 83.a.

Statuarum Simendii *magnitudo.* 75.b.

Stesichorus. 217.

Strabo *de sepulcro* Beli *in* Babylonia. 47.b. 48.a. *ejus mira descriptio hortorum pensilium.* 62.a. *de pyramidibus* Ægypti. 68.a. *de labyrintho* Ægyptiaco. 73.a, b. 74.a, 75.a. *de miraculis Thebanæ civitatis.* 77.b. *de Coloßo Thebano.* 83.b. *de* Seleucia & Ctesiphonte. 98.a.

Structura hortorum pensilium arcubus & areis stupenda. 60.b.

Sueciæ *descriptio.* 215.a.

Suecica *lingua filia* Teutonicæ. 131.b.

Suleiman. Vide Seleucia.

Superstitio in observando die sabbathi. 196.a.

Susan *dicta à* Sus *equus.* 119.a.

Susianæ provinciæ situs. ibid.

Susii *ab* Arphaxad. 120.a.

Sylla. 217.

Synesius *floret.* ibid.

Synonymologia parallela deorum dearumque. 143.

Synopsis rerum in labyrintho contentarum. 81.a, b.

Syracusæ *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45.a.

Syriaca *lingua ex* Hebræa, *veluti ex* Græca & Hebræa *mixta.* 131.a. *non fuit prima.* 149.b. 150.a. *characteribus differt à lingua* Hebræa. 197.b. *fuit vernacula* Jesu Christi. ibid.

T.

Tabula characterum Samaritanorum, Ionicorum & Copticorum *sive* Ægyptiorum. 190.

Tabula Chronographica à diluvio usque ad tempora Abrahæ. 106.

Tabula Chronologica annorum post diluvium. 216.

Tacitus (Cornelius) *floret.* 217.

Tarquinius Superbus. *ibid.*

Tartarica *lingua ex* Illyrica. 131.b. 204.a, b, 205.a, b.

Tauris *olim* Ecbatena *dicta.* 201.a. 202.a.

Templum Dianæ Ephesiæ. 88.a. *ejus longitudo, latitudo, columnæ.* ibid.

Templum monolithum. Vide Delubrum.

Templum Salomonis *absolutum.* 216.

Tempus transmigrationis ex oriente in terram Sennaar *à diluvio peractæ, ad 132 annum, qui est ortus* Phaleg. 14. & seqq.

Tempus insumptum in pyramidis Memphiticæ *maximæ erectione.* 68.a. *quo opera sua miranda construxerunt* Ægyptii. 82, 83.

Terentius. 217.

Tertullianus *de elisione* Turris. 111.a. *floret.* 217.

Teutonicæ *linguæ filiæ* Belgica, Danica, Suecica, Anglica, Scotica. 131.b. *origo, propagatio, corruptio.* 212, 213, 214. *est* Imperialis. 212.a. *ejus cultus.* ibid. *mistura cum aliis.* 112.b.

Thales *Milesius.* 217.

Thamuz. *Vide* Osiris.
Theatrum Romanum Æmilii Scauri 360 *columnis conspicuum.* 90.b.
Thebæ *immensæ vastitatis civitas in* Ægypto. 45.a.
Thebaicus nomus. 79.a.
Thebanæ civitatis miracula. 77.b.
Themistius *floret.* 217.
Theodoretus *ex relatione antiquorum primos homines in* Arcadia *natos asserit.* 135.b.
Thoyth Ægyptiorum, Arabibus Adris, Græcis Hermes Trismegistus *dicitur.* 82.b.
Thraciæ *etymon, quæ nunc* Slavonia *vel* Dalmatia *dicitur.* 215.a.
Thracica *lingua ex* Græca, Latino-Italica, Germanica *commixta.* 215.a. *ejus complures dialecti.* ibid.
Thucydides. 217.
Tibettana *lingua.* 131.b.
Tibullus *floret.* 217.
Timotheus *Mausoleum* Artemisiæ Cariæ *Reginæ à meridie cælavit.* 88.a.
Transmigratio prima filiorum Noë *ex monte* Ararat *in planiores submontanæ regionis campos.* 10. & seq.
Transmigratio Babylonica. 217.
Tropologia epilogistica labyrinthi. 86.b
Tunchinensis *lingua.* 131.b.
Turcarum *imperium successit imperio Romano.* 49.b.
Turcica *lingua ex* Illyrica. 131.b. 204.a. *ex* Tartarica 205.b. *ex* Tartarica, Bosnica & Arabica *commixta.* ibid.
Turnus. 216.
Turris Babel *seu* Nembrodæ *ædificatio* A. M. 1818. 15 a. *de ejus altitudine diversæ opiniones.* 32 & seq. *ædificationem impii fabulosam esse blaterant.* 34 a. *altitudo quanta debuerit esse usque ad cælum lunæ.* 37. b. & *soliditas.* 39.a. *forma & architectura.* 40. & seq. *ejus vestigia utrum in hunc usque diem reperiantur.* 90,95. *eorum situs.* 94.a. *ambitus.* ibid. *altitudo.* 94.b *materia.* 95.a. *delineatio.* 95.b. *non solum ab architectis relicta, sed etiam divinitus disjecta.* 110.b.
Turris *in civitate Babylonica à* Nino & Semiramide *centum ferè annis post eversionem* Turris Nembrodæ *extructa.* 51,52. *ejus fabricæ forma.* 51.a. *refertur inter septem mundi miracula.* 52.a.
Turris *in templo* Beli. 52.a. *in ejus summitate varia supellex aurea & statuæ.* ibid. & b.
Tusca *lingua in* Italia *omnium purissima.* 11.a.
Tyrus *conditur.* 216.

V.

VAlachi Romanorum *reliquiæ.* 214.b.
Valerius Flaccus *floret.* 217.
Valle (Petrus à) *de Pyramidibus* Ægypti. 70.b. *de ruderibus seu reliquiis* Babylonis. 94 & seq. *de* Suleiman *antè dicto* Seleucia *& olim* Ctesiphonte. 97.a. *de* Hella. 101. b. 102. b. *de sepulcro* Ezechielis. 103.a,b. *de* Chobar *seu* Chabor *fluvio.* 103.a.
Varronis *descriptio jugeri.* 60.a.
Vejorum *obsidio.* 217.
Vestigia Turris Nembrodæ *num hodieq; extent.* 90,95. *varia in fabricis* Semiramidis *conspiciebantur tempore* Strabonis. 91.b.
Veterum incomparabilis peritiæ ingenium. 77.b.
Vicissitudo & inconstantia rerum humanarum. 90.b.
Virgilius *floret.* 217.
Vita mortalium primævorum in submontana montis Ararat *regione multis annis peracta.* 11.b. & seq.
Ulysipona *urbs incredibili magnitudine prædita.* 45.a.
Unusquisque hominum aut Hierusalem, *aut* Babylonis *civis est.* 21.a.
Ur *civitatis* Assyriæ *vestigia.* 96.b.
Uræus. *Vide* Osiris.
Utilitas linguæ idiomatumque communionis. 127.a.
Uxorum Noë *& filiorum ejus cura & diligentia circa vinum, lanam, gallinas, pullos, ova, &c.* 5.b. 13.a,b. 27.a.

X.

XEnophon *de æquivocatione nominum deorum.* 137.a,b.
Xerxes. 217.

Z.

ZAbæi. *Vide* Sabæi.
Zameis. *Vide* Ninyas.
Zervia, *olim* Thracia *dicta.* 215.b.
Zona torrida non ubique homines omnes nigros producit. 113.b.
Zoroastres *Rex* Bactrianorum, *avus* Nembrodi *contra* Ninum *filium* Nembrodi *exercitum* 2000000 *hominum duxit.* 9.a. *vel* 400000 43.b. *est idem cum* Chamo *filio* Noë. 9.a. 44.a. *ejus magia commendatur à* Platone. 195 b.
Zorobabel. 217.

Errata ita emendanda.

PAg. 8.b. lin 8. post *expendatis* adde punctum. P. 11.b. l. 39. *pro* Major leg Minor. P. 12 a. l. 13. *lege* super hos. P 37 b. l. 39. *leg* 340.650432 00. P. 47.a l 24. *leg μείζων. ibid.* l. 38. Turres &c. dele usque ad b l. 1. fuisse. b. l. 26. *leg. ἀνδρὸς.* l. 28 *leg. ἄνω.* P. 53.a à l. antepen *dele usque ad* b. l 42. P 54 a. l 9. veluti &c. *dele usque ad* l. 14. ostenderent. b à l. 45 *dele usque ad finem capitis.* P. 131. a. l. 1, 2. *leg* in certis. P 133.a marg. *leg.* וברו P 147. b. l. 42, 43 *leg χρυσοῦζον.* P. 172. a l. 6. *pro* hujus operis *leg.* Oedipi Ægyptiaci. P. 174. b l. 21. *leg.* nos. P 177. b. l. 4. *leg.* autographis. P. 191 b. l 2 & 3. *leg.* qua & quave. P. 194. a. in marg. l. 9. *leg.* Hebræa. P. 206. b l. 13. *leg. Ivanem.* P. 208. b. l 40. *leg.* ita ut.

FINIS.

COLEGIO DEL ESPIRITU SANTO PUEBLA